Μισθίους μέν[8]) νόει μοι, τοὺς ἔτι κατηχουμένους, καὶ μήπω διὰ τοῦ βαπτίσματος υἱοθετηθέντας, οἷς μισθὸς τῆς πίστεως δίδοται ἡ υἱοθεσία· ἄρτους δὲ, τὰς θρεπτικὰς τῶν ψυχῶν διδασκαλίας. φησὶν οὖν ἐκ βάθους καρδίας, ὡ πόσοι μίσθιοι τοῦ πατρός μου οὐ μόνον ἔχουσι τροφὴν ψυχικήν, ἀλλὰ καὶ τρυφήν· τοῦτο γὰρ τὸ περισσεύειν σημαίνει· ἐγὼ δὲ ὁ υἱὸς, λιμῷ ἀπόλλυμαι. ταῦτα καὶ τὰ ἑξῆς παραβολικῶς διηγούμενος ὁ σωτὴρ, τύπον ἡμῖν μετανοίας ἀληθοῦς παραδίδωσιν.

Vers. 18. Ἀναστὰς — μου.

Ἀναστὰς ἀπὸ τοῦ πτώματος τῆς ἁμαρτίας.[9])

9) Hic et deinceps Hentenius ex margine sui Codicis breuiora scholia crucis signo inculcauit, quae in neutro meorum leguntur.

Verſ. 18. *Dicamque — coelum.*

Praeponens videlicet illi terram, ſiue bonis coeleſtibus terrena.

† Timeo enim firmamenti aſpectum, tanquam accuſatoris vocem.

Verſ. 18. *Et coram te.*

Hoc eſt, in te, vt qui tuam voluntatem poſthabui meae.

† Vereor tuae diuinitatis lucem intueri: ſordidos enim habeo corporis et animae oculos.

Verſ. 19. *Nec — tuus.*

Quia tali patre indigne conuerſatus ſum.

Verſ. 19. *Fac — tuis.*

Ex quo primo ordine excidi, dignare me vel ſecundo: tantum, ne penitus abiicias me. Placabilis eſt ſermo, et cor attingens paternum.

† Hoc eſt, ne me ab atrio tuo expellas, domine: ne inuentum me rurſum errantem, inimicus, tanquam captiuum, abducat.

Verſ. 20. *Et — ſuum.*

Venit: hoc eſt, veniebat ſumta fiducia de illius miſericordia: oportebat enim, non ſolum bene velle, ſed et, quae animo concepta ſunt, operari.

Verſ. 20. *Quum — eius.*

O viſum compatientis acutiſſimum! Simul vt quis reſipiſcere in animo cogitauit, hunc etiam ſimul ipſe vidit, paratus ſemper ad eorum, qui conuertuntur, ſuſceptionem, et ab exordio ſtatim poenitentiae illos recipiens. Hinc ergo parabola incredibilem manifeſtat miſericordiam, ac incomparabilem coeleſtis patris amorem, et quantam

qua-

Vers. 18. Καὶ ἐρῶ — οὐρανόν.

Ὡς προτιμήσας αὐτοῦ τὴν γῆν, ἤτοι, τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν, τὰ γήϊνα.

Vers. 18. Καὶ ἐνώπιόν σου.

Τουτέστι, καὶ εἰς σὲ, ὡς προτιμήσας τοῦ σοῦ θελήματος τὸ ἐμόν.

Vers. 19. Καὶ — σου.

Ὡς ἀναξίως τοιούτου πατρὸς πολιτευσάμενος.

Vers. 19. Ποίησον — σου.

Ἐπεὶ τῆς πρώτης ἐξέπεσον τάξεως, ἀξίωσόν με τῆς δευτέρας, μόνον μὴ παντελῶς ἀποῤῥίψῃς με. δυσωπητικὸς ὁ λόγος, καὶ καρδίας πατρικῆς ἁπτόμενος.

Vers. 20. Καὶ — αὐτοῦ.

Ἦλθεν, ἀντὶ τοῦ, ἤρχετο, θαῤῥήσας τοῖς αὐτοῦ σπλάγχνοις. χρὴ γὰρ, μὴ μόνον βουλεύεσθαι καλῶς, ἀλλὰ καὶ πράττειν τὰ βεβουλευμένα.

Vers. 20. Ἔτι — αὐτοῦ.

Ὦ συμπαθεστάτης ὀξυωπίας! ἅμα τὶς ἐνεθυμήθη μετανοῆσαι, καὶ ἅμα τοῦτον εἶδεν αὐτὸς, ἕτοιμος ὢν ἀεὶ πρὸς ὑποδοχὴν τῶν ἐπιστρεφόντων, καὶ εὐθὺς ἐκ προοιμίων τῆς μετανοίας ἀντιλαμβανόμενος αὐτῶν. ἐντεῦθεν οὖν ἡ παραβολὴ δημοσιεύει τὴν ἀνυπέρβλητον εὐσπλαγχνίαν καὶ ἀνείκαστον φιλοστοργίαν τοῦ οὐρανίου πατρὸς, καὶ

qualemque demonſtret erga eos, qui conuertuntur, compaſſionem.

Verſ. 20. *Ac miſericordia motus eſt.*

Pater enim erat: nec id tantum, ſed et Deus miſericordiae.

Verſ. 20. *Et — eum.*

Prae nimio gaudio, non expectauit, vt ille veniret, ſed prius occurrit; neque id vtcunque, ſed et accurrit, vt appareat amoris vehementia: et ruit in collum eius, certiorem eum reddens, quod omne peccatum illi remiſiſſet: et oſculatus eſt eum, tanquam deſideratum filium, qui vſque ad poenitentiam ſceleratus fuerat et abominabilis.

O admirandam reconciliationem! Quid dicam, aut quid loquar de ineffabili Dei benignitate? Nam vbi ad immenſum illius pelagus reſpicio, ſermo mihi praeciditur, neque, quid loquar, mihi reliquum eſt: ſolum autem hoc clara ac libera voce clamo, quod res magnas efficit poenitentia, facile eum flectens, qui facilis eſt, vt flectatur, benignum videlicet Deum noſtrum. Homini vero maxime congrua ſunt praedicta, quae eum feciſſe dicit ad manifeſtiorem compaſſionis ac reconciliationis ipſius doctrinam, quum etiam in principio parabolae hominem eum ſuppoſuerit.

Verſ. 21. *Ait — filius tuus.*

Quae dicere cogitauerat, ea nunc toto corde dicit, vt hinc diſcamus, quod oporteat etiam poſt reconciliationem toto corde fateri, quod peccauerimus, nosque ipſos condemnare.

Verſ. 22.

ὅσην καὶ οἵαν εἰς τοὺς ἐπιστρέφοντας συμπάθειαν ἐπιδείκνυται.

Vers. 20. Καὶ ἐσπλαγχνίσθη.

Πατὴρ γὰρ ἦν, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ θεὸς ἐλέους.

Vers. 20. Καὶ — αὐτόν.

Ὑπὸ τῆς ἄγαν περιχαρείας, οὐκ ἀνέμεινεν αὐτὸν ἐλθεῖν, ἀλλὰ προϋπήντησε, καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ δραμών, ἵνα φανῇ τὸ σφοδρὸν τοῦ φίλτρου· καὶ ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, πληροφορῶν, ὅτι ἀφῆκεν αὐτῷ πᾶσαν ἁμαρτίαν, καὶ κατεφίλησεν αὐτὸν, ὡς υἱὸν ποθεινὸν, τὸν ἄχρι τῆς μετανοίας μιαρόν τε καὶ βδελυρόν.

Ὦ παραδόξου καταλλαγῆς! τί εἴπω; ἢ τί λαλήσω πρὸς τὴν ἄῤῥητον τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν; ἀποβλέπω γὰρ πρὸς τὸ ἀχανὲς πέλαγος αὐτῆς, ἐπικόπτομαι τὸν λόγον, καὶ οὐκ ἔχω, τί φθέγξομαι. τοῦτο δὲ μόνον λαμπρᾷ βοῶ τῇ φωνῇ, ὅτι μεγάλα δύναται ἡ μετάνοια, ταχέως ἐπικάμπτουσα τὸν ταχύτερον εἰς τὸ ἐπικάμπτεσθαι φιλάνθρωπον θεὸν ἡμῶν. ἀνθρωποπρεπέστερον δὲ τὰ ῥηθέντα ποιεῖν αὐτὸν λέγει, πρὸς ἐναργεστέραν διδασκαλίαν τῆς συμπαθείας καὶ καταλλαγῆς αὐτοῦ, ἐπεὶ καὶ ἄνθρωπον αὐτὸν ἐν ἀρχῇ τῆς παραβολῆς ὑπέθετο.

Vers. 21. Εἶπε — υἱός σου.

Ἅπερ εἰπεῖν ἐμελέτησε, ταῦτα λέγει νῦν ἐξ ὅλης καρδίας, ὡς ἐντεῦθεν μανθάνειν ἡμᾶς, ὅτι χρὴ καὶ) μετὰ τὴν καταλλαγὴν ὁλοκαρδίως ὁμολογεῖν, ὅτι ἡμάρτομεν, καὶ καταδικάζειν ἑαυτούς.

Vers. 22.

) καὶ, abest A.

Vers. 22. *Dixit — suos.*

Ad ecclesiae sacerdotes: nam hi Deo ministrant ad eorum, qui conuertuntur, salutem.

Vers. 22. *Proferte — illum.*

Primam, pretiosissimam, quae est purificatio aut gratia, qua custodiatur: quam perdidit a patre separatus, fidem, veritatis cognitionem: et induite illum, qui seipsum exuit.

Vers. 22. *Et — eius.*

Arrabonem familiaritatis erga Deum, aut signaculum ad operationem eius, ne ipsa insidiis appetatur.

Vers. 22. *Et calciamenta in pedes.*

Id est, custodiam ad iter conuersationis suae.

† Vt his calciatus in praeparatione euangelii pacis, conculcet serpentes ac scorpiones, hoc est, contrarias potestates.

Vers. 23. *Et — mactate.*

Vitulus saginatus, sanctum Christi corpus est: vitulus quidem, tanquam non domatus iugo ac pondere peccati: saginatus vero, tanquam virtutibus impinguatus, ac seruatus, vt pro peccatoribus immoletur.

Vers. 23. *Ac epulantes laetemur.*

Edere quoque ipse dicitur ad laetitiae communicationem.

Vers. 24. *Quia — inuentus est.*

Mortificationem quidem ac perditionem dicit eam, quae a peccato procedit: viuificationem vero ac inuentionem, eam, quae a poenitentia.

Vers. 24.

Vers. 22. Εἶπε — αὐτοῦ.

Πρὸς τοὺς ἱερεῖς τῆς ἐκκλησίας. οὗτοι γὰρ ὑπηρετοῦσι τῷ θεῷ πρὸς τὴν σωτηρίαν τῶν ἐπιστρεφόντων.

Vers. 22. Ἐξενέγκατε — αὐτόν.

Τὴν τιμιωτάτην, ἥτις ἐστὶν ἡ κάθαρσις, ἢ ἡ φρουρητικὴ χάρις.

Vers. 22. Καὶ — αὐτοῦ.

Ἀρραβῶνα τῆς πρὸς θεὸν οἰκειώσεως, ἢ σφραγῖδα εἰς τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ, ὥστε μένειν αὐτὴν ἀνεπιβούλευτον.

Vers. 22. Καὶ ὑποδήματα εἰς τοὺς πόδας.

Φυλακὴν εἰς τὴν πορείαν τῆς πολιτείας αὐτοῦ.[2])

Vers. 23. Καὶ — θύσατε.

Μόσχος σιτευτὸς, τὸ ἅγιον σῶμα τοῦ χριστοῦ· μόσχος μὲν, ὡς μὴ δαμασθὲν τῇ ζεύγλῃ τῆς ἁμαρτίας· σιτευτὸς δὲ, ὡς πιανθὲν ταῖς ἀρεταῖς καὶ τηρηθὲν εἰς τὴν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτωλῶν σφαγήν.

Vers. 23. Καὶ φαγόντες εὐφρανθῶμεν.

Φαγεῖν καὶ αὐτὸς λέγει, δηλῶν τὴν κοινωνίαν τῆς εὐφροσύνης.

Vers. 24. Ὅτι — εὑρέθη.

Νέκρωσιν μὲν καὶ ἀπώλειαν φησὶ, τὴν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας· ἀναζώωσιν δὲ καὶ εὕρεσιν, τὴν ἀπὸ τῆς μετανοίας.

Vers. 24.

[2]) Scholium proximum in neutro meorum reperi.

Verſ. 24. *Coeperuntque laetari.*

Hoc manifeſtum eſt.

Verſ. 25. *Erat — agro.*

In agro virtutum, exercens ac colens illas.

Verſ. 25. *Quumque — choros.*

Talis quidem, venit felicitate prouectionis: perfectione autem appropinquat domui Dei, et audit muſices concentum, propter filii erga patrem concordiam, qua per poenitentiam concors factus eſt: choros vero, propter gaudium, quod inibi erat: Nam in domo Dei ſonus eſt pure feſta celebrantium

Verſ. 26. *Et — haec;*

Vno angelorum accerſito. Per angelum enim reuelantur diuina myſteria. Παῖδας vocat nunc ſeruos: nam angeli ſunt ſerui Dei.

Verſ. 27. *Isque — venit.*

Adeſt conuerſus.

Verſ. 27. *Et — recepit.*

Abiecto morbo, per poenitentiam.

Verſ. 28. *Indignatus — introire.*

Aſſimulat hunc parabola indignantem, nec intrare volentem: non quod inuiderit: nullus enim moeror iuſtis de ſalute fratrum: ſed vt ob oculos ponat immenſam Dei bonitatem. Oſtendit ſiquidem huiusmodi indignatio, quod tantam demonſtrat erga eos, qui reſipiſcunt, gratiam et gaudium, vt caeteris inuidiam mouere poſſit. Hoc autem fecit et parabola operariorum mercede conductorum,

3) Hentenius videtur reperiſſe καθαρῶς, quod mihi valde probatur.

Vers. 24. Καὶ ἤρξαντο εὐφραίνεσθαι.

Τοῦτο σαφές.

Vers. 25. Ἦν — ἀγρῷ.

Τῷ τῶν ἀρετῶν, ἐργαζόμενος αὐτάς.

Vers. 25. Καὶ ὡς — χορῶν.

Ὁ τοιοῦτος, ἔρχεται μὲν διὰ προκοπῆς· ἐγγίζει δὲ, διὰ τελειώσεως τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ, καὶ ἀκούει συμφωνίας μὲν μουσικῆς, διὰ τὴν πρὸς τὸν πατέρα συμφωνίαν τοῦ υἱοῦ, ἣν συνεφώνησε διὰ τῆς μετανοίας· χορῶν δὲ, διὰ τὴν ἐκεῖθεν χαράν. ἐν τῷ οἴκῳ γὰρ τοῦ θεοῦ ἦχος καθαρὸς [3]) ἑορταζόντων.

Vers. 26. Καὶ — ταῦτα;

Ἕνα τῶν ἀγγέλων. δι' ἀγγέλου γὰρ ἀποκαλύπτονται τὰ θεῖα μυστήρια· παῖδας δὲ νῦν λέγει, τοὺς δούλους· δοῦλοι δὲ τοῦ θεοῦ, οἱ ἄγγελοι.

Vers. 27. Ὁ δὲ — ἧκει.

Παραγίνεται ἐπιστρέψας.

Vers. 27. Καὶ — ἀπέλαβεν.

Ἀποβαλόντα τὴν νόσον διὰ τῆς μετανοίας.

Vers. 28. Ὠργίσθη — εἰσελθεῖν.

Σχηματίζει τοῦτον ἡ παραβολὴ νῦν ὀργιζόμενον, καὶ μὴ θέλοντα εἰσελθεῖν, οὐχ ὅτι ἐφθόνησε· λύπη γὰρ οὐδεμία τοῖς δικαίοις ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἀδελφῶν· ἀλλ' ἵνα παρασήσῃ τὴν ὑπερβολὴν τῆς τοῦ θεοῦ ἀγαθότητος. ἐμφαίνει γὰρ ἡ τοιαύτη ἀγανάκτησις, ὅτι τοσαύτην ἐνδείκνυται περὶ τοὺς μετανοοῦντας χάριν καὶ χαράν, ὡς ἑτέροις φθόνον κινῆσαι. τοῦτο δὲ πεποίηκε καὶ ἡ παραβολὴ τῶν μισθουμένων ἐργατῶν ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ

δευτέρῳ

rum, quadrageſimo ſecundo iuxta Matthaeum capite: nam in illa quoque primi murmurabant.

Verſ. 28. *Pater ergo — illum.*

Vtpote filiorum amator ac prudens: et eum, qui conuerſus eſt, habens in honore, et eum, qui permanſit, rogans.

Verſ. 29. *At ille — laetarer.*

Non dicunt haec aut ſimilia ſancti Deo, ſed conſequenter ad indignationem aſſimulata eſt et haec cauſae redditio, ob cauſam, quam praediximus. Solent enim inuidi de ſimilibus conqueri.

Quidam ergo per hoedum, minimam voluptatem intelligentes, per amicos vero voluntates aiunt illum dixiſſe: Mihi ne minimam quidem voluptatem vnquam permiſiſti, vt cum voluntatibus meis laetarer.

Nobis autem non eſt curioſe ſcrutandum, quis ſit hoedus, aut qui ſint amici: nam periculoſae ſunt in talibus ſubtiles quaeſtiones ac diſputationes, ſicut in multis parabolis proteſtati ſumus.

Verſ. 30. *Sed quum — ſaginatum.*

Etiam haec eiusdem ſunt conſequentiae, et ſimiliter efficta ſunt. Dei vero ſubſtantiam dicit, dona vel gratiam, veluti ſuperius ſignificatum eſt: meretrices autem, voluptatum amores.

Verſ. 31. *At ille — es.*

Nunquam a me diſcedendo, ſed mandata mea ſemper implendo.

Verſ. 31. *Et — ſunt.*

Quum enim talis ſis, omnia mea haereditario iure poſſide-

4) ἔν, abeſt. A.

δευτέρῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ ματθαῖον· καὶ ἐν ἐκείνῃ γὰρ οἱ πρῶτοι ἐγόγγυζον.

Vers. 28. Ὁ οὖν πατὴρ — αὐτόν.

Ὡς φιλόπαις καὶ σοφὸς, καὶ τὸν ἐπιστρέψαντα τιμᾷ, καὶ τὸν μείναντα παρακαλεῖ.

Vers. 29. Ὁ δὲ — εὐφρανθῶ.

Οὐ τοιαῦτα λέγουσιν οἱ ἅγιοι πρὸς τὸν θεὸν, ἀλλὰ ἀκολούθως τῇ ὀργῇ ἐσχημάτισαι καὶ αὕτη ἡ δικαιολογία, διὰ τὴν αἰτίαν, ἣν εἰρήκαμεν. εἰώθασι γὰρ οἱ φθονοῦντες τοιαῦτα ἐγκαλεῖν.

Τινὲς οὖν ἔριφον μὲν, τὴν ἐλαχίστην ἡδονήν· φίλους δὲ, τὰ θελήματα νοοῦντες, φασὶν εἰπεῖν αὐτὸν, ὅτι ἐμοὶ οὐδέποτε παρεχώρησας οὐδὲ ἐλαχίστης ἡδονῆς, ἵνα μετὰ τῶν θελημάτων μου εὐφρανθῶ.

Ἡμῖν δὲ οὐ περιεργαστέον, τίς ἐστιν ὁ ἔριφος, καὶ τίνες οἱ φίλοι. ἐπισφαλὴς γὰρ ἡ ἐν τοῖς τοιούτοις λεπτολογία, καθὼς πολλαχοῦ τῶν παραβολῶν διεμαρτυράμεθα.

Vers. 30. Ὅτε δὲ — σιτευτόν.

Καὶ ταῦτα τῆς αὐτῆς εἰσιν ἀκολουθίας, καὶ ὁμοίως ἐσχηματίσθησαν. βίον μὲν [4]) οὖν τοῦ θεοῦ λέγει, τὸ χάρισμα· καθὼς ἀνωτέρω δεδήλωται· πόρνας δὲ, τὰς φιληδονίας.

Vers. 31. Ὁ δὲ εἶπεν — ἐμοί.

Οὐδέποτέ μου ἀποφοιτῶν, ἀλλ' ἀεὶ τὰς ἐντολάς μου πληρῶν.

Vers. 31. Καὶ — ἐστι.

Τοιοῦτος γὰρ ὢν, πάντα τὰ ἐμὰ κληρονομήσεις.

possidebis: huiusmodi namque filii in haereditatem accipiunt regnum patris et Dei. Ne ergo tristeris, nam in nullo affectus es iniuria. Et ita mansuete illum consolatus, deinceps etiam de his respondet, quae in fratrem eius facta sunt.

Vers. 32. *Laetari — inuentus est.*

Ostendit necessariam fuisse laetitiam et gaudium. Quis enim, quum mortuum viderit reuixisse, non laetatur? et quis, vbi id, quod perierat, inuenerit, non gaudet? Vidisti, quemadmodum et quando peregre profectus est patienter sustinuit, et conuersum immenso excepit gaudio: nec solum substantiae rationem non repetiit, sed et donis illum dignatus est, nec solum non exprobrauit, sed insuper pro eo respondit.

Vere magna est, domine, benignitas tua, nec vllus explicare sufficiet sermo ad gratiarum actionem illius. Vtinam autem et nos, qui aequaliter cum prodigo sumus peregre profecti, ac diuitias consumsimus, aequalem cum eo conuersionem demonstremus, et aequali benignitate digni habeamur.

Cap. LVIII. De dispensatore iniquo.

Cap. XVI. v. 1. *Dicebat autem — bona illius.*

Parabola haec Christianis attributa est, qui non volunt omnino possessiones ac pecunias despicere: admonens illos, vt in pauperes sint benefici. Dicta est autem ad discipulos, quia et hi sunt dispensatores.

Reprae

[5]) Quae his signis [* *] inclusimus, ea ex Codice B. exciderant.

[6]) Ita correxi pro ἐπιδημήσαντας. Nec aliter Hentenius.

οἱ τοιοῦτοι [* γὰρ[5]) υἱοὶ κληρονομοῦσι τὴν βασιλείαν τοῦ πατρὸς καὶ θεοῦ. μὴ λυποῦ τοίνυν. οὐδὲν γὰρ ἠδικήθης. οὕτως ἐπιεικῶς παρηγορήσας αὐτὸν, ἀπολογεῖται λοιπὸν καὶ ὑπὲρ τῶν γεγενημένων εἰς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.

Verſ. 32. Εὐφρανθῆναι — καὶ εὑρέθη. Δείκνυσιν ἀναγκαίαν τὴν εὐφροσύνην καὶ χαράν. τίς γὰρ ἰδὼν νεκρὸν ἀναζήσαντα, οὐκ εὐφραίνεται, καὶ τίς τὸ ἀπολωλὸς εὑρὼν, οὐ χαίρει; εἶδες, πῶς καὶ ἀποδημήσαντος ἐμακροθύμει, καὶ ἐπιστρέψαντα περιχαρῶς ὑπεδέξατο. καὶ οὐ μόνον οὐκ αἰτήτησε δίκην, ἀλλὰ καὶ χαρίτων ἠξίωσε. καὶ οὐ μόνον οὐδ' ὠνείδισεν, ἀλλὰ καὶ ὑπερεπελογήσατο.

Οὕτως μεγάλη, δέσποτα, ἡ φιλανθρωπία σου, καὶ οὐδεὶς ἐξαρκέσει λόγος πρὸς εὐχαριστίαν αὐτῆς. εἰπὲ δὲ καὶ ἡμᾶς, τοὺς ἐπίσης τῷ ἀσώτῳ ἀποδημήσαντας[6]) καὶ διασκορπίσαντας τὸν πλοῦτον, ἴσην αὐτῷ καὶ τὴν ἐπιστροφὴν ἐνδείξασθαι, καὶ τῆς ἴσης ἀξιωθῆναι φιλανθρωπίας.

Κεφ. ΝΗ. Περὶ τοῦ οἰκονόμου τῆς ἀδικίας.

Cap. XVI. v. 1. Ἔλεγε δὲ — ὑπάρχοντα αὐτοῦ.

Ἡ παραβολὴ αὕτη πρὸς τοὺς χρισιανοὺς ἀποτέταται, τοὺς μὴ βουλομένους πάντῃ τῶν χρημάτων ὑπερορᾶν, νουθετοῦσα τούτους, ἵνα κἂν εὐεργετῶσι τοὺς πένητας. εἴρηται δὲ πρὸς τοὺς μαθητὰς, διότι[7]) μαθηταὶ καὶ οὗτοι,

[7]) Hoc prorſus alienum eſt. Ex Hentenio colligas, legendum eſſe οἰκονόμοι aut διοικηταί.

Repraesentat etiam hominem diuitem, puta, Deum humanum, nulloque indigentem: oeconomum vero, siue dispensatorem, omnem, qui possidet diuitias: tales enim non sunt domini, sed dispensatores. Dicit namque Deus: Meum est aurum, meum est argentum. Delatus est autem apud Deum malus dispensator de mala dispensatione, vt qui dissiparet, quae Dei erant, in ea quae non oportuit, nec superflua pauperibus distribueret.

Vers. 2. *Et vocauit — dispensationis tuae.*

Haec illi per diuinas dixit scripturas, quae de futuro docent iudicio, et de redditione rationis.

Vers. 2. *Neque enim — dispensare.*

Morte propemodum te transferente.

Vers. 3. *Ait autem — erubesco.*

Post mortem enim nemo poterit operari: nam praesens tempus operationis est, futurum vero retributionis, et deprecari erit inutile.

Vers. 4. *Scio, quid faciam.*

Eruditus a scripturis.

Vers. 4. *Vt quum — domos suas.*

Hi, quos scio, et quos nunc dicturus est.

Vers. 5. *Et aduocato — v. 7. octoginta.*

Quisnam debitor sit olei, et quis tritici, quisue vnusquisque debitor, et quae cautio debiti, et quare prior scripsit quinquaginta, posterior vero octoginta, ac similia, quae in praesenti reperiuntur parabola, superfluum est inquirere: siquidem ad nihil aliud efficta sunt, quam vt ostendatur, quod

Καὶ ἄνθρωπον μὲν πλούσιον ἐμφαίνει, τὸν φιλάνθρωπον καὶ ἀνενδεῆ θεόν· οἰκονόμον δὲ, πάντα τὸν κεκτημένον πλοῦτον. οἱ τοιοῦτοι γὰρ οὐ κύριοι, ἀλλ' οἰκονόμοι εἰσί. φησὶ γὰρ ὁ θεός· ἐμόν ἐστι[k]) τὸ χρυσίον, καὶ ἐμόν ἐστι τὸ ἀργύριον. διεβλήθη δὲ τῷ θεῷ ὁ κακὸς οἰκονόμος ὑπὸ τῆς κακῆς οἰκονομίας, ὡς διασκορπίζων τὰ τοῦ θεοῦ, εἰς ἃ οὐκ ἔδει, καὶ μὴ διανέμων τὰ περιττὰ τοῖς πένησι. k) Aggae. 2, 8.

Verſ. 2. Καὶ φωνήσας — οἰκονομίας σου.

Εἶπεν αὐτῷ ταῦτα διὰ τῶν θείων γραφῶν, αἳ διδάσκουσι περὶ τῆς μελλούσης κρίσεως καὶ λογοθεσίας.

Verſ. 2. Οὐ γὰρ — οἰκονομεῖν.

Τοῦ θανάτου ὅσον οὔπω μετακινοῦντός σε.

Verſ. 3. Εἶπε δὲ — αἰσχύνομαι.

Μετὰ τὸν θάνατον γὰρ ἐργάσασθαι οὐκ ἰσχύει τις. ἐργασίας γὰρ ὁ παρὼν καιρός· ὁ δὲ μέλλων, ἀνταποδόσεως. καὶ τὸ παρακαλεῖν ἀνόητον.

Verſ. 4. Ἔγνων τί ποιήσω.

Ἔγνω τοῦτο, συνετισθεὶς ὑπὸ τῶν γραφῶν.

Verſ. 4. Ἵνα ὅταν — οἴκους αὐτῶν.

Οὗτοι, περὶ ὧν ἔγνω, τουτέστιν οἱ ῥηθῆναι μέλλοντες.

Verſ. 5. Καὶ προσκαλεσάμενος — v. 7. ὀγδοήκοντα.

Τίς μὲν ὁ χρεώστης τοῦ ἐλαίου, καὶ τίς ὁ τοῦ σίτου, καὶ διατί ἀνὰ ἑκατὸν ὤφειλον, καὶ τί τὸ γράμμα τοῦ χρέους, καὶ διατί ὁ μὲν πεντήκοντα ἔγραψεν, ὁ δὲ ὀγδοήκοντα, καὶ τὰ τοιαῦτα τῆς προκειμένης παραβολῆς, περιττὸν ἐξετάζειν. διὸ οὐδὲν γὰρ ἕτερον συνεπλάσθησαν, ἢ ἵνα δεχθῇ

quod dictus dispensator, dum dispensationis tempus habuit, prudenter domini rebus ad suum commodum abusus est: et per eas in futurum suam salutem procurauit, vt hinc discant, qui habent diuitias, quod oporteat eos, quum illarum dispensatores constituti sint, dum vitae tempus habent, prudenter Dei rebus ad suum abuti commodum: et per illas, pauperibus benefaciendo, in futurum salutem sibi acquirere. Batus itaque mensura erat olei, corus vero tritici mensura.

Vers. 8. *Et laudauit — prudenter fecisset.*

Quid manifeste consequatur, auditoribus reliquit cogitandum. Nam si dominus iniustitia affectus laudauit iniquum dispensatorem, qui videlicet suam ipsius salutem ex iniustitia procurauerat: multo magis Deus, qui in nullo iniustitia afficitur, laudabit iustum siue iustitiae dispensatorem, qui videlicet suam ipsius salutem ex iustitia dispensauerit: id enim habet iustitia, vt superflua pauperibus diuidantur.

Vers. 8. *Quia — sua sunt.*

Filios huius seculi dicit, mundo adhaerentes: seculum enim nunc, mundum appellauit: filios autem lucis vocat eos, qui se ipsos a mundo separauerunt. Et dicit illos prudentiores esse istis in hoc solo, quod de futuro illis cura est, sicut dicti dispensatoris exemplum demonstrauit. Exhortatur autem sermo eos, qui de futuro negligentes sunt.

Vers. 9. *Et ego vobis — de iniquo mammona.*

Mammona apud Hebraeos diuitiae dicuntur. Iniquum

[8]) Hentenius duplici *μμ* edidit. Ego simplici reperi.

μονον, ὅτι ὁ ἐηθεὶς οἰκονόμος, ἕως εἶχε καιρὸν οἰκονομίας, Φρονίμως τοῖς τοῦ δεσπότου πράγμασιν εἰς τὸ οἰκεῖον συμφέρον ἀπεχρήσατο, καὶ δι' αὐτῶν εἰς τὸ μέλλον σωτηρίαν ἑαυτῷ περιεποιήσατο, ὡς ἐντεῦθεν μαθεῖν τοὺς ἔχοντας πλοῦτον, ὅτι χρὴ τούτους, οἰκονόμους αὐτοῦ καταστάντας, ἕως ἔχουσι καιρὸν ζωῆς, Φρονίμως τοῖς τοῦ θεοῦ πράγμασιν εἰς τὸ οἰκεῖον συμφέρον ἀποχρήσασθαι, καὶ δι' αὐτῶν εὐεργετοῦντας τοὺς πένητας, εἰς τὸ μέλλον σωτηρίαν ἑαυτοῖς πραγματεύσασθαι. βάτος μὲν οὖν ἦν, μέτρον ἐλαίου· κόρος δὲ, μέτρον σίτου.

Vers. 8. Καὶ ἐπήνεσεν — Φρονίμως ἐποίησε.

Τὸ ἑξῆς, ὡς δῆλον, τοῖς ἀκροαταῖς ἀφῆκε συλλογίζεσθαι. εἰ γὰρ ὁ ἠδικημένος δεσπότης ἐπήνεσε τὸν οἰκονόμον τῆς ἀδικίας, ἤγουν, τὸν τὴν οἰκείαν σωτηρίαν οἰκονομήσαντα ἐξ ἀδικίας, πολλῷ μᾶλλον ὁ ἀδικούμενος θεὸς ἐπαινέσει τὸν οἰκονόμον τῆς δικαιοσύνης. δικαιοσύνη γὰρ, τὸ τὰ περιττὰ τοῖς πένησι διανέμεσθαι.

Vers. 8. Ὅτι — ἑαυτῶν εἰσίν.

Υἱοὺς μὲν τοῦ αἰῶνος τούτου καλεῖ, τοὺς τῷ κόσμῳ προσκειμένους. αἰῶνα γὰρ νῦν, τὸν κόσμον τοῦτον ὠνόμασεν. υἱοὺς Φωτὸς λέγει, τοὺς τοῦ κόσμου ἀποξήσαντας ἑαυτούς. καὶ Φησιν, ὅτι οὗτοι Φρονιμώτεροί εἰσιν ἐκείνων, κατὰ *] τοῦτο δὲ μόνον, καθὸ Φροντίζουσι τοῦ μέλλοντος, ὡς ἔδειξε τὸ παράδειγμα τοῦ ἐηθέντος οἰκονόμου. ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς δὲ τοῦ Φωτὸς, τοὺς εἰς τὴν γενεὰν τὴν ἑαυτῶν, ἤγουν, τοὺς ἐκ τῆς γενεᾶς τῆς ἑαυτῶν υἱοὺς Φωτὸς γενομένους. ἐντρέπει δὲ ὁ λόγος τοὺς ἀμελοῦντας τοῦ μέλλοντος.

Vers. 9. Κἀγὼ ὑμῖν — ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας.

Μαμωνᾶς [B]) μὲν ὁ πλοῦτος λέγεται παρ' ἑβραίοις·

quum autem dixit, siue iniquitatis, quod ex iniquitate recondatur: quae in hoc est, quia superflua pauperibus non diuiduntur. Quum ergo inquit hactenus male dispensaueritis, et concreditas vobis iniquitatis diuitias male expenderitis: vel tandem sero facite vobis ab ipsis amicos pauperes, ad imitationem modo dictae parabolae.

Vers. 9. *Vt quum — tabernacula.*

Vt, quum per mortem hinc demigraueritis, praeparent vobis locum ad aeterna tabernacula, ipsi prius hospites ibi facti.

Vers. 10. *Qui fidelis — iniquus est.*

Qui fidelis est in minimo, etiam multo dignus est. Dicit autem minimum, terrenas diuitias: multum vero, coelestes.

Vers. 11. *Si ergo — fuistis.*

Male videlicet dispensando.

Vers. 11. *Quod — credet?*

Veras regni dei diuitias.

Vers. 12. *Et si — dabit?*

Similiter et alienum nominat terrenas diuitias, quippe quae apud illum non permaneant, qui ipsas est assequutus: nostrum autem coelestes: vt quae apud illum permaneant, qui ipsas accipit.

Vers. 13. *Nullus — contemnet.*

Haec etiam dixit quinto capite euangelii secundum Mat-

*) In textu habent ὑμέτερον. Nihilo minus tamen ἡμέτερον in explicatione locum habet. Theophylactus in editis in textu et in scholiis habet ἡμέτερον. Vid. p. 455. B. E. 456. A. Tertulliani meum,

τῆς ἀδικίας δὲ τοῦτον εἶπεν, ὡς ἐξ ἀδικίας θησαυριθέντα, τῆς ἐκ τοῦ μὴ διαμερίζεσθαι τὰ περιττὰ τούτου τοῖς πένησιν. ἐπεί, φησιν, ἄχρι τοῦ νῦν κακῶς οἰκονομήσατε, καὶ τὰ ἐμπεπιστευμένα μαμωνᾶν ἀδικίας κατεχήσατε, κἂν γοῦν ὄψέ ποτε ποιήσατε ἑαυτοῖς φίλους ἐξ αὐτοῦ τοὺς πένητας, κατὰ μίμησιν τῆς ἤδη ἐληθείσης παραβολῆς.

Vers. 9. Ἵνα ὅταν — σκηνάς.

Ἵνα, ὅταν τῷ θανάτῳ μεταχῆτε, παράσχωσιν ὑμῖν τόπον εἰς τὰς αἰωνίας σκηνάς, πρόξενοι τούτου γινόμενοι.

Vers. 10. Ὁ πιστὸς — ἄδικός ἐστιν.

Ὁ πιστὸς ἐν ὀλίγῳ, καὶ πολλοῦ ἄξιός ἐστιν· ὁ δὲ ἐν ὀλίγῳ ἄδικος, καὶ πολλοῦ ἀνάξιός ἐστι. λέγει δὲ ἐλάχιστον μὲν, τὸν γήϊνον πλοῦτον· πολὺν δὲ, τὸν οὐράνιον.

Vers. 11. Εἰ οὖν — ἐγένεσθε.

Ὡς κακῶς οἰκονομοῦντες.

Vers. 11. Τὸ — πιστεύσῃ;

Τὸν ἀληθινὸν πλοῦτον τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ.

Vers. 12. Καὶ εἰ — δώσει;

Ὁμοίως ἀλλότριον μὲν ὀνομάζει τὸν γήϊνον πλοῦτον, ὡς μὴ παραμένοντα τῷ κεκτημένῳ· ἡμέτερον [9]) δὲ, τὸν οὐράνιον, ὡς παραμένοντα τῷ ἀξιωθέντι αὐτοῦ.

Vers. 13. Οὐδεὶς — καταφρονήσει.

Ταῦτα εἶπε καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ τοῦ

um, a Sabatierio notatum, etiam ad interpretationes referendum.

Matthaeum: et in eo lege dicti illius enarrationem, Nemo potest duobus dominis seruire.

Vers. 13. *Non potestis — mammonae.*

Consequenter ibi et de hoc dictum est, et data interpretatio.

Vers. 14. *Audiebant — illum.*

Vilipendebant eum, ipsi viles ac detestandi.

Vers. 15. *Et ait — hominibus.*

Qui vos ipsos iustos putatis.

Vers. 15. *Deus autem — vestra.*

Peccatis plena et execranda.

Vers. 15. *Quod — Deo.*

Siquidem, inquit, etiam si in alio nullo deliqueritis, quam quod coram hominibus sublimiter sapere videmini, id abominatio est coram Deo, ac detestandos facit superbos.

Vers. 16. *Lex — Iohannem.*

Lex prophetandi et prophetae, qui videlicet de me prophetauerunt, vsque ad Iohannem prophetauerunt: Nam hoc addidit Matthaeus. Posthac autem neque lex neque prophetae, sed quid?

Vers. 16. *Ab — annuntiatur.*

Non obscure prophetatur, sed palam annuntiatur: ipse enim Iohannes illud primum annuntiauit, dicens: Resipiscite, instat enim regnum coelorum. Regnum vero Dei nunc dicit fidem, quae in ipsum est, vtpote arrabonem regni coelorum, siue fruitionis coelestium bonorum.

Vers. 16.

κατὰ ματθαῖον, καὶ ἀνάγνωθι ἐν ἐκείνῳ τὴν ἐξήγησιν τοῦ· οὐδεὶς [l]) δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν. l) Matt. 6, 24.

Verſ. 13. Οὐ δύνασθε — μαμωνᾷ.

[a]Ἀκολούθως ἐκεῖ καὶ περὶ τούτου εἴρηται, καὶ ἡρμήνευται.

Verſ. 14. [b]Ἤκουον — αὐτόν.

[b]Ἐφαύλιζον αὐτὸν, οἱ φαῦλοι καὶ κατάπτυστοι.

Verſ. 15. Καὶ εἶπεν — ἀνθρώπων.

[c]Οἱ δικαίους ἑαυτοὺς οἰόμενοι.

Verſ. 15. Ὁ δὲ θεὸς — ὑμῶν.

[c]Ἁμαρτωλὰς οὔσας καὶ βδελυράς.

Verſ. 15. [d]Ὅτι — τοῦ θεοῦ.

Καὶ γάρ φησιν· εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον ἡμαρτάνετε, [i]) ἡ ἐν ἀνθρώποις ὑψηλοφροσύνη βδελυρά ἐστι τῷ θεῷ, καὶ βδελυροὺς ποιεῖ τοὺς οἰηματίας.

Verſ. 16. Ὁ νόμος — ἰωάννου.

[e]Ὁ νόμος τοῦ προφητεύειν, καὶ οἱ προφῆται οἱ προφητεύοντες, δηλονότι, περὶ ἐμοῦ, μέχρις ἰωάννου προεφήτευσαν. τοῦτο γὰρ προσέθηκεν [m]) ὁ ματθαῖος. τοῦ λοιποῦ δὲ, οὔτε νόμος, οὔτε προφῆται, ἀλλὰ τί; m) Matt. 11, 13.

Verſ. 16. [f]Ἀπὸ — εὐαγγελίζεται.

[f]Οὐκέτι σκοτεινῶς προφητεύεται, ἀλλὰ φανερῶς καταγγέλλεται. αὐτὸς γὰρ ὁ ἰωάννης πρῶτος αὐτὴν εὐηγγελίσατο, λέγων· [n]) μετανοεῖτε, ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. βασιλείαν δὲ τοῦ θεοῦ λέγει νῦν, τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν, ὡς οὖσαν ἀῤῥαβῶνα τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἤτοι, τῆς ἀπολαύσεως τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν. n) Matth. 3, 2.

Verſ. 16.

i) ἡμαρτάνετο. B.

Verſ. 16. *Et — vim facit.*

Omnis ſapiens ad illud ſibi ipſi vim infert, a mundi amore ac infidelitate abſtractus: vos autem, quum inſipientes ſitis et ſegnes, merito increduli permanetis.

Verſ. 17. *Facilius — cadere.*

Legem hoc in loco appellauit, omne vetus teſtamentum, in quo frequenter praedictum eſt, quod illi a Dei familiaritate excidérent. Dicit ergo, Facilius coelum ac terra corrumpentur, quam vel minima pars eorum, quae per ſcripturam praenuntiata ſunt de caſu illorum ob infidelitatem, concidat aut irritum permaneat.

Verſ. 18. *Quisquis — adulterium committit.*

Nunc quidem non interrogatus haec dixit, in quosdam inuehens, qui in huiusmodi rebus delinquebant: quadrageſimo vero capite euangelii ſecundum Matthaeum, interrogatus a phariſaeis, vtrum licet homini diuortium facere cum vxore ſua qualibet ex cauſa, latiorem dedit reſponſionem: lege ergo ibi totam eius enarrationem.

Cap. LIX. De diuite et Lazaro.

Verſ. 19. *Homo — diues.*

Quum multa frequenter de paupertatis amore docuerit, nunc per parabolam etiam timorem duris corde ac tenacibus diuitibus incutit: de his, quae adhuc futura ſunt, tanquam de praeteritis narrans: nondum enim eorum, quae in vita ſunt peracta, datur retributio, quum nondum adſit iudicium, aperte manifeſtans, quaenam vltiones excipiant diuites, qui nullo compaſſionis affectu mouentur:

et

Vers. 16. Καὶ — βιάζεται.

Πᾶς συνετὸς εἰς αὐτὴν βιάζει ἑαυτὸν, ἀνθελκόμενος ὑπὸ τῆς τοῦ κόσμου φιλίας καὶ τῆς ἀπιστίας· ὑμεῖς δὲ, ἀσύνετοι καὶ ῥάθυμοι ὄντες, εἰκότως ἀπιστεῖτε.

Vers. 17. Εὐκοπώτερον — πεσεῖν.

Νόμον ἐνταῦθα, πᾶσαν ὠνόμασε τὴν παλαιὰν γραφὴν, ἥτις διαφόρως προεῖπεν, ὅτι διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν ἐκπεσοῦνται τῆς πρὸς θεὸν οἰκειώσεως. λέγει γοῦν, ὅτι εὐχερέστερον ἂν ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ ἀφανισθήσονται, ἢ τὸ ἐλάχιστον τῶν προηγορευμένων τῇ γραφῇ περὶ τῆς διὰ τὴν ἀπιστίαν ἐκπτώσεως αὐτῶν διαπεσεῖται, εἴτουν, ἀπρακτήσει.

Vers. 18. Πᾶς — μοιχεύει.

Νῦν μὲν, μὴ ἐρωτηθεὶς, εἶπε ταῦτα, πρός τινας ἀποτεινόμενος τοιαῦτα τότε πλημμελήσαντας· ἐν δὲ τῷ τεσσαρακοστῷ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ ματθαῖον ἐρωτηθεὶς ὑπὸ τῶν φαρισαίων, εἰ ἔξεσιν o) ἀνθρώπῳ ἀπολύσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, πλατείαν τὴν ἀπόκρισιν ἐποιήσατο. καὶ ἀνάγνωθι τὴν ὅλην ἐξήγησιν αὐτῆς. o) Matth. 19, 3.

Κεφ. ΝΘ. Περὶ τοῦ πλουσίου καὶ τοῦ λαζάρου.

Vers. 19. Ἄνθρωπος — πλούσιος.

Πολλὰ πολλάκις περὶ φιλοπτωχίας διδάξας, νῦν διὰ παραβολῆς καὶ φόβον τοῖς σκληροκαρδίοις καὶ ἀμεταδότοις πλουσίοις ἐπικρεμᾷ, περὶ τῶν ἔτι μελλόντων, ὡς ἤδη γεγονότων διηγούμενος· οὔπω γὰρ τῶν βεβιωμένων ἀνταπόδοσις, ἐπεὶ οὔπω κρίσις· καὶ τραγῳδῶν παρεισῶν, οἵαι μὲν κολάσεις τοὺς ἀσυμπαθεῖς πλουσίους διαδέξονται μετὰ θάνα-

et quae refrigeria ſuſcipiant pauperes, qui labores tolerauerunt. Alia etiam vtilia per hanc diſcimus parabolam.

Verſ. 19. *Qui — byſſo.*

Pretioſiſſimis ac ſpecioſiſſimis veſtibus corpus ornabat.

Verſ. 19. *Et epulabatur — ſplendide.*

Pretioſe.

Verſ. 20. *Mendicus — Lazarus.*

Diuitis quidem nomen non edidit, vtpote odio digni. Scriptum eſt enim, Nec memor ſim nominum eorum per labia mea: mendici vero nomen addidit, tanquam amore digni.

Aiunt autem quidam ex traditione Hebraeorum, quod iuxta ea tempora diues ille fuerat Nineuis appellatus, et mendicus iſte Lazarus: poſtquam autem vterque mortuus eſt, formauit Chriſtus parabolam de rebus ab illis geſtis, et futuras ipſorum retributiones, quaſi iam factas, narrauit, timorem iis, qui diuiti illi adhaeſerant, immittens, vt diximus: eis vero, qui ad pauperem hunc attinebant, conſolationem: et his autem et illis vtilitatem.

Verſ. 20. *Qui* — v. 21. *vlcera eius.*

Adeo debili erat corpore, vt neque canes poſſet abigere. O crudelitatem ac prae ſtupore indolentiam, per quam in tantis conſtitutus bonis, in tot malis ac calamitatibus poſitum deſpiceret, idque ad ianuam ſuam iacentem. Et rurſum o egregiam fortitudinem ac tolerantiam, quod, quum ille ita

2) σφοδροτάτως. B. Male.
3) τὰ, abeſt. A.

θάνατον, οἷαι δὲ ἀνέσεις τοὺς Φερεπόνους πένητας ὑποδέξονται. καὶ ἄλλα δὲ ὠφέλιμα διὰ τῆς παραβολῆς ταύτης μανθάνομεν.

Vers. 19. Καὶ — βύσσον.

Ταῖς τιμιωτάταις καὶ [2]) φαιδροτάταις στολαῖς κατεκόσμει τὸ σῶμα.

Vers. 19. Εὐφραινόμενος — λαμπρῶς.

Πολυτελῶς.

Vers. 20. Πτωχὸς — λάζαρος.

Τοῦ πλουσίου μὲν οὐκ εἶπεν ὄνομα, ὡς μεμισημένου. γέγραπται γὰρ περὶ τῶν πονηρῶν· οὐ μὴ [p]) μνησθῶ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν διὰ χειλέων μου· τοῦ πτωχοῦ δὲ τὴν κλῆσιν προσέθηκεν, ὡς ἠγαπημένου. p) Ps. 15, 4.

Φασὶ δέ τινες ἐκ παραδόσεως ἑβραίων, ὅτι κατὰ τοὺς καιροὺς ἐκείνους καὶ ὁ πλούσιος ἐκεῖνος ἦν, νινευΐς καλούμενος, καὶ ὁ πτωχὸς οὗτος λάζαρος. τελευτησάντων δὲ αὐτῶν, παραβολὴν ὁ χριστὸς [3]) τὰ κατ' αὐτοὺς ἐποίησε, καὶ τὰς μελλούσας ἀνταποδόσεις αὐτῶν, ὡς γεγενημένας, ἰσόρησε, τοῖς μὲν κατὰ τὸν πλούσιον ἐκεῖνον, φόβον ἐμποιῶν, ὡς εἰρήκαμεν· τοῖς δὲ κατὰ τὸν πτωχὸν τοῦτον, παρηγορίαν, καὶ τούτοις δὲ κἀκείνοις ὠφέλειαν.

Vers. 20. [a]Ος — v. 21. ἔλκη αὐτοῦ.

Τοσοῦτον γὰρ παρεῖτο τὸ σῶμα, ὡς μηδὲ τοὺς κύνας ἀποσοβᾶν δύνασθαι. ὦ πολλῆς ὠμότητος καὶ ἀναλγησίας! ὅτι τὸν ἐν τοσούτοις κακοῖς, ὁ ἐν τοσούτοις ἀγαθοῖς περιεώρα, καὶ ταῦτα ἐρρ.μμένον πρὸ τοῦ πυλῶνος αὐτοῦ. καὶ αὖθις, ὦ πολλῆς ἀνδρείας [4]) καὶ ὑπομονῆς! ὅτι ἐκείνου οὕτως ἔχον-

[4]) ἀνδρίας. A.

ita se haberet, hic ita affectus non malediceret, neque murmuraret.

Vers. 22. *Accidit — Abrahae.*

Vt hospitem Lazarum apud hospitalem Abraham intuitus dives, osor hospitum, haberet hoc ad confutationem suae inhospitalitatis. Obserua etiam, quod peccatorum animae violente ac dure repetuntur: Stulte, inquit, hac nocte repetunt animam tuam a te: iustorum vero pie ac reuerenter ab angelis, tanquam satellitibus, abducuntur.

Vers. 22. *Mortuus est — sepultus est.*

De mendico non dixit, quod sepultus sit, eo quod vile esset pauperis sepulchrum, de diuite vero maxime, propter pretiositatem sepulchri diuitis.

Vers. 23. *Atque in — sinu eius.*

Infernum dicit, locum supplicii. Ex hac autem parabola discimus, quod in futuro seculo non solum peccatores vident iustos et iusti peccatores, sed et agnoscunt: et peccatores quidem iustorum vident fruitiones, quo magis doleant videntes, quibus sint priuati bonis: iusti vero peccatorum vident supplicia, quo amplius gaudeant intuentes, quanta effugerunt tormenta. Agnoscunt autem se inuicem, vt sciant, inter quos sunt hi, de quibus ante mortem ignorabant. Tunc autem Deum non obsecrant isti pro peccatoribus, scientes, quod cum diabolo et angelis eius condemnati sunt. Et quemadmodum pro daemonibus supplicare vanum esset et inutile: ita quoque et pro his, sicut dixit Gre-

5) τοῦτο expressit etiam Hentenius. Τοῦτο, nimirum τὸ ἰδεῖν. In mentem tamen veniebat τουτον, i. e. τὸν λάζαρον.

6) Forte, οἶκν βάσανον. Ita mox. Nam τὰ βάσανα non memini legere.

7) κατεδικάσθησαν. A.

ἔχοντος, αὐτὸς οὕτως ἔχων, οὐκ ἐβλασφήμησεν, οὐδ' ἐγόγγυσεν.

Vers. 22. Ἐγένετο — ἀβραάμ.

Ἵνα τὸν ξένον λάζαρον παρα τῷ φιλοξένῳ ἀβραὰμ ἰδὼν ὁ μισόξενος πλούσιος ἔλεγχον ἔχοι τοῦτο[5]) τῆς μισοξενίας αὐτοῦ. παρατήρησον δὲ, ὅτι τῶν ἁμαρτωλῶν μὲν αἱ ψυχαὶ ἀποτόμως ἀπαιτοῦνται·[9]) ἄφρον, γάρ φησι, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ· τῶν δικαίων δὲ, εὐλαβῶς ἀπάγονται, ὑπὸ τῶν ἀγγέλων δορυφορούμεναι. 9) Luc. 12, 20.

Vers. 22. Ἀπέθανε — ἐτάφη.

Ἐπὶ τοῦ πτωχοῦ μὲν, οὐκ εἶπεν, ὅτι ἐτάφη, διὰ τὸ ἀτημέλητον τῆς τῶν πτωχῶν ταφῆς· ἐπὶ τοῦ πλουσίου δὲ, καὶ μάλα, διὰ τὸ πολυτελὲς τῆς τῶν πλουσίων ταφῆς.

Vers. 23. Καὶ ἐν — κόλποις αὐτοῦ.

Ἅιδην λέγει, τὸν τόπον τῆς κολάσεως. ἐκ τῆς παραβολῆς δὲ ταύτης μανθάνομεν, καὶ ὅτι ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι οὐ μόνον ὁρῶσι καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ τοὺς δικαίους, καὶ οἱ δίκαιοι τοὺς ἁμαρτωλούς, ἀλλὰ καὶ γνωρίζουσι. καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ μὲν ὁρῶσι τὰς τῶν δικαίων ἀπολάυσεις, ἵνα μᾶλλον ἀνιῶνται, βλέποντες, οἵων ἀγαθῶν ἐξερήθησαν· οἱ δίκαιοι δὲ, ὁρῶσι τὰς τῶν ἁμαρτωλῶν κολάσεις, ἵνα μᾶλλον χαίρωσι, βλέποντες οἷα[6]) βάσανα διέφυγον. γνωρίζουσι δὲ ἀλλήλους, ἵνα γνῶσιν ἐν ποίοις εἰσὶν οὗτοι, περὶ ὧν ἠγνόουν πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν· οὐ παρακαλοῦσι δὲ τότε τὸν θεὸν οἱ δίκαιοι ὑμὲρ τῶν ἁμαρτωλῶν, γινώσκοντες, ὅτι τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ συγκατεδικάθησαν.[7]) καὶ ὥσπερ τὸ ὑπὲρ τῶν δαιμόνων ἱκετεύειν μάταιόν ἐστι καὶ ἀπρόσδεκτον, οὕτω καὶ τὸ ὑπὲρ τούτων, ὡς εἶπε γρηγόριος ὁ διάλογος· οὐκ ἀλ-

Gregorius Dialogus. Non dolent autem quanquam compatientes sint: tunc enim fugit ab eis dolor, moeror, ac gemitus, vt pure laetentur.

† Haec quidem dicit Gregorius Dialogus. Alii vero patres dicunt, neque a peccatoribus videri iustos, neque a iustis peccatores: illi siquidem in luce degunt, hi autem in tenebris: longe autem distant a se inuicem lux et tenebrae. Praeterea, quum illi sint omnino lux, nequaquam cupiunt ad tenebras prospicere: hi vero, quum omnino sint tenebrae, non possunt lucem aspicere. Nam et peccatoribus doloris esset consolatio lux ipsa, et iustis imminutionem voluptatis adferrent tenebrae. Dicunt itaque, in hac parabola proponi hoc lege parabolica, et vt terribilior ac magis persuadibilis fieret sermo. Oportet autem et haec et illa scire: sanctorum enim sunt, et nihil pietatem laedunt.

Vers. 24. *Et ipse — hac.*

Vide, quantum eum sapere fecit cruciatus: quem enim prope iacentem despexerat, hunc eminus acute videt. Nec tamen Lazarum deprecabatur: suspicabatur namque, quod malorum ipsi inflictorum, aduersus se memor esset: sed Abraham obsecrat, opinatus, quod hunc lateret, quae circa se contigerant. Quemadmodum autem Lazaro, quum in tot malis positus esset, calamitatum erat augmentum intueri diuitem in tot bonis: ita nunc diuiti, in tantis degenti miseriis, additio supplicio-rum est, videre Lazarum in tantis bonis.

Vers. 25. *Dixit — cruciaris.*

Inhumanitatem huic non improperat, sed mansuete respondet. Scriptum est enim, Animam humi-

[8]) Haec vterque in margine.

[9]) ἀποκρύπτεται. B.

γοῦσι δὲ, καίτοι συμπαθεῖς ὄντες. ἀπέδρα γὰρ τότε ἀπ' αὐτῶν ὀδύνη καὶ λύπη καὶ στεναγμὸς, ἵνα καθαρῶς εὐφραίνωνται.

[Ταῦτα[8]) μέν φησι γρηγόριος ὁ διάλογος· ἕτεροι δὲ πατέρες λέγουσι, μήτε ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν ὁρᾶσθαι τοὺς δικαίους, μήτε ὑπὸ τῶν δικαίων τοὺς ἁμαρτωλούς. οἱ μὲν γὰρ ἐν τῷ φωτὶ δὶ δὲ ἐν τῷ σκότῳ· πόρρω δὲ ἀλλήλων τὸ φῶς καὶ τὸ σκότος. καὶ οἱ μὲν ὅλοι φῶς ὄντες, οὐκ ἂν βούλοιντο ἀπιδεῖν εἰς τὸ σκότος· οἱ δὲ ὅλοι σκότος ὑπάρχοντες, οὐκ ἂν δύναιντο ἀπιδεῖν εἰς τὸ φῶς. ἢ γὰρ ἂν καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ τῆς ὀδύνης παράκλησιν ἔμελλον ἔχειν τὸ φῶς· καὶ οἱ δίκαιοι, τῆς ἡδονῆς ὕφεσιν τὸ σκότος· τὴν μέντοι παραβολὴν ὑποθέσθαι τοῦτο, κατὰ παραβολικὴν αὐτονομίαν, καὶ ἵνα φοβερώτερος καὶ πιθανώτερος ὁ λόγος γένηται. χρὴ δὲ καὶ ταῦτα κἀκεῖνα γινώσκειν. ἁγίων γάρ εἰσι, καὶ οὐδὲν τῇ εὐσεβείᾳ λυμαίνονται.]

Vers. 24. Καὶ αὐτὸς — ταύτῃ.

Ὅρα, πόσον αὐτὸν ἡ βάσανος ἐσωφρόνισεν. ὃν γὰρ ἐγγὺς κείμενον παρεώρα, τοῦτον πόρρωθεν ὀξέως ὁρᾷ. οὐ παρεκάλεσε δὲ τὸν λάζαρον, ὑπολαμβάνων, ὅτι μνησικακεῖ αὐτῷ· τὸν ἀβραὰμ δὲ ἱκέτευσε, νομίζων, ὅτι ἀγνοεῖ τὰ κατ' αὐτόν. ὥσπερ δὲ τῷ λαζάρῳ πρότερον, ἐν τοσούτοις ὄντι κακοῖς προσθήκη συμφορῶν ἦν, τὸ βλέπειν τὸν πλούσιον ἐν τοσούτοις ἀγαθοῖς· οὕτω καὶ τῷ πλουσίῳ νῦν ἐν τοσούτοις ὄντι δεινοῖς, προσθήκη τιμωριῶν ἐστὶ, τὸ βλέπειν τὸν λάζαρον ἐν τοσούτοις ἀγαθοῖς.

Vers. 25. Εἶπε — ὀδυνᾶσαι.

Οὐκ ὀνειδίζει τούτῳ τὴν ἀπανθρωπίαν, ἀλλ' ἐπιεικῶς[9]) ἀποκρίνεται· γέγραπται γάρ· ὅτι

humiliatam ne turbaueris. Et hunc nominat filium, vtpote patriarcha, seu progenitor ipsius, et tanquam senex. Non dixit autem: Accepisti bona tua, sed Recepisti. Nam recipere ob ea ponitur, quae debentur: et hinc omnino significatur, quod et diues, quanquam peccator erat, aliquam tamen habebat virtutem, pro qua bona debita adhuc viuens receperat: et Lazarus, quanquam iustus erat, aliquod tamen vitium habebat, propter quod adhuc viuens debita mala receperat. Siquidem nullus hominum expers est virtutis, aut omnino malus: nullusque expers est vitii, aut omnino bonus: ideoque iam morientes discesserunt, ille quidem meram habens malitiam, hic autem puram habens virtutem.

Vers. 26. *Et super — transcendere.*

Hiatum magnum dicit, firmissimum Dei praeceptum, tanquam ad modum hiatus prohibens horum et illorum commixtionem.

Vers. 27. *Ait — pater.*

Etiam hic ponitur ἐρωτῶ, pro obsecro.

Vers. 27. *Vt — v. 28. cruciatus.*

Repulsam passus in eo, quod pro se orabat, pro fratribus supplicat insinuans, quod sicut ipse ante mortem, ita et illi pro fabulis ducunt minas, quae in scripturis habentur de futuri seculi suppliciis et propterea solam voluptuosam vitam insequuntur.

Vers. 29. *Dicit — prophetas.*

Mosaicos libros ac prophetias: neque enim ita tibi

[1]) L. l. legitur καρδίαν παρωργισμένην. Hunc ipsum locum tractans Ioannes Xiphilinus eodem modo laudat.

ψυχὴν r) τεταπεινωμένην s) μὴ προσαράξῃς· καὶ τέκνον ὀνομάζει τοῦτον, ὡς πατριάρχης αὐτοῦ, καὶ ὡς πρεσβύτης. οὐκ εἶπε δὲ, ὅτι ἐλάβες, ἀλλ' ὅτι ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου, καὶ λάζαρος ὁμοίως τὰ κακά. τὸ γὰρ ἀπολαμβάνειν ἐπὶ τῶν χρεωστουμένων τάττεται, καὶ δηλοῦται πάντως ἐντεῦθεν, ὅτι καὶ ὁ πλούσιος, εἰ καὶ ἁμαρτωλὸς ἦν, ὅμως εἶχέ τινα ἀρετὴν, ὑπὲρ ἧς ἀπέλαβε ζῶν ἔτι τὰ ὀφειλόμενα ἀγαθά· καὶ ὁ λάζαρος, εἰ καὶ δίκαιος ἦν, ὅμως εἶχέ τινα κακίαν, δι' ἣν καὶ αὐτὸς ἀπέλαβε ζῶν ἔτι τὰ ὀφειλόμενα κακά. τῶν ἀνθρώπων γὰρ οὐδεὶς ἄμοιρος ἀρετῆς, οὐδ' ὁ πάνυ πονηρός· καὶ οὐδεὶς ἄμοιρος κακίας, οὐδ' ὁ πάνυ ἀγαθός. διὸ καὶ τελευτήσαντες ἀπῆλθον, ὁ μὲν ἄκρατον ἔχων τὴν κακίαν· ὁ δὲ ἄκρατον κεκτημένος τὴν ἀρετήν.

r) Sirac. 4, 3.

Verſ. 26. Καὶ ἐπὶ — διαπερῶσι.

Χάσμα μέγα λέγει, τὸ ἀνεπιχείρητον πρόσαγμα τοῦ θεοῦ· ὡς δίκην χάσματος κωλύων τὴν ἐπιμιξίαν τούτων κἀκείνων.

Verſ. 27. Εἶπε — πάτερ.

Παρακαλῶ σε.

Verſ. 27. Ἵνα — v. 28. βασάνου.

Ἀποτυχὼν τῆς ὑπὲρ ἑαυτοῦ δεήσεως, ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν δυσωπεῖ, ἐμφαίνων, ὅτι ὥσπερ αὐτὸς πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν, οὕτω καὶ αὐτοὶ λῆρον ἡγοῦνται τὰς ἐν ταῖς γραφαῖς ἀπειλὰς τῶν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος κολάσεων, καὶ διὰ τοῦτο, μόνην τὴν φιληδονίαν μεταδιώκουσι.

Verſ. 29. Λέγει — προφήτας.

Τὰς μωσαϊκὰς βίβλους καὶ τὰς προφητικάς.

s) Sirac. 7, 19. laudat. Vide editionem noſtram Moſquenſem pag. 20.

tibi curae sunt fratres, vt Deo, qui fecit illos, et sexcentos eis adhibuit praeceptores.

Vers. 29. *Audiant illos.*

Quum vitam suadeant virtuti conformem.

Vers. 30. *At ille — Abraham.*

Non audiunt illos.

Vers. 30. *Sed — resipiscent.*

Libris quidem non habent fidem, vtpote scriptis ab his, qui viuebant, et necdum ea viderant, quae in futuro sunt seculo: si quis autem ex mortuis ierit ad illos, credent, tanquam ei, qui viderit vniuersa.

Vers. 31. *Ait — credent.*

Siquidem Iudaei, quia Mosen et prophetas non audiebant, neque iis, qui a mortuis resurrexerant, credebant: quin et Lazarum, Marthae et Mariae fratrem, qui a mortuis surrexerat, et de rebus, quae in inferno erant, loquebatur, potius occidere volebant.

Cap. XVII. v. 1. *Ait — veniunt.*

Hoc est, necesse est, vt veniant. Dixit enim trigesimo septimo etiam iuxta Matthaeum capite, Vae mundo ab offendiculis: necesse est enim, vt veniant offendicula, veruntamen vae homini illi, per quem venit offendiculum: et in eo lege interpretationem, quae pulchre posita est.

Vers. 2. *Expedit — istis.*

Ibi etiam haec paulo ante dicta sunt et aperte declarata.

Vers. 3.

οὐ γὰρ οὕτω σὺ κήδῃ τῶν ἀδελφῶν, ὡς ὁ ποιήσας αὐτοὺς θεὸς, ὃς καὶ μυρίους ἐπέστησεν αὐτοῖς διδασκάλους.

Vers. 29. Ἀκουσάτωσαν αὐτῶν.

Ὑποτιθεμένων βίον ἐνάρετον.

Vers. 30. Ὁ δὲ — ἀβραάμ.

Οὐκ ἀκούουσιν αὐτῶν.

Vers. 30. Ἀλλ' — μετανοήσουσι.

Ταῖς βίβλοις μὲν ἀπιστοῦσιν, ὡς παρὰ ζώντων γραφείσαις, μήπω θεασαμένων τὰ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος· ἐάν τις δὲ ἀπὸ νεκρῶν πορευθῇ πρὸς αὐτοὺς, πιστεύσουσιν, ὡς ἰδόντι πάντα.

Vers. 31. Εἶπε — πεισθήσονται.

Καὶ οἱ Ἰουδαῖοι γὰρ, ἐπειδὴ μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν οὐκ ἤκουον, οὐδὲ τοῖς ἐκ νεκρῶν ἀναστᾶσιν ἐπείθησαν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀδελφὸν μάρθας καὶ μαρίας λάζαρον, ἐκ νεκρῶν ἀναστάντα καὶ περὶ τῶν ἐν τῷ ᾅδῃ λέγοντα, μᾶλλον ἀνελεῖν ἐβούλοντο.

Cap. XVII. v. 1. Εἶπε — ἔρχεται.

Ἀνένδεκτόν ἐστιν, ὥστε μὴ ἐλθεῖν, ἤγουν, ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐλθεῖν. ἔφη γὰρ καὶ ἐν τῷ τριακοστῷ ἑβδόμῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ ματθαῖον· ὅτι οὐαὶ [s] τῷ κόσμῳ ἀπὸ τῶν σκανδάλων. ἀνάγκη γάρ ἐστιν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα· πλὴν οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, δι' οὗ τὸ σκάνδαλον ἔρχεται. καὶ ἀνάγνωθι ἐν ἐκείνῳ τὴν ἑρμηνείαν, εὖ ἔχουσαν.

[s] Matth. 18, 7.

Vers. 2. Λυσιτελεῖ — τούτων.

Ἐκεῖ καὶ ταῦτα εἴρηται μικρὸν ἀνωτέρω, καὶ σαφῶς διηρμήνευται.

Verſ. 3. *Cauete vobis ipſis.*

Cauete, ne quo modo cuiquam ſitis offendiculo, aut a quoquam offendiculum patiamini.

Verſ. 3. *Quod ſi — illum.*

Fraterne illum increpa, et more eius, qui corrigit.

Verſ. 3. *Et ſi — illi.*

Poenitentia enim promeretur, vt veniam impetret.

Verſ. 4. *Et ſi — remittes illi.*

Oportet enim nos, qui infirmi ſumus, et affectionibus vincimur, condolere his, qui ſimiliter affecti ſunt. Hic autem ſepties, idem ſignificat, quod frequenter: hoc eſt, quoties in die poſt peccatum poenituerit eum, toties remitte illi: et ita idem indicat, quod ſeptuagies ſepties. Aliter etiam: ſepties quidem, de vnoquoque die dictum eſt, ſeptuagies ſepties autem, de omnibus ſimul.

Verſ. 5. *Et — fidem.*

Appone ei, quam habemus deficientem: ſiue perfice in nobis fidem quae in te eſt. Fides ſiquidem partim a nobis inducitur iuxta id, quod dicitur, Fides tua te ſaluam fecit: partim vero a Deo datur. Ait enim Apoſtolus Paulus, Alii quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiae: alii ſermo ſcientiae ſecundum eundem ſpiritum: alii vero fides per eundem ſpiritum. Hoc ergo ſcientes petunt eam fidem, quae a Deo datur, quam etiam acceperunt poſt ſuperuentionem ſpiritus ſancti in ſpecie ignitarum linguarum. Ideo priusquam hanc accepiſſent, exprobrabatur illis, quod puſilli eſſent fide: imperfecti enim ad fidem erant: addita vero a Deo fides, perfectio erat et confirmatio fidei prius illatae.

Verſ. 6.

Vers. 3. Προσέχετε ἑαυτοῖς.

Προσέχετε, μήποτε σκανδαλίσητέ τινας, ἢ σκανδαλισθῆτε ὑπό τινων.

Vers. 3. Ἐὰν δὲ — αὐτῷ.

Ἐπίπληξον ἀδελφικῶς τε καὶ διορθωτικῶς.

Vers. 3. Καὶ ἐὰν — αὐτῷ.

Ἡ μετάνοια γὰρ ἀξία συγγνώμης.

Vers. 4. Καὶ ἐὰν — ἀφήσεις αὐτῷ.

Δεῖ γὰρ ἡμᾶς, ἐν ἀσθενείαις ὄντας καὶ ἡττωμένους παθῶν, ἐπικάμπτεσθαι τοῖς ὁμοίως πάσχουσι. τὸ δὲ ἑπτάκις ἐνταῦθα, τὸ πολλάκις δηλοῖ, τουτέστιν, ὁσάκις τῆς ἡμέρας ἁμαρτήσας μετανοήσῃ, τοσαυτάκις ἄφες αὐτῷ. καὶ οὕτω συνάδει τὸ ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. ἄλλως τε, τὸ μὲν ἑπτάκις, ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας εἰρηται· τὸ δὲ ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ, πρὸς πάσας.

Vers. 5. Καὶ — πίστιν.

Πρόσθες, ᾗ ἔχομεν, τὴν λείπουσαν, ἤγουν, τελείωσον ἡμῶν τὴν πίστιν τὴν πρὸς σέ. τῆς πίστεως γὰρ τὸ μὲν, παρ' ἡμῶν εἰσάγεται, καθὸ λέγεται, τὸ· ἡ πίστις [t]) σου σέσωκέ σε· τὸ δὲ, παρὰ τοῦ Θεοῦ δίδοται. Φησὶ γὰρ ὁ ἀπόστολος Παῦλος· ᾧ [v]) μὲν διὰ τοῦ πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας· ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως, κατὰ τὸ αὐτὸ πνεῦμα· ἑτέρῳ δὲ πίστις, ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι. τοῦτο οὖν εἰδότες, αἰτοῦσι τὴν ἐκ τοῦ Θεοῦ διδομένην πίστιν, ἣν καὶ ἔλαβον μετὰ τὴν ἐν εἴδει πυρίνων γλωσσῶν ἐπιφοίτησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος. διὸ πρὸ τοῦ ταύτην λαβεῖν, ὀλιγοπιστίαν ὠνειδίζοντο, καὶ ἀτελεῖς ἦσαν πρὸς τὴν πίστιν. ἔστι δὲ ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ προστιθεμένη πίστις, τελείωσις τῆς προεισενεχθείσης πίστεως, καὶ βεβαίωσις.

t) Matth. 9, 22.

v) 1 Cor. 12, 8.

Verſ. 6. *Ait — vobis.*

Si haberetis fidem adeo acutam, vehementem ac feruentem, ſicut eſt granum ſinapis: nam illud talis eſt qualitatis, moueretis ſane et arbores, illasque in mare plantaretis. Hoc autem dixit, laudans perfectam fidem, et magnam eius ſignificans potentiam. Dixit autem de fide et grano ſinapis etiam trigeſimo quinto iuxta Matthaeum capite, alio tamen intellectu.

Verſ. 7. *Quis — v. 10. feçimus.*

Poſtquam praecedentibus ſermonibus ad boni operationem diſcipulos exacuit: hoc nunc exemplo, iactationis affectum, qui hanc conſequitur, auellit, docens, quod ſicut nullus ſeruum ſuum arantem aut paſcentem, et ex agro domum reuertentem, honore dignum ducit ob huiusmodi laborem, ſed rurſum iubet, ac debitam adhuc exigit ſeruitutem, et nec ſic illi gratiam habet: ad eundem ſane modum et Deus. Itaque ſecundum iuſtitiae ſermonem his, qui praecepta non adimplent, periculum imminet: ipſa vero implentibus, gratia nulla, nec propterea extolli oportet. Quod bene ſciens Paulus Apoſtolus dicebat: ſi euangelium praedico, non eſt, quod inde glorier: neceſſitas ſiquidem mihi incumbit: vae enim mihi eſt, ſi euangelium non praedicauero. Attamen quum bonus ſit Deus, ſeruis, tanquam mercenariis, vtitur, et ſeruitutem illorum mercede rependit: ac debitum obſequium, tanquam facinus egregium, ſuſcipit, et praemium tribuit, quod labores etiam excedat. Vincit namque bonitas eius id, quod iuſtum eſt et aequum.

Cap.

[2]) ἔχετε, A. Ita diſſentiunt etiam in contextu.

Vers. 6. Εἶπε — ὑμῖν.

Ἐι ἔχετε[2]) πίστιν, οὕτω δριμεῖαν καὶ σφοδρὰν καὶ θερμὴν, ὡς κόκκον σινάπεως· τοιαύτης γὰρ ποιότητος οὗτος· μετεκινεῖτε ἂν καὶ τὰ δένδρα, καὶ τῇ θαλάσσῃ ταῦτα ἐνεφυτεύετε. τοῦτο δὲ εἶπεν, ἐπαινῶν τὴν τελείαν πίστιν, καὶ δηλῶν τὸ μεγαλοδύναμον αὐτῆς. εἴρηκε δὲ περὶ πίστεως καὶ κόκκου σινάπεως καὶ ἐν τῷ τριακοστῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ ματθαῖον, πλὴν καθ' ἑτέραν ἔννοιαν.

Vers. 7. Τίς — v. 10. πεποιήκαμεν.

Διὰ τῶν προλαβόντων λόγων εἰς ἀγαθοεργίαν[3]) παραθήξας τοὺς μαθητὰς, νῦν διὰ τοῦ παραδείγματος τούτου κατασπᾷ τὸ παρεπόμενον ταύτῃ πάθος τῆς οἰήσεως, διδάσκων, ὅτι ὥσπερ οὐδεὶς τὸν ἀροτριῶντα ἢ ποιμαίνοντα δοῦλον αὐτοῦ, καὶ ἐξ ἀγροῦ εἰσελθόντα, τιμῆς ἀξιοῖ, διὰ τὸν τοιοῦτον κόπον, ἀλλὰ πάλιν ἐπιτάττει, καὶ τὴν προσοφειλομένην ἀπαιτεῖ δουλείαν, καὶ οὐδ' οὕτως αὐτῷ χάριν ἔχει· τὸν αὐτὸν ἆρα τρόπον καὶ ὁ θεός. ὥστε κατὰ τὸν τοῦ δικαίου λόγον, τοῖς μὲν μὴ πληροῦσι τὰ προσεταγμένα κίνδυνος ἀπόκειται· τοῖς δὲ πληροῦσιν αὐτὰ, χάρις οὐδεμία. καὶ οὐ χρὴ διὰ τοῦτο μέγα φρονεῖν, ὅπερ καλῶς εἰδὼς ὁ ἀπόστολος παῦλος ἔλεγεν· ὅτι ἐὰν[x]) εὐαγγελίζωμαι, οὐκ ἔστι μοι καύχημα· ἀνάγκη γάρ μοι ἐπίκειται. οὐαὶ γάρ μοί ἐστιν, ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι. πλὴν ἀγαθὸς ὢν ὁ θεὸς, καὶ τοῖς δούλοις, ὡς μισθίοις, προσφέρεται, καὶ τὴν δουλείαν αὐτῶν μισθῷ ἀμείβεται, καὶ τὴν ὀφειλομένην λατρείαν, ὡς κατόρθωμα δέχεται, καὶ γέρα δίδωσιν ὑπερβαίνοντα τοὺς καμάτους. νικᾷ γὰρ ἡ ἀγαθότης αὐτοῦ τὸ δίκαιον.

x) 1 Cor. 9, 16.

Κεφ.

3) ἀγαθοεργίας. Α

Cap. LX. De decem leprosis.

Vers. 11. *Et factum est* — v. 12. *leprosi.*

Nouem quidem erant Iudaei, vnus autem Samaritanus: morbi vero communicatio tunc eos adunauerat, audito, quod pertransiret Christus.

Vers. 12. *Qui steterunt procul.*

Tanquam immundi.

Vers. 13. *Et — nostri.*

Ἐπιστάτα, hoc est, domine, praeceptor aut magister.

Vers. 14. *Quos vt vidit — sacerdotibus.*

Nondum mundauit eos, sed mittit sacerdotibus manifestandos, vt inter eundum mundarentur. Hoc autem fecit, probans fidem illorum. Illi vero credendo, quod eundo posset illos mundare, ibant non diiudicantes de eius praecepto. Manifestabantur autem sacerdotibus, qui mundati erant, vt ab illis mundi dicerentur: et tunc iuxta legem hostiam offerebant.

Vers. 14. *Et accidit* — v. 15. *Deum.*

Magnum quendam ac magnae potentiae credens esse Christum, nondum tamen natura Deum.

Vers. 16. *Et procidit — illi.*

Quum enim mundatus esset, iam appropinquabat.

Vers. 16. *Et hic* — v. 18. *hic alienigena.*

Hinc ostendit, quod magis grati sunt Gentiles, quam Iudaei: hi enim beneficium continuo obliuioni tradentes, ingrati et erga patrem et erga filium apparebant.

Vers. 19.

4) φωνηθητομένος. B. Sic.

Κεφ. Ξ. Περὶ τῶν δέκα λεπρῶν.

Vers. 11. Καὶ ἐγένετο — v. 13. λεπροὶ ἄνδρες.

Οἱ ἐννέα μὲν, Ἰουδαῖοι ἦσαν· ὁ δὲ εἷς σαμαρείτης. ἡ κοινωνία δὲ τῆς νόσου τότε συνήθροισεν αὐτοὺς, ἀκούσαντας, ὅτι διέρχεται ὁ χριστός.

Vers. 12. Οἱ ἔστησαν πόρρωθεν.

Ὡς ἀκάθαρτοι.

Vers. 13. Καὶ — ἡμᾶς.

Ἐπιστάτα, ἤτοι, κύριε ἢ διδάσκαλε.

Vers. 14. Καὶ ἰδὼν — ἱερεῦσι.

Μήπω καθαρίσας αὐτοὺς πέμπει ἐμφανισθησομένους [4]) τοῖς ἱερεῦσιν, ὡς ἐν τῷ πορεύεσθαι μέλλοντας καθαρισθῆναι. τοῦτο δὲ πεποίηκε, δοκιμάζων τὴν πίστιν αὐτῶν. οἱ δὲ πιστεύσαντες, ὅτι δύνανται πορευομένους αὐτοὺς καθαρίσαι, ἀδιστάκτως ἐβάδιζον. ἐνεφανίζοντο δὲ τοῖς ἱερεῦσιν οἱ καθαρισθέντες, ἵνα παρ' αὐτῶν ὀνομασθῶσι καθαροὶ, καὶ λοιπὸν προσενέγκωσι θυσίαν, κατὰ τὸν νόμον.

Vers. 14. Καὶ ἐγένετο — v. 15. τὸν θεόν.

Μέγαν μὲν γάρ τινα, καὶ μεγαλοδύναμον, τὸν χριστὸν ἐπίστευον εἶναι, οὔπω δὲ καὶ φύσει θεόν.

Vers. 16. Καὶ ἔπεσεν — αὐτῷ.

Καθαρισθεὶς γὰρ, ἐπλησίασε.

Vers. 16. Καὶ αὐτὸς — v. 18. ὁ ἀλλογενὴς οὗτος.

Ἐντεῦθεν ἔδειξεν, ὅτι εὐγνωμονέστεροι τῶν Ἰουδαίων εἰσὶν οἱ ἐξ ἐθνῶν. ἐκεῖνοι γὰρ αὐτίκα τῆς εὐεργεσίας λήθην λαβόντες, ἀχάριστοι καὶ περὶ τὸν πατέρα, καὶ περὶ τὸν υἱὸν ἐφάνησαν.

Vers. 19.

Vers. 19. *Et ait — te saluum fecit.*

Atqui etiam illos fides eorum saluos effecerat: sed fideles quidem decem fuerunt, solus autem hic gratus fuit.

Vers. 20. *Interrogatus — Dei.*

Quia frequenter docuerat, instare regnum Dei, de ipso hoc dicens: nunc interrogant eum, quando regnaturus esset? irridentes eum, vt qui vilis appareret, et in proximo ab eis interficiendus esset.

Vers. 20. *Respondit — obseruatione.*

Cum prospectu humano.

Vers. 21. *Neque — illic.*

Quod faciunt in terrenis regibus.

Vers. 21. *Ecce — est.*

Regnum Dei dicit, se ipsum, vtpote regem ac Deum. Intra ipsos autem erat, tanquam in medio eorum conuersans: de quo et praecursor dixit illis, Medius vestrum stetit, quem vos non nostis.

† † In vobis positum est, consequi regnum dei, in vestro studio, aut via in regnum dei, quae in id ducit, aut facta, quae id largiuntur, aut laetitia, quam habituri sunt, qui eo digni sunt iudicati. Datur his quoque dignis, vt pignus futuri.

Vers. 22. *Ait — videbitis.*

9) Breuiter de hac re monui in mea N. Testamenti editione ad Corinth. p. 213. nota 1. Distribuebant autem illi praepositiones ita. Ἐκ, Patri: διὰ, Filio: ἐν, Spiritui Sancto tribuebant.

Verſ. 4. *In ipſo vita erat.* Qua non ſolum haec produxit, verum etiam conſeruat, vt in eſſe permaneant. Nam quod de patre dictum eſt, de ipſo quoque dici poteſt: In ipſo viuimus, mouemur et ſumus. Quum autem audieris quod in ipſo vita erat, ne compoſitum eum ſuſpiceris, ſed vitae fontem: nam protinus etiam totum ipſum vitam nominat, dicens, Et vita erat lux hominum. Alibi quoque dicit ipſe Chriſtus, Ego ſum vita.

Qui autem ſpiritui ſancto reſiſtunt, eiusque naturam diminuunt, poſt id quod dicitur, Sine ipſo factum eſt nihil, diſtinctionem ſtatuunt: deinde quod ſequitur ſimul legunt, Quod factum eſt, in ipſo vita erat: vt ſpiritum ſanctum factum eſſe demonſtrent: nam de ipſo loqui dicunt huiusmodi verbum.

Facile autem refelluntur. Primum quia pars illa, Quod factum eſt, indisiuncte poſita, omne quod factum eſt indicat. Deinde quia etiam vita dicitur eſſe lux: ſubdit enim quod vita erat lux hominum: poſt paululum autem de Iohanne loquens ait: Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de luce. Manifeſtum eſt autem, quod Iohannes non de ſpiritu ſancto, ſed de filio tulit teſtimonium, ſicut in ſequentibus inueniemus.

Verſ. 4. *Et — hominum.* Etiam ipſe filius erat lux hominum, vtpote mentem ipſorum illuminans, et ab errore deducens ad veritatem. Quod autem ipſum filium lucem nominauit, ipſe quoque filius alibi dicit, Ego ſum lux mundi. Dicitur

z) Suo iure ita diſtinxerunt Pneumatomachi. Etenim Origenes, Haereticorum omnium parens, ita non ſolum diſtinxerat, ſed ita adeo in *ſuis* repererat Codicibus. Vide hominis veſani nugas, Si placet, Tom. IV. p. 20. D. 26. E. 36. B. 64. B. 69. A. 77. B. et 72. A. E. vbi Codices iſtos appellat, et ex iisdem ſcilicet, verſ. 4. laudat: ἐν αὐτῷ ζωὴ ἘΣΤΙ.

Vers. 4. Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν. Δι' ἧς οὐ μόνον αὐτὰ παρήγαγεν, ἀλλὰ καὶ συντηρεῖ εἰς τὸ διαμένειν. ὅπερ γὰρ περὶ τοῦ πατρὸς εἴρηται, τοῦτο καὶ περὶ τούτου ἐρεῖται, ὅτι ἐν[f]) αὐτῷ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν. ὅταν δὲ ἀκούσῃς, ὅτι ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, μὴ σύνθετον αὐτὸν ὑπολάβῃς, ἀλλὰ πηγὴν ζωῆς. αὐτίκα γὰρ καὶ ὅλον αὐτὸν ζωὴν ὀνομάζει, λέγων· καὶ[g]) ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων. καὶ ἀλλαχοῦ δέ φησι φανερῶς αὐτὸς ὁ Χριστός· ἐγώ[h]) εἰμι ἡ ζωή.

f) Act. 17, 28.

g) Io. 1, 4.

h) Io. 14, 6.

Οἱ πνευματομάχοι[1]) δὲ μετὰ τὸ, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, στίζουσι τελείαν· εἶτα τὸ ἑξῆς οὕτως ἀναγινώσκουσιν, ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν· ἵνα γενητὸν[2]) δείξωσι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. περὶ τούτου γάρ φασι λέγειν τὸ τοιοῦτον ῥητόν.

Ἐλέγχονται δὲ ταχέως, πρῶτον μέν, ὅτι τὸ ὃ γέγονεν, ἀπολύτως κείμενον, πᾶν, ὃ γέγονε, δηλοῖ· ἔπειτα δὲ, ὅτι ἡ ζωὴ αὕτη καὶ φῶς εὑρίσκεται. ἐπάγει γὰρ, ὅτι καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων· εἶτα μετὰ μικρὸν περὶ τοῦ Ἰωάννου λέγων, φησίν· οὗτος[i]) ἦλθεν εἰς μαρτυρίαν, ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός. δῆλον δὲ, ὅτι ὁ Ἰωαννης οὐ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀλλὰ περὶ τοῦ υἱοῦ μεμαρτύρηκεν, ὡς προϊόντες εὑρήσομεν.

i) Io. 1, 7.

Vers. 4. Καὶ — ἀνθρώπων. Καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων, ὡς φωτίζων τὸν νοῦν αὐτῶν, καὶ ὁδηγῶν ἀπὸ τῆς πλάνης εἰς τὴν ἀλήθειαν. ὅτι δὲ αὐτὸν τὸν υἱὸν ὠνόμασε καὶ φῶς, αὐτὸς ὁ υἱὸς ἀλλαχοῦ φησίν· ἐγώ[k]) εἰμι τὸ φῶς τοῦ

k) Io. 8, 12.

[2]) Quilibet, vt arbitror, istorum veterum Pneumatomachorum stultitiam miratur: nos autem recentiorum Hyiopneumatomachorum insanias admiramur, et chartis, vt vocant, oecumenicis (*allgemeinen*) vulgamus et laudamus.

Dicitur itaque et lux et vita: vita quidem tanquam viuificans ac continens vniuerſa: lux vero, quaſi illuminans, et exhilarans mentem hominum, qui ipſum recipiunt.

Quidam autem vitam ac lucem dicunt euangelicam praedicationem, quam hominibus adduxit, vtpote cauſam vitae ſpiritualis ac cognitionis lucis.

Verſ. 5. *Et lux — comprehenderunt.* Lucem quidem vocat praedicationem, propter dictam cauſam, et propter veritatem: tenebras vero errorem, propter falſitatem. Dicit ergo, Praedicatio in errore lucet, et error eam non comprehendit.

Gregorius autem Theologus dictum verbum aliter intelligit, ſermone quem facit in ſancta lumina. Verum poteſt et hanc et illam recipere interpretationem.

Quum ergo hactenus euangeliſta de filii diuinitate aſſeruerit, conſequenter hinc euangelium aggreditur.

Verſ. 6. *Fuit — Iohannes.* Lucas autem ſcripſit, Factum eſt verbum Dei ſuper Iohannem Zachariae filium in deſerto.

Verſ. 7. *Hic — luce.* Lux intelligitur hoc in loco Chriſtus propter cauſam prius redditam, Perhibuit autem Iohannes teſtimonium de diuinitate ipſius, ſicut in ſequentibus patebit. Quum autem Chriſtus huius teſtimonio non egeret, ſubjungitur etiam cauſa teſtimonii. Addit enim:

Verſ. 7. *Vt — illum.* Quemadmodum enim carne veſtitus eſt, ne nuda diuinitate appoſita omnes

3) καὶ, abeſt. A.
4) αὐτῷ, abeſt. A.
5) ἐπιδείξασθαι. A.

τοῦ κόσμε. ὥσε ὁ αὐτὸς λέγεται καὶ ζωὴ, καὶ φῶς. ζωὴ μὲν, ὡς ζωογονῶν καὶ συνέχων τὰ πάντα· φῶς δὲ, ὡς καταλάμπων καὶ φαιδρύνων τὸ ἡγεμονικὸν τῶν ἀνθρώπων, τῶν δεχομένων αὐτόν.

Τινὲς δὲ καὶ [3]) ζωὴν καὶ φῶς εἶπον, τὸ κήρυγμα τοῦ εὐαγγελίου, ὃ ἐπήγαγε τοῖς ἀνθρώποις, ὡς αἴτιον καὶ ζωῆς πνευματικῆς καὶ φωτὸς γνώσεως.

Vers. 5. Καὶ τὸ φῶς — κατέλαβε. Φῶς μὲν ἐνταῦθα καλεῖ, τὸ κήρυγμα, διά τε τὴν ῥηθεῖσαν αἰτίαν, καὶ διὰ τὴν ἀλήθειαν· σκοτίαν δὲ, τὴν πλάνην, διὰ τὸ ψεῦδος. λέγει γοῦν, ὅτι τὸ κήρυγμα ἐν τῇ πλάνῃ λάμπει, καὶ ἡ πλάνη ἀπεριεγένετο αὐτοῦ. [4])

Ὁ δὲ θεολόγος γρηγόριος ἑτέρως τὸ ῥητὸν ἐξελάβετο, ἐν τῷ εἰς τὰ ἅγια φῶτα λόγῳ, δυνάμενον καὶ ταύτην καὶ ἐκείνην ἐπιδέξασθαι [5]) τὴν ἐξήγησιν.

Μέχρι δὲ τούτου διαλεχθεὶς ὁ εὐαγγελιστὴς περὶ τῆς τοῦ υἱοῦ θεότητος, ἐντεῦθεν λοιπὸν ἄρχεται τοῦ εὐαγγελίου.

Vers. 6. Ἐγένετο — ἰωάννης. Ὁ δὲ λουκᾶς ἔγραψεν· ἐγένετο [1]) ῥῆμα θεοῦ ἐπὶ ἰωάννην τὸν τοῦ ζαχαρίε υἱὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ. 1) Luc. 3, 2.

Vers. 7. Οὗτος — φωτός. Φῶς νῦν ὁ χριστὸς νοεῖται, κατὰ τὴν προαποδεδομένην αἰτίαν. ἐμαρτύρησε δὲ ὁ ἰωάννης περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ, ὡς προϊόντες εὑρήσομεν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐδεῖτο τῆς τότε μαρτυρίας ὁ χριστὸς, τέθειται καὶ ἡ αἰτία τῆς μαρτυρίας. ἐπήγαγε γάρ.

Vers. 7. Ἵνα — αὐτοῦ. Ὥσπερ γὰρ σάρκα περιεβάλετο, ἵνα μὴ γυμνῇ τῇ θεότητι

omnes perderet: ita quoque teſtimonio vſus eſt, vt Iudaei cognati Iohannis vocem audientes, per eam crederent facilius in eum de quo teſtificabatur: Omnia ſiquidem ad hominum ſalutem diſpoſuit.

Iohannes itaque teſtimonium perhibuit, vt omnes crederent, non omnes tamen crediderunt: Fides enim non eſt coacta ſed voluntaria.

Verſ. 8. *Non — luce.* Adhuc miſſionis cauſam declarat. Neque enim venit vt luceret: non erat ſiquidem ipſe lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de luce. Simul quoque ne putaret quispiam eum qui teſtimonium ferebat, maiorem ac fide digniorem eo de quo ferebatur teſtimonium, vt plerumque ſolet accidere. Verum quia recens erat Iohannis teſtimonium, ne ſimilis quaedam oriretur ſuſpicio et de eo de quo ferebatur teſtimonium, ait.

Verſ. 9. *Erat — mundum.* Semper erat, iuxta ſupra poſitum reconditiorem intellectum: ſiquidem tanquam Deus ſemper erat: tanquam homo vero eſſe incepit.

Verum ſi omnem hominem venientem in mundum illuminat, quomodo tot relicti ſunt non illuminati? Sane quod ad ipſum attinet, omnes illuminat: qui autem non illuminati manent, a propria hoc patiuntur voluntate: Nam lucis beneficium, quod ad ſolem attinet, ſuper omnes ſimpliciter diffunditur. Quod ſi qui luce frui nolunt, ipſi ſibi cauſa ſunt quod non illuminentur.

Veram quoque lucem dixit, tanquam incomparabilem ac ſuper omnes, et quae proprie lux eſt.

† Dicitur

[c] Interpres *appoſita*. Προσβάλλειν τινι, eſt appropinquare alicui, appropinquare ad aliquem. Malim ergo, *conſpectus*.

προσβαλὼν[6]) ἀπολέσῃ πάντας· οὕτω καὶ μάρτυρι ἐχρήσατο, ἵνα τῆς συγγενοῦς ἀκούοντες οἱ τότε φωνῆς, εὐκολώτερον πιστεύσωσι δι' αὐτῆς εἰς τὸν μαρτυρούμενον. πάντα γὰρ πρὸς σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων ᾠκονομεῖτο.

Ἰωάννης μὲν οὖν ἐμαρτύρησεν, ἵνα πάντες πιστεύσωσιν. ὃ πάντες δὲ ἐπίστευσαν. οὐκ ἐκ βίας γὰρ ἡ πίστις, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως.

Vers. 8. Οὐκ — φωτός. Ἔτι σαφηνίζει τὴν αἰτίαν τῆς ἀποστολῆς, ὅτι ἦλθεν, οὐχ ἵνα φωτίσῃ· οὐκ ἦν γὰρ ἐκεῖνος τὸ φῶς· ἀλλ' ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός. ἅμα δὲ καὶ, ἵνα μὴ νομίσῃ τις, ὅτι ὁ μαρτυρῶν μείζων καὶ ἀξιοπιστότερος ἦν τοῦ μαρτυρουμένου, ὡς ἐπὶ πολλῶν εἴωθε συμβαίνειν. ἐπεὶ δὲ πρόσφατος ἦν ἡ τοῦ Ἰωάννου μαρτυρία, ἵνα μὴ τοιαύτη τίς ὑπόνοια καὶ περὶ τοῦ μαρτυρουμένου παρεμπέσοι,[7]) φησίν.

Vers. 9. Ἦν — κόσμον. Ἦν ἀεὶ, κατὰ τὴν ἐκτεθεῖσαν ἀνωτέρω θεολογίαν. ὡς μὲν οὖν θεὸς, ἦν ἀεί· ὡς δὲ ἄνθρωπος, ἤρξατο τοῦ εἶναι.

Εἰ δὲ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον, ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, πῶς τοσοῦτοι μεμενήκασιν ἀφώτιστοι; τὸ μὲν εἰς αὐτὸν ἧκον, πάντας φωτίζει· οἱ δὲ μένοντες ἀφώτιστοι, παρὰ τὴν ἑαυτῶν προαίρεσιν τοῦτο πάσχουσιν. ἡ μὲν γὰρ τοῦ φωτὸς χάρις, ἡλίου δίκην ἐπὶ πάντας ἁπλῶς ἐκκέχυται· οἱ δὲ μὴ θέλοντες ἀπολαῦσαι τῆς χάριτος, αὐτοὶ τοῦ μὴ[8]) φωτισθῆναι αἴτιοι.

Ἀληθινὸν δὲ εἶπεν αὐτὸ, ὡς ἀσύγκριτον, καὶ ὑπὲρ πᾶν φῶς, καὶ κυρίως φῶς.

7) παραπέσοι. A.
8) μὴ, omittit. A.

† Dicitur quoque vera imago, et vera ſapientia, et vera vita: non ad calumniam aliarum ſanctarum imaginum: neque ſapientiae quae a ſcripturis diuinis eſt, neque vitae praeſentis, vt ne dicam futurae: ſed talis figura ſermonis, id quod incomparabile eſt, per amplitudinem manifeſtat.

† Siue venientem in verum mundum virtutum.

Verſ. 10. *In mundo erat.* Non tanquam loco circumſcriptus, ſed tanquam omnia replens. Quum autem dixiſſet, In mundo erat, ne quis ſuſpicaretur mundo contemporale eſſe, quod accidit Paulo Samoſatenſi, addidit:

Verſ. 10. *Et — factus eſt.* Manifeſtum eſt autem quod factor ante id, quod factum eſt, fuerit.

Verſ. 10. *Et — cognouit.* Mundum hunc dicit eos, qui mundana ſapiunt, qui mundo affixi ſunt, qui a ſenſibilibus rebus abduci nequeunt, nec quicquam ſupra haec intelligere poſſunt. Qui enim tales non ſunt, ipſum priusquam etiam in carne aduenisſet, cognouerunt. Et hinc eſt quod ad Apoſtolos vigeſimo quarto iuxta Matthaeum capite dixit Chriſtus. Multi prophetae et iuſti deſiderauerunt videre quae videtis, et non viderunt: et audire quae auditis, et non audierunt. Quodſi ipſum non cognouiſſent, non deſideraſſent videre, vt dictum eſt, vel audire. Itaque cognouerunt quidem eum, eiusque in carne myſterium, verum id ſupernaturaliter: deſiderauerunt autem et ſenſibiliter videre ipſum mirabilia operantem, et audire ipſum docentem: et ſimpliciter in humana ſpecie.

Intel-

9) Haec vterque Codex in margine habet.

[Τὸ[2]) φῶς τὸ ἀληθινόν· Καὶ εἰκὼν δὲ ἀληθινὴ λέγεται, καὶ ἀληθινὴ σοφία, καὶ ζωὴ ἀληθινὴ, καὶ τὰ τοιαῦτα· οὐκ ἐπὶ διαβολῇ τῶν ἄλλων ἁγίων εἰκόνων, ἀδὲ τῆς ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν σοφίας, ἢ τῆς ἐνταῦθα ζωῆς, ἵνα ἐάσω τὴν μέλλουσαν· ἀλλὰ τὸ τοιοῦτον σχῆμα τοῦ λόγου, τὸ καθ' ὑπεροχὴν ἀσύγκριτον ὑποφαίνει.]

[Εἰς[1]) τὸν κόσμον· Ἢ καὶ ἄλλως· ἐρχόμενον εἰς τὸν ἀληθῆ κόσμον τῶν ἀρετῶν.]

Verſ. 10. Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν. Οὐχ ὡς τόπῳ περιγραφόμενος, ἀλλ' ὡς πάντα πληρῶν. εἰπὼν δὲ, ὅτι ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, ἵνα μὴ ὑπολάβοι τις, ὅτι σύγχρονος ἦν τοῦ κόσμου, ὃ πέπονθε παῦλος ὁ σαμοσατεὺς, προσέθηκε·

Verſ. 10. Καὶ — ἐγένετο. Πρόδηλον γὰρ, ὅτι ὁ ποιητὴς πρὸ τοῦ ποιήματος ἦν.

Verſ. 10. Καὶ — ἔγνω. Κόσμον ἐνταῦθα λέγει, τοὺς τὰ κοσμικὰ φρονοῦντας, τοὺς τῷ κόσμῳ προσηλωμένους, τοὺς τοῖς αἰθητοῖς πράγμασι προστετηκότας, καὶ μηδὲν ὑπὲρ ταῦτα νοῆσαι δυναμένους. οἱ γὰρ μὴ τοιοῦτοι ἔγνωσαν αὐτὸν, καὶ πρὸ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας. διὸ καὶ ἐν τῷ εἰκοστῷ τετάρτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ ματθαῖον, εἶπε πρὸς τοὺς ἀποστόλους ὁ χριστὸς, ὅτι[m]) πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν, ἃ βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον, καὶ ἀκοῦσαι, ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν. εἰ γὰρ μὴ ἔγνωσαν αὐτὸν, οὐκ ἂν ἐπεθύμησαν ἰδεῖν, ὡς εἴρηται, καὶ ἀκοῦσαι. ὥστε ἔγνωσαν μὲν αὐτὸν, καὶ τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ μυστήριον, πλὴν ὑπερφυῶς· ἐπεθύμησαν δὲ καὶ αἰθητῶς ἰδεῖν αὐτὸν θαυματουργοῦντα, καὶ ἀκοῦσαι αὐτοῦ διδάσκοντος, καὶ ἁπλῶς ἐν ἀνθρώπου εἴδει.

m) Matt. 13, 17.

[1]) Etiam haec in margine.

Intelligitur quoque quod indignatus euangelista super eorum coecitate qui ipsum ignorauerunt, dicit, Et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognouit: hoc est, qui facti sunt, factorem non cognouerunt.

Vers. 11. *In — receperunt.* Adhuc verbum amplius manifestat. Nam sua, mundus est, nempe factura ipsius. Sui quoque sunt homines, vtpote etiam opera ipsius, et tanquam ad ipsius imaginem formati. Venit igitur in eos, siue ad eos tanquam homo: siquidem tanquam Deus, in mundo erat.

Declaratur autem et alio modo: quod ex quo Christus a Iudaeis secundum carnem natus est, sua sunt, horum conuersationes: Sui vero, ipsi sunt, tanquam ipsius cognati, eiusdemque gentis. Nam et ipse dixit, Non sum missus nisi ad oues perditas domus Israel. In sua igitur venit, non ob propriam necessitatem: Deus enim nullius eget, sed propter suorum salutem. Sui autem eum non receperunt, quum venisset vt eis beneficia praestaret, sed more insanientium saluatorem tanquam inimicum abiecerunt.

Vers. 12. *Quotquot — eius.* Quotquot receperunt eum suscipiendo doctrinam ipsius: dedit eis potestatem filios Dei fieri: non statim fecit eos Dei filios, ne per ignauiam perdant gratiam: sed dedit ipsis potestatem fieri quo diligentiores reddantur.

Quid ergo, nonne omnes potestatem habent, vt filii Dei fiant? Non omnes sed hi tantum quibus datum est: solum autem datum est credentibus in ipsum. Ideo quoque manifestans quibus dederit, subdit, Credentibus in nomen eius, hoc est,

in

Νοεῖται δὲ καὶ, ὅτι δυσανασχετῶν ὁ εὐαγγελιστὴς ἐπὶ τῇ πωρώσει τῶν ἀγνοησάντων αὐτὸν, φησὶ, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω, τουτέστι, τὸν ποιητὴν οὐκ ἔγνωσαν τὰ ποιήματα.

Vers. 11. Εἰς — παρέλαβον. Ἔτι σαφηνίζει τὸν λόγον. ἴδια μὲν γὰρ αὐτοῦ, ὁ κόσμος, ὡς ποίημα[2]) αὐτοῦ· ἴδιοι δὲ οἱ ἄνθρωποι, ὡς καὶ αὐτοὶ ποιήματα, καὶ ὡς κατ' εἰκόνα αὐτοῦ γενόμενοι. ἦλθεν ἓν εἰς αὐτοὺς, ὡς ἄνθρωπος. ὡς γὰρ θεὸς, ἐν τῷ κόσμῳ ἦν.

Ἑρμηνεύεται δὲ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον, ὅτι ἐπεὶ ἐξ Ἰουδαίων ὁ χριστὸς ἐβλάστησε κατὰ σάρκα, ἴδια μὲν αὐτοῦ, αἱ διατριβαὶ τούτων· ἴδιοι δὲ αὐτοὶ, ὡς συγγενεῖς αὐτοῦ καὶ ὁμόφυλοι. διὸ καὶ ἔλεγεν, οὐκ ἀπεστάλην,[n]) εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ. εἰς τὰ ἴδια μὲν οὖν ἦλθεν, οὐχ ἕνεκεν ἰδίας χρείας· ἀνενδεὴς γὰρ ὁ θεός· ἀλλ' ἕνεκεν τῆς τῶν ἰδίων σωτηρίας. οἱ ἴδιοι δὲ αὐτὸν οὐ παρεδέξαντο, ἀφικόμενον ἐπ' εὐεργεσίᾳ τούτων· ἀλλὰ φρενοβλαβῶς τὸν σωτῆρα, ὡς ἐχθρὸν, ἀπώσαντο.

n) Matt. 15, 24.

Vers. 12. Ὅσοι — αὐτοῦ. Ὅσοι δὲ παρεδέξαντο αὐτὸν, διὰ τοῦ παραδέξασθαι τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι. οὐκ εὐθὺς δὲ ἐποίησεν αὐτοὺς τέκνα θεοῦ, ἵνα μὴ ῥαθυμήσαντες ἀπολέσωσι τὴν χάριν, ἀλλ' ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν γενέσθαι, ἵνα σπουδάσαντες γένωνται.

Τί οὖν, οὐ πάντες ἔχουσιν ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι; οὐ πάντες, εἰ μὴ οἷς αὐτὴ δέδοται. δέδοται δὲ, μόνοις τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν. διὸ καὶ σαφηνίζων, τίσιν ἔδωκεν, ἐπήγαγεν, ὅτι τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, τουτέστιν, εἰς αὐ-

2) ποιήματα. B.

in ipsum. Itaque ipsius quidem est dare potestatem: illorum vero, vti ea.

Aliud est autem per baptismum aliquem a Deo adoptari, et aliud per euangelicorum praeceptorum obseruantiam filium Dei fieri: nam illud principium est, hoc autem finis: et illud sane Dei donum est, hoc vero studii facinus egregium.

Vers. 13. *Qui — nati sunt.* Attenuat quidem humanam generationem tanquam naturalem, eam vero quae ex Deo est, extollit tanquam supernaturalem, vt cognita deiectione primae, et exaltatione secundae, intellecta quoque beneficii magnitudine: digne gratias agamus, et laboremus ne ipsum nostra ignauia perdamus.

Quum autem dixisset, Non ex sanguinibus, subiecit manifestius, Neque ex voluntate carnis. Deinde hoc etiam amplius interpretatur addens, Neque ex voluntate viri. Sanguis enim et caro vir est. Voluntatem vero, intelligit nunc coitus concupiscentiam.

† † Semen nimirum diuinum intrauit ac sibi confortauit carnem, mente rationali praeditam, non vt feminans, sed vt creans, nec ita, vt paullatim aliquid adderetur, atque ita forma perficeretur, sed statim in principio tota forma extitit perfecta, creuit tamen ad modum embrionum. Nam et vetus Adam statim forma effictus est perfecta.

Vers. 14. *Et — factum est.* † Non poterat aliter Dei erga nos dilectio ita manifestari, sicut facta carnis mentione: et quod propter nos vsque

[3]) *τῆς συνουσίας* videtur legisse Hentenius.
[4]) Haec vterque in margine. Hentenius prorsus non agnoscit. Forte etiam haec, vt difficilia, in interpretatione praetermisit.

τόν. ὥσε αὐτοῦ μέν ἐστι, τὸ δωρεῖσθαι τὴν εἰρημένην ἐξουσίαν· αὐτῶν δὲ, τὸ χρήσασθαι ταύτῃ.

Ἕτερον δὲ, τὸ διὰ βαπτίσματος υἱοθετηθῆναί τινα θεῷ, καὶ ἕτερον, τὸ διὰ φυλακῆς τῶν εὐαγγελικῶν ἐντολῶν τέκνον θεοῦ γενέσθαι. τὸ μὲν γὰρ ἀρχή· τὸ δὲ τέλος. καὶ τὸ μὲν δῶρον θεοῦ· τὸ δὲ κατόρθωμα σπουδῆς.

Vers. 13. Οἱ — ἐγεννήθησαν. Εὐτελίζει μὲν τὴν ἐξ ἀνθρώπων γέννησιν, ὡς φυσικήν· μεγαλύνει δὲ τὴν ἐκ θεοῦ, ὡς ὑπερφυῆ, ἵνα τό, τε ταπεινὸν τῆς πρώτης, καὶ τὸ ὑψηλὸν τῆς δευτέρας καταμαθόντες, καὶ τὸ μέγεθος τῆς εὐεργεσίας ἐπιγνόντες, ἀξίως εὐχαριστῶμεν καὶ ἀγωνιζώμεθα, μὴ ἀπολέσαι ταύτην ἐκ ῥᾳθυμίας.

Εἰπὼν δὲ, ὅτι οὐκ ἐξ αἱμάτων, ἐπήγαγε φανερώτερον, ὅτι οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκός. εἶτα καὶ τοῦτο τελεώτερον ἐφηρμήνευσε, προθεὶς, ὅτι οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρός. αἷμα γὰρ καὶ σὰρξ, ὁ ἀνήρ· θέλημα δὲ νῦν νόει, τὴν ἐπιθυμίαν, τὴν[3] συνουσίαν.

[Οἱονεὶ[4] θεῖος σπόρος, εἰσελθὼν καὶ συμπήξας ἑαυτῷ σάρκα[5] ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ, οὐ σπερματικῶς, ἀλλὰ δημιουργικῶς, οὐ ταῖς κατὰ μικρὸν προσθήκαις ἀπαρτιζομένου τοῦ σχήματος, ἀλλ' ὑφὲν τελειωθέντος ἀπ' ἀρχῆς, εἶτ' αὔξοντος νάμῳ τῶν ἐμβρύων. καὶ γὰρ καὶ ὁ παλαιὸς ἀδὰμ τέλειος τὸ σχῆμα καταρχὰς ἐπλάσθη.]

Vers. 14. Καὶ — ἐγένετο. [Οὐκ[6] ἄλλως οἷόν τε ἦν τὴν τοῦ θεοῦ δηλωθῆναι περὶ ἡμᾶς ἀγάπην, ἢ ἐκ τοῦ μνημονευθῆναι τὴν σάρκα, καὶ

5) ἐμψυχωμένην. A.
6) Codex vterque in margine.

vſque ad id quod peius eſt ſeſe deiecerit: caro ſiquidem longe vilior eſt anima.

Vbi dixiſſet homines ex Deo natos eſſe, ait filium etiam Dei factum eſſe hominem. Nam hoc indicat quod ait, Verbum caro factum eſt: vt qui illud admirabatur, magis etiam hoc miretur, vtpote excellentiori modo magis admirandum, quia et hoc illius cauſa eſt. Ad hoc ſiquidem Dei filius homo factus eſt, vt homines filii Dei fierent.

Quum vero audieris, Verbum caro factum eſt, ne transmutationem diuinae eſſentiae intelligas. Ipſa etenim immutabilis eſt ac impatibilis. Sed quod verbum permanens quod erat, factum eſt quod non erat: ſiue manens Deus, factus eſt homo per carnis aſſumtionem, animatus videlicet.

Tribus autem modis id quod iam eſt, fieri dicitur: Vno quidem modo natura eius quod eſt, in id quod fit transmutatur: iuxta quem modum lac efficitur caſeus: et lutum efficitur teſta. Altero vero quando manente eius quod erat ſubſtantia immutata, aliud per accidens efficitur: iuxta quem modum aes efficitur ſtatua: et homo efficitur iuſtus vel iniuſtus, aliaque ſimilia. Tertio vero modo, quando ſalua ac immutata vnius ſubſtantia, alia quoque additur ſubſtantia: et hoc modo miles efficitur armatus. Primo ergo modo non eſt verbum factum caro: non enim natura mutata eſt, neque ſecundo: non enim per accidens caro facta eſt, ſed ipſa quoque ſubſtantia. Reſtat igitur vt quod dictum eſt, tertio modo intelligatur. Nam more militis, carne veſtitus bellum noſtrum deuicit.

Dixit autem Factum eſt, vt blasphemiam tolleret nugantium ac dicentium, quod caro imaginatum

7) μέχρι καὶ τοῦ. B.
8) ὁ, abeſt. A.
9) θαυμάζει. A.

ὅτι δι' ἡμᾶς κατέβη μέχρι[7]) τοῦ χείρονος. σὰρξ γὰρ ψυχῆς εὐτελέστερον.]

Εἰρηκὼς, ὅτι οἱ ἄνθρωποι ἐκ θεοῦ ἐγεννήθησαν, φησὶν, ὅτι καὶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ἄνθρωπος ἐγένετο· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο· ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν· ἵνα ὁ[8]) θαυμάζων ἐκεῖνο,[9]) θαυμάζῃ τοῦτο πλέον, ὡς ὑπερβαλόντως θαυμασιώτερον· ἐπεὶ καὶ τοῦτο αἴτιον ἐκείνου. καὶ γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος ἐγένετο, ἵνα οἱ ἄνθρωποι υἱοὶ τοῦ θεοῦ γένωνται.

Ὅταν δὲ ἀκούσῃς, ὅτι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, μὴ μεταβολὴν τῆς θείας οὐσίας ἐννοήσῃς· ἀναλλοίωτος γὰρ αὐτὴ καὶ ἀπαθής· ἀλλ' ὅτι ὁ λόγος ὢν, ὃ ἦν, γέγονε καὶ ὃ οὐκ ἦν, ἤτοι, μένων θεὸς, γέγονε καὶ ἄνθρωπος κατὰ πρόσληψιν σαρκὸς, ἐψυχωμένης δηλονότι ψυχῇ λογικῇ καὶ νοερᾷ.

Κατὰ τρεῖς δὲ τρόπους τὸ ὂν γίνεται. καθ' ἕνα μὲν, ὅταν ἡ τοῦ ὄντος φύσις εἰς τὴν τοῦ γενομένου μεταβληθῇ, καθ' ὃν τὸ γάλα γίνεται τυρὸς, καὶ ὁ πηλὸς, ὄστρακον· καθ' ἕτερον δὲ, ὅταν τῆς οὔσης οὐσίας σωζομένης ἀμεταβλήτου προσγένηταί τι κατὰ συμβεβηκὸς, καθ' ὃν ὁ χαλκὸς γίνεται ἀνδριὰς, καὶ ὁ ἄνθρωπος δίκαιος ἢ ἄδικος, καὶ τὰ τοιαῦτα· κατὰ τὸν τρίτον δὲ, ὅταν τῆς οὔσης[1]) οὐσίας σωζομένης ἀμεταβλήτου, καὶ ἄλλη οὐσία προσληφθῇ, καθ' ὃν ὁ στρατηγὸς γίνεται ὡπλισμένος. ἀλλ' ὅτε κατὰ τὸν πρῶτον τρόπον ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο· οὐ γὰρ ἡ Φύσις μετεβλήθη· ὅτε κατὰ τὸν δεύτερον· οὐ γὰρ ἡ προσγενομένη σὰρξ συμβεβηκὸς, ἀλλ' οὐσία καὶ αὐτή· λοιπὸν οὖν κατὰ τὸν τρίτον τρόπον χρὴ νοεῖν τὸ ῥητόν. δίκην γὰρ στρατηγοῦ τὴν σάρκα περιθέμενος, τὸν πολέμιον τῆς ἡμετέρας Φύσεως κατεπολέμησε.

Ἐγένετο δὲ εἶπεν, ἀναιρῶν τὴν βλασφημίαν τῶν λεγούντων, ὅτι σὰρξ ἐφαντάσθη. χρησάμενος γὰρ

[1]) οὔσης, abeſt. A.

natum est verbum. Vsus enim hoc verbo, Factum est, confirmauit quod vere et non phantastice incarnatum est. Verum ne diuinae substantiae mutationem intelligas, dicit.

Vers. 14. *Et habitauit in nobis.* Habitauit in nostra carne, in ea quae nobis propinqua est, in ea quae a nobis assumta est. Quod si aliud est is qui habitat, et aliud habitatio: verbum secundum substantiam et naturam aliud mansit a carne. Nam secundum coniunctionem et vnionem, vnum est verbum suscipiens, caroque suscepta, seruatis etiam post vnionem, immutatis atque inconfusis duabus ineffabiliter naturis.

Vers. 14. *Et — eius.* Gloriam verbi, virtutem diuinitatis, quae per carnem tanquam per velum illuxit. Quae autem erat illa? Certe nunquam antea visa variaque miracula: perlucida ac supernaturalis transformatio: et tempore passionis solis praeter naturam obscuratio, formidabilis veli scissio, horribilis terrae motus, petrarum scissiones, monumentorum apertiones, mortuorum suscitationes: quodque omnium caput est, mirabilior quam dici aut cogitari potest domini resurrectio, et post hanc quaecunque glorioſa Apostoli deinceps conspexerunt.

Vers. 14. *Gloriam — patre.* Gloriam, non qualis est sanctorum beatorum vel angelorum, sed gloriam vere vnigeniti. Nam hic dictio ὡς Tanquam, idem significat quod Vere.

Vnigeniti autem a patre, siue natura filii Dei. Vnigenitum enim a matre nominari, declarat hunc natura

*) δὲ, abest. A.

γὰρ τῇ λέξει, τῇ ἐγένετο, ἐβεβαίωσεν, ὅτι κατὰ ἀλήθειαν, καὶ ὲ κατὰ φαντασίαν ἐνηνθρώπησεν. ἵνα[2]) δὲ μὴ μεταβολήν τινα τῆς θείας ὐσίας ἐννοήσῃς φησί.

Verſ. 14. Καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. Ἐσκήνωσεν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ σαρκὶ, ἐν τῇ συγγενεῖ ἡμῶν, ἐν τῇ ἐξ ἡμῶν προσληφθείσῃ. εἰ γὰρ ἕτερον τὸ σκηνοῦν, καὶ ἕτερον ἡ σκηνὴ, ἕτερος ἔμεινεν ὁ λόγος παρὰ τὴν σάρκα, κατὰ τὴν ὐσίαν καὶ φύσιν. κατὰ γὰρ τὴν συνάφειαν καὶ ἕνωσιν ἓν ἐστιν ὁ προσλαβὼν λόγος, καὶ ἡ προσληφθεῖσα σὰρξ, σωζομένων καὶ[3]) μετὰ τὴν ἕνωσιν ἀτρέπτων καὶ ἀσυγχύτων τῶν δύο φύσεων ἀποῤῥήτως.

Verſ. 14. Καὶ — αὐτοῦ. Τὴν δόξαν τὲ λόγε, τὴν δύναμιν τῆς θεότητος, διὰ τῆς σαρκὸς λάμψασαν, ὡς διὰ παραπετάσματος. τίς δὲ ἦν αὕτη; τὰ ἄπειρα καὶ ποικίλα θαύματα, ἡ ὑπέρλαμπρος καὶ ὑπερφυὴς μεταμόρφωσις. καὶ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς σταυρώσεως, ὁ παρὰ φύσιν σκοτισμὸς τοῦ ἡλίου, τὸ φοβερὸν σχίσμα τοῦ καταπετάσματος, ὁ φρικτὸς κλόνος τῆς γῆς, τὰ σχίσματα τῶν πετρῶν, αἱ τῶν μνημείων ἀνοίξεις, αἱ τῶν νεκρῶν ἐγέρσεις, καὶ τὸ κεφάλαιον πάντων, ἡ ὑπὲρ λόγον καὶ νοῦν ἀνάστασις τοῦ δεσπότου, καὶ ὅσα μετὰ ταύτην θεοπρεπῆ καθεξῆς οἱ ἀπόστολοι ἐθεάσαντο.

Verſ. 14. Δόξαν — πατρός. Δόξαν, οὐχ οἵαν ἡ τῶν δοξαθέντων ἁγίων ἢ ἀγγέλων, ἀλλὰ δόξαν ὄντως μονογενοῦς. τὸ γὰρ ὡς, ἐνταῦθα τὸ ὄντως δηλοῖ.

Μονογενὲς δὲ, ἀπὸ πατρὸς, ἤγουν, φύσει υἱοῦ τοῦ θεὲ. τὸ μὲν γὰρ ὀνομάζεσθαι μονογενῆ ἀπὸ μητρὸς, φύσει υἱὸν τῆς παρθένου τοῦτον ἑρμηνεύει·

3) καὶ, abeſt. A.

natura filium virginis: dici vero vnigenitum a patre, hunc natura Dei filium praedicat.

Verſ. 14. *Pleum gratia et veritate.* Confirmans amplius quod verbum caro factum, nihil ob hoc diminutum ſit, ait: Plenum erat gratia diuina et veritate: gratia quidem in admirandis operibus: veritate autem in doctrina. Et praeterea gratia, quia cuncta poterat: veritate vero, quia nihil in eo phantaſticum erat.

Verſ. 15. *Iohannes — clamat.* Etſi ego inquit quibusdam non ſatis fide dignus videor, Iohannes ante me teſtimonium de ipſius diuinitate perhibet: Iohannes inquam ille, cuius nomen magnum ac celebre erat apud omnes Iudaeos. Nec ſolum teſtificatur, verum etiam clamat, ſiue cum libertate vociferatur, ac metu omni ſepoſito praedicat. Audi vero quid teſtificetur et clamet.

Verſ. 15. *Dicens — fuit.* Dixit enim hoc, aliaque ſimilia Iudaeis de Chriſto antequam ipſe appareret aut manifeſtaretur tanquam propheta, vt fama eius praeoccuparentur: et quum poſtmodum appareret, facilius teſtimonium de illo reciperetur. Siquidem Matthaeus ſcribit eum dixiſſe: Qui poſt me venit, fortior me eſt, cuius non ſum dignus calceamenta portare.

Quid eſt autem, Poſt me venturus eſt qui ante me fuit? hoc eſt, poſt paululum ad vos venturus eſt, qui licet vt homo nondum apparuit, gloria tamen ac maieſtate me praecedit: nam maxime

4) αὐτοῦ, abeſt. A.

ἑρμηνέυει· τὸ δὲ λέγεσθαι μονογενῆ ἀπὸ πατρὸς, φύσει υἱὸν τῦ θεῦ τοῦτον ἀνακηρύττει.

Verſ. 14. Πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. Ἔτι βεβαιῶν, ὅτι ὁ λόγος, σὰρξ γενόμενος, ἐδὲν ἠλαττώθη παρὰ τῦτο, λέγει, ὅτι πλήρης ἦν χάριτος θείας καὶ ἀληθείας. χάριτος μὲν, ἐν ταῖς θαυματουργίαις· ἀληθείας δὲ, ἐν ταῖς διδασκαλίαις. καὶ χάριτος μὲν, ἐν τῷ πάντα δύνασθαι· ἀληθείας δὲ, ἐν τῷ μηδὲν ἔχειν φαντασίας.

Verſ. 15. Ἰωάννης — κέκραγεν. Εἰ καὶ μὴ ἐγώ, φησι, δοκῶ τισιν ἴσως ἀξιόπιστος, ἀλλὰ πρὸ ἐμοῦ ὁ Ἰωάννης μαρτυρεῖ περὶ τῆς θεότητος [4]) αὐτοῦ· Ἰωάννης ἐκεῖνος, ᾧ τὸ ὄνομα μέγα καὶ περιβόητον παρὰ πᾶσι τοῖς Ἰεδαίοις. καὶ οὐχ ἁπλῶς μαρτυρεῖ, ἀλλὰ καὶ κέκραγεν, ἤγουν, βοᾷ μετὰ παῤῥησίας, κηρύττει μετὰ ἐλευθερίας, χωρὶς πάσης ὑποζολῆς. τί δὲ μαρτυρεῖ καὶ κέκραγεν, ἄκουσον·

Verſ. 15. Λέγων· [5]) — γέγονεν. Εἶπε γὰρ τοῦτό τε καὶ ἄλλα τοιαῦτα περὶ τοῦ χριστοῦ τοῖς Ἰεδαίοις, πρὸ τῆ φανῆναι αὐτὸν, ὡς προφήτης, καὶ ἵνα τῇ περὶ αὐτοῦ φήμῃ προκατασχεθῶσιν, καὶ λοιπὸν φανέντος, εὐπαράδεκτος ἡ περὶ αὐτοῦ μαρτυρία γένηται. καὶ γὰρ καὶ ματθαῖος ἔγραψεν, ὅτι ἔλεγεν, [6]) ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἰσχυρότερός μου ἐστὶν, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι. 6) Matth. 3, 11.

Τί δέ ἐστιν, ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἔμπροσθέν μου γέγονεν; ὁ μετὰ μικρὸν ἐρχόμενος πρὸς ὑμᾶς, ὁ ὅσον οὔπω ἐμφανιζόμενος ὑμῖν, ὡς ἄνθρωπος, ὑπερέβη με τῇ δόξῃ καὶ μεγαλειότητι.

πάνυ

5) Λέγων in interpretatione non habet Hentenius. Neque tamen in praefatione monuit, cur omiſerit.

me glorificandus et exaltandus eſt. Quod autem futurum eſt, more prophetiae, quaſi iam factum ſit, dixit. Deinde ponit etiam cauſam huiusmodi ſublimitatis.

Verſ. 15. *Quia prior me erat.* Quia me tanquam Deus praecedebat.

Verſ. 16. *Et — accepimus.* Quum ipſum dixiſſet plenum gratia et veritate, ac fontem omnis boni perennem et inexhauſtum eſſe demonſtraſſet, ait: Nos etiam omnes diſcipuli de tali ipſius plenitudine per participationem accepimus.

Verſ. 16. *Et gratiam pro gratia.* Nouum teſtamentum pro veteri. Quod autem de his loquatur, ex ſequentibus manifeſtum eſt: interim autem ſcito quod et hoc et illud Gratiam nominauit, quia vtrumque gratis accipientibus datum eſt, Deo ipſis propria ſua miſericordia gratificante, non ob praecedentes illorum virtutes rependente.

Quemadmodum autem dicuntur lex et lex, teſtamentum ac teſtamentum, multaque alia nomina habent communia: ita quoque gratia et gratia nominantur.

Haec autem aequiuoca ſunt non ſynonyma: illa ſiquidem quae veteris ſunt, rudem expreſſionem duntaxat ſignificant et imitationem, quae autem noui, perfectionem: et illa ſane omnibus conueniunt, haec autem ſolis viris:

Vel potius illa viris, iſta vero angelis. Differentiam conſequenter ipſorum ab his qui ea adminiſtrauerunt oſtendit.

Verſ. 17. *Quia — fuit.* Lex quidem, ſiue vetus teſtamentum per Moſen mediatorem data

[5]) ἀμφότερα. A.

πάνυ γὰρ μέλλει δοξαθῆναι καὶ μεγαλυνθῆναι· ὡς γεγενημένον δὲ εἶπε τὸ μέλλον, νόμῳ προφητείας. εἶτα τίθησι καὶ τὴν αἰτίαν τῆς τοιαύτης ὑπεροχῆς.

Vers. 15. Ὅτι πρῶτός μου ἦν. Ὅτι ὑπερκείμενός μου ἦν, ὡς θεός.

Vers. 16. Καὶ — ἐλάβομεν. Εἰπὼν, ὅτι πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας ἦν, καὶ δείξας αὐτὸν πηγὴν παντὸς ἀγαθοῦ ἀέννααν καὶ ἀκένωτον, φησὶν, ὅτι καὶ ἡμεῖς πάντες οἱ μαθηταὶ ἐκ τοῦ τοιούτου πληρώματος αὐτοῦ ἐλάβομεν κατὰ μετοχήν.

Vers. 16. Καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος. Τὴν καινὴν διαθήκην, ἀντὶ τῆς παλαιᾶς. ὅτι δὲ περὶ τούτων λέγει, δῆλον ἀπὸ τῶν ἑφεξῆς. τέως δὲ χάριν καὶ ταύτην κἀκείνην ὠνόμασε, διότι κατὰ χάριν ἀμφότεραι [6]) ἐδόθησαν τοῖς λαβοῦσι, χαριζομένου τοῦ θεοῦ τούτοις δι' ἔλεον οἰκεῖον, οὐκ ἀμειβομένου τούτους διὰ [7]) προλαβέσας ἀρετὰς αὐτῶν.

Ὥσπερ δὲ διαθήκη καὶ διαθήκη λέγονται, καὶ νόμος καὶ νόμος, καὶ πολλὰ τοιαῦτα ὀνόματα κοινὰ ἔχουσιν· ἔστω καὶ χάρις [8]) καὶ χάρις ὀνομάζονται.

Ὁμωνύμως δὲ πάντα, καὶ οὐ συνωνύμως. τὰ ἐκείνης μὲν γὰρ στοιχείωσις, τὰ ταύτης δὲ τελείωσις· κἀκεῖνα μὲν παισὶ προσήκοντα· ταῦτα δὲ ἀνδράσιν.

Ἢ ἐκεῖνα μὲν ἀνδράσι, ταῦτα δὲ ἀγγέλοις. εἶτα δεικνύει τὸ διάφορον αὐτῶν, ἀπὸ τῶν διακονησαμένων αὐτοῖς.

Vers. 17. Ὅτι — ἐγένετο. Ὁ νόμος μὲν, εἴτουν, ἡ παλαιὰ διαθήκη διὰ μωϋσέως μεσολα-

7) τὰς, interponit. A.
8) ἔστω καὶ χάριν ὀνομάζονται. A.

data est, gratia vero siue nouum testamentum per Iesum Christum nullo altero mediante. Et Moses quidem seruus erat: quodque a Deo accepit, hoc dedit: Christus autem dominus erat, et ipse tanquam Deus nouum condidit testamentum. Quantum est igitur Mosis a Christo discrimen, tantum sane et horum. Superius certe Gratiam et gratiam dixit ob causam ibidem dictam: hic autem nouum duntaxat testamentum Gratiam nominauit, vtpote verius gratiam. Nam solum ipsum peccatorum condonat remissionem, regenerationem, adoptionem, regnum coelorum tribuit, ac bona quae oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt.

Vbi vero dixisset Gratia, addidit, Et veritas, infallibilem ipsam esse attestans ac perfectam: illa siquidem gratia erat imperfecta. Lex enim, vt ait Apostolus, nihil ad perfectum adduxit: haec autem perfecta, vtpote perfecte operans. Quanto ergo maiori gratia digni habiti sumus, tanto ad maiorem obligamur virtutem, ne tanto beneficio indigne conuersantes, dignum tanta ignauia supplicium sustineamus.

Vers. 18. *Deum — enarrauit.* Qua consequentia venerit ad hoc euangelista, aduerte. Postquam differentiam demonstrauit legis et gratiae, rationabilem etiam differentiae causam addit: quod legem quidem attulit Moses, homo qui Deum non vidit: etenim Deum nemo vidit vnquam, ideoque lex inferior est, vtpote ab homine delata. Gratiam vero siue euangelium vnigenitus filius qui versatur in sinu patris, semperque Deum videt, nempe Deus ipse, illud enarrauit, ordinauit ac docuit: ideoque potior est gratia, quippe

τολαβήσαντος ἐδόθη τοῖς ἑβραίοις· ἡ χάρις δὲ, ἤγουν, ἡ νέα, διὰ ἰησοῦ χριστοῦ ἐγένετο, ἑδενὸς ἑτέρου μεσολαβήσαντος. καὶ μωϋσῆς μὲν δοῦλος ἦν, καὶ ὅπερ ἔλαβεν ἐκ θεῦ, τοῦτο ἔδωκε· χριστὸς δὲ δεσπότης ἦν, καὶ αὐτὸς ἐποίησε τὴν νέαν, ὡς θεός. ὅσον οὖν τὸ διάφορον μωϋσέως καὶ χριστοῦ· τοσοῦτον ἄρα καὶ τούτων. ἄνω μὲν οὖν χάριν καὶ χάριν εἶπε, διὰ τὴν ἐκεῖ ῥηθεῖσαν αἰτίαν· ἐνταῦθα δὲ, μόνην τὴν νέαν διαθήκην ἐκάλεσε χάριν, ὡς μᾶλλον χάριν. μόνη γὰρ αὕτη χαρίζεται ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ἀναγέννησιν, υἱοθεσίαν, βασιλείαν ἐρανῶν, καὶ ἀγαθὰ, ἃ p) ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη. p) 1 Cor. 2, 9.

Εἰπὼν δὲ, ὅτι ἡ χάρις, προσέθηκεν, ὅτι καὶ ἡ ἀλήθεια· τὸ ἀψευδὲς αὐτῇ προσμαρτυρῶν, ἢ τὸ τέλειον. ἐκείνη μὲν γὰρ ἡ χάρις ἀτελής· ὁ νόμος q) γὰρ ἑδὲν ἐτελείωσε, φησὶν ὁ ἀπόστολος· αὕτη δὲ τελεία, ὡς τελειοποιός. ὅσον οὖν μείζονος χάριτος ἠξιώθημεν, τοσοῦτον μείζονα ἀρετὴν ὀφείλομεν, ἵνα μὴ, ἀναξίως τῆς τηλικαύτης εὐεργεσίας πολιτευσάμενοι, ἀξίαν τῆς τηλικαύτης ῥαθυμίας δίκην ὑφέξομεν. q) Hebr. 7, 19.

Vers. 18. Θεὸν — ἐξηγήσατο. Ἐκ ποίας ἀκολουθίας εἰς τοῦτο ἦλθεν ὁ εὐαγγελιστὴς, πρόσχες. δείξας τὸ διάφορον τοῦ νόμου τε καὶ τῆς χάριτος, ἐπάγει καὶ αἰτίαν εὔλογον τῆς διαφορᾶς, ὅτι τὸν μὲν νόμον μωϋσῆς ἐκόμισεν, ἄνθρωπος, μὴ ἑωρακὼς τὸν θεόν· καὶ γὰρ θεὸν ἑδεὶς ἑώρακε πώποτε· καὶ διὰ τοῦτό ἐστιν ἐλάττων ὁ νόμος, ὡς παρὰ ἀνθρώπου κομισθείς· τὴν δὲ χάριν, ἤτοι, τὸ εὐαγγέλιον, ὁ μονογενὴς υἱὸς, ὁ ἐνδιαιτώμενος τῷ κόλπῳ τοῦ πατρὸς, καὶ ἀεὶ ὁρῶν τὸν θεὸν, ὡς θεὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο, συνέταξεν, ἐδίδαξε· καὶ διὰ τοῦτο μείζων ἡ χάρις,

quippe a Deo facta, qui Deum intuetur, et ea quae Dei sunt cognoscit.

Sed quomodo dixit, Deum nemo vidit vnquam? Nam et Iesaias Deum vidit sedentem super solium excelsum et eleuatum: Iezeciel autem vidit ipsum sedentem super Cherubim. Daniel praeterea ipsum vidit sedentem antiquum dierum: et alii quoque ipsum viderunt. Sed id non veluti secundum naturam erat, sed sicut iuxta similitudinem apparebat. Nam si ipsum iuxta suam naturam vidissent, nequaquam variis modis vidissent: simplex enim et sine figura est, et neque sedet, neque stat, neque ambulat: nam haec corporum sunt. Vnde et dicit: Ego visiones multiplicaui, et in manu prophetarum assimulatus sum: visiones diuersas ac similitudinem significans.

Nominatur autem vnigenitus filius, quod solus patri natus sit, soloque patre genitus. Pater quoque solum est pater, non etiam filius alicuius, vt alii sint patres: filius etiam solum natus est, non pater etiam alicuius, vt plures essent filii. Ad haec quia vnico ac proprio modo natus est, qui nec dici, nec cogitari potest, non corporum more. Dicitur autem filius, quod eiusdem sit cum patre substantiae: nec solum hoc, sed quia etiam ab eo est. Sinum vero dixit patris, non quod Deus sinum habeat: nam sinus corporum est: sed per hoc quod dicit, Qui est in sinu patris: proprium et consubstantiale filii significauit.

Potest quoque et alio modo dici, quod prioris dicti videlicet, Deum nemo vidit vnquam, confirmatio est id quod sequitur, Vnigenitus filius qui est

9) τάτε, pro τε. A.

ὡς παρὰ θεῦ γεγονυῖα, τοῦ ὁρῶντος τὸν θεὸν, καὶ γινώσκοντος τὰ τοῦ θεῦ.

Ἀλλὰ πῶς εἶπεν, ὅτι θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε; καὶ γὰρ ἡσαΐας μὲν εἶδε τὸν κύριον καθήμενον r) ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου· ἰεζεκιὴλ δὲ εἶδεν αὐτὸν καθήμενον s) ἐπὶ τῶν χερουβὶμ· καὶ δανιὴλ t) δὲ εἶδεν αὐτὸν καθήμενον παλαιῶν ἡμερῶν· καὶ ἄλλοι δὲ τοῦτον ἑωράκασι. πλὴν οὐχ ὡς ἦν, κατὰ φύσιν, ἀλλ' ὡς ἐφαίνετο, καθ' ὁμοίωσιν. εἰ γὰρ αὐτὴν ἑώρων τὴν αὐτοῦ φύσιν, οὐκ ἂν διαφόρως αὐτὴν ἑώρων. ἁπλῆ γάρ τίς ἐστι καὶ ἀσχημάτιστος, καὶ οὔτε κάθηται, ἕστε ἕστηκεν, ἕστε περιπατεῖ. ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν σωμάτων εἰσί. διὸ καὶ ἔλεγεν· ἐγὼ u) ὁράσεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην· τὰς διαφόρους ὁράσεις καὶ τὴν ὁμοίωσιν δηλῶν.

r) Iesa. 6, 1, s) Ezech. 10. 18. t) Daniel. 7, 9. u) Osee. 12, 10.

Μονογενὴς μὲν οὖν ὁ υἱὸς ὀνομάζεται, ὅτι μόνος γεννᾶται τῷ πατρὶ, καὶ ὅτι ἐκ μόνου γεννᾶται πατρός. ὁ γὰρ πατὴρ αὐτοῦ μόνον ἐστὶ πατὴρ, ἀ μὴν καὶ υἱός τινος, ὡς οἱ ἄλλοι πατέρες· καὶ ὅτι μόνον γεννᾶται υἱὸς, ἀ μὴν καὶ πατήρ τινος, ὡς οἱ ἄλλοι υἱοί· καὶ ὅτι μονοτρόπως γεννᾶται, ἤγουν, ἰδιοτρόπως, καὶ ὑπὲρ ἔννοιαν καὶ λόγον, καὶ οὐχ, ὡς τὰ σώματα. υἱὸς δὲ λέγεται, ὅτι ταὐτόν ἐστι τῷ πατρὶ κατ' οὐσίαν, καὶ οὐκ ἐκεῖνο μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐκεῖθεν. κόλπον δὲ τοῦ πατρὸς εἶπεν, οὐχ ὡς τοῦ θεοῦ κόλπον ἔχοντος· τῶν σωμάτων γὰρ ὁ κόλπος· ἀλλὰ διὰ τοῦ εἰπεῖν, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, τὸ γνήσιον τοῦ υἱοῦ καὶ ὁμοούσιον καὶ ἀχώριστον ἐσήμανεν.

Ἔστι δὲ καὶ ἕτερος εἰπεῖν, ὅτι τοῦ ῥητοῦ, x) τοῦ λέγοντος, ὅτι θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, ἐπιβεβαίωσίς ἐστι τὸ ἕτερον ῥητὸν, τὸ φάσκον, ὅτι

eſt in ſinu patris ipſe enarrauit, hoc eſt ipſe docuit quod Deum nemo vidit vnquam. Nam de hoc variis locis Chriſtus loquutus eſt, ſicut in ſequentibus manifeſtum erit. Nulla itaque creatura Deum videt, non materialis tantum, ſed et immaterialis: ſiquidem ipſis quoque immaterialibus virtutibus inuiſibilis eſt Deus in ſua natura, licet prout ſibi conceditur Deum videant.

Verſ. 19. *Et — Iohannis.* Hoc inquam de quo nunc in progreſſu dicturus eſt.

Verſ. 19. *Quando — es?* Teſtimonium videlicet datum quando miſerunt Iudaei et caetera. Siquidem pontifices et ſacerdotes populi, quum circa Chriſti partum admiranda audiſſent: ſumto praeterea de ſapientia ac prudentia illius experimento, quando duodecim annorum factus immixtus eſt doctoribus, audiens illos et interrogans, veluti ſcripſit Lucas: obſtupeſcebant, inuidiaque agitari coeperunt. Quum autem et Iohannem poſtea multa ac mirabilia de ipſo ad ſuum baptiſma accedentibus dixiſſe audiſſent, intellexerunt enim quod talia de illo diceret, magis turbati ſunt: miſſisque ab Ieroſolymis ſacerdotibus ac leuitis ſiue miniſtris interrogauerunt eum, Tu quis es? non tanquam id ignorantes: nam cunctis nota erant quae circa natiuitatem eius contigerant: quaeque in eius circumciſione ac nominis impoſitione, ita vt omnes dicerent, Quisnam puer hic erit? ſed prae malitia ignorantiam ſimulant. Nec dicunt, Quis es, ſed Tu quis es? ac ſi dicerent: Si maior te eſt quem tu praedicas, tu ergo quis es? erga quem magnopere affecti ſumus, et de quo magnificam habemus opinionem, quemque vehementer colimus.

Puta-

ϗ καί, interponit. A.

ὅτι ὁ μονογενὴς υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο, τουτέστιν, ἐκεῖνος ἐδίδαξεν, ὅτι θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. περὶ τούτου γὰρ διαφόρως ὁ χριστὸς εἶπεν, ὡς προβαίνοντες εὑρήσομεν. οὐδεὶς δὲ κτίσις, οὐ μόνον ὑλικὸς, ἀλλ' οὐδὲ ἄυλος. καὶ αὐταῖς γὰρ ταῖς ἀύλοις δυνάμεσιν ἀόρατός ἐστι κατὰ φύσιν, ὁρώσαις, ὡς ἐφικτὸν, αὐταῖς.

Verſ. 19. Καὶ — ἰωάννου. Αὕτη, περὶ ἧς εἰπεῖν μέλλει προϊών.

Verſ. 19. Ὅτε — εἶ; Ἡ γενομένη δηλονότι, ὅτε ἀπέστειλαν οἱ ἰουδαῖοι, καὶ τὰ ἑξῆς. οἱ γὰρ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ, πυνθανόμενοι μὲν [z]) τὰ κατὰ τὸν τόκον τοῦ χριστοῦ παράδοξα, λαβόντες δὲ καὶ πεῖραν τῆς συνέσεως αὐτοῦ, ὅτε δωδεκαέτης ὢν συνέμιξε τοῖς διδασκάλοις, ἀκούων καὶ ἐπερωτῶν αὐτοὺς, ὡς ὁ λουκᾶς [x]) ἱστόρησεν, ἐθορυβοῦντο, καὶ φθόνου ὠδίνειν ἤρχοντο· θεασάμενοι δὲ καὶ τὸν ἰωάννην ὕστερον πολλὰ καὶ μεγάλα περὶ αὐτοῦ λέγοντα πρὸς τοὺς ἐρχομένους ἐπὶ τὸ βάπτισμα· συνῆκαν γὰρ, ὅτι περὶ ἐκείνου τὰ τοιαῦτα λέγει· μᾶλλον ἐταράχθησαν, καὶ ἀποστείλαντες ἐξ ἱεροσολύμων ἱερεῖς καὶ λευίτας, ἤτοι διακόνους, ἐπηρώτων αὐτὸν, σὺ τίς εἶ; οὐχ ὡς ἀγνοοῦντες· πᾶσι γὰρ ἦσαν γνώριμα τά τε κατὰ τὴν γέννησιν αὐτοῦ, καὶ τὰ κατὰ τὴν περιτομὴν καὶ κλῆσιν, ὡς καὶ λέγειν ἅπαντας, τί ἄρα τὸ [y]) παιδίον τοῦτο ἔσται; ἀλλὰ κακοήθως ἄγνοιαν ὑποκρινόντας, καὶ οὐ λέγουσιν, ὅτι τίς εἶ, ἀλλ' ὅτι σὺ τίς εἶ; ἐμφαίνοντες, ὡς εἰ μείζων σου ἐστὶν ὁ παρὰ σοῦ κηρυττόμενος· λοιπὸν σὺ τίς εἶ, πρὸς ὃν πάντες ἀνεπτερώθημεν, καὶ περὶ οὗ μεγάλην ὑπόληψιν ἔσχομεν, καὶ ὃν διαφερόντως ἐσεβάθημεν.

z) Luc. 2, 46.

y) Ioa. 1, 66.

Putabant enim insipienter, quod licet in caeteris vigilantius excubare videretur, attamen humanum quiddam tanquam homo sentiret, ac gloriae amore illectus, Christum se esse responderet, et deinceps ipsius Iesu fama extingueretur, ob quam omnes oriebantur anxietates. Nam et hac de causa non vulgares quosuis miserunt, sed sacerdotes et leuitas, idque ex Ierosolymis vtpote praestantiores atque astutiores cunctis, qui ex aliis erant ciuitatibus.

Vers. 20. *Et — negauit.* Confessus est, veritatem scilicet: nam verax erat ac solidus.

Vers. 20. *Et — Christus.* Virtutem eius confirmans, rursum idem repetit. Neque enim solum ambitionis omnino nihil passus est, aut dominicam non arripuit gloriam, sed nec eam quae a multis dabatur respexit. Et vide prudentiam. Non dixit quis esset quod postmodum fecit, sed ad mentem eorum accedens, et quid velint agnoscens, recte id a principio abstulit, quod ipsum sperabant responsurum. Dixit enim, Non sum ego Christus.

Vers. 21. *Et — sum.* Iam conatu frustrati, ad aliud conuertuntur, intentumque suum obumbrare volentes dicunt: Quid ergo, Elias es tu? vt videantur simpliciter ac sine malitia interrogare: Siquidem expectabant etiam venturum Eliam. Scriptum est enim apud Malachiam prophetam: Mittam vobis Eliam Thesbiten, qui conuertet cor patris ad filium. Rursum ergo rogant, ne suspecti habeantur.

Vers. 21.

[2]) δόξαν. A. Paulo ante haud dubie vitiose inuenit περιφρουρηθῆναι Hentenius. Sed lectio meorum Codd. proba est.

Ὠιήθησαν γὰρ ἀνοήτως, ὅτι τοῦ λοιπὸν περιφρονηθῆναι δόξας,[2]) ἀνθρώπινόν τι πείσεται καὶ αὐτὸς, ὡς ἄνθρωπος, καὶ ὑπὸ φιλοδοξίας ἑαυτὸν εἶναι τὸν χρισὸν[3]) ἂν εἴποι, καὶ λοιπὸν ἡ περὶ τοῦ ἰησοῦ σβεσθήσεται φήμη, καθ' ἣς πάντα ἐπραγματεύοντο. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἀπέστειλαν οὐχ ἁπλῶς τινὰς, ἀλλ' ἱερεῖς καὶ λευίτας, καὶ τούτους ἐξ ἱεροσολύμων, ὡς διαφορωτέρους τῶν ἐξ ἁπάσης ἑτέρας πόλεως καὶ πανουργοτέρους.

Verſ. 20. Καὶ — ἠρνήσατο. Ὡμολόγησε, τὴν ἀλήθειαν δηλονότι, ὡς ἀληθὴς καὶ σεβρός.

Verſ. 20. Καὶ — χρισός. Τὸ αὐτὸ πάλιν λέγει, τὴν ἀρετὴν αὐτῷ βεβαιῶν, ὅτι οὐ μόνον οὐκ ἔπαθέ τι φιλόδοξον, ἀδ' ἐπεπήδησε τῇ δόξῃ τῇ δεσποτικῇ, ἀλλὰ καὶ δεδομένην παρὰ τῶν πολλῶν, ἃ προσήκατο. καὶ ὅρα σύνεσιν. οὐκ εἶπε, τίς ἐσιν, ὅπερ ὕσερον ἐποίησεν, ἀλλὰ πρὸς τὴν διάνοιαν αὐτῶν ἀπιδὼν, καὶ, τί βέλονται, γνοὺς, εὐθέως ἐκ προοιμίων ἀνεῖλεν, ὅπερ εἰπεῖν αὐτὸν ἤλπιζον. εἶπε γὰρ, ὅτι οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ χρισός.

Verſ. 21. Καὶ — εἰμί. Ἀποτυχόντες ἤδη τῆς μηχανῆς, ἐφ' ἕτερον τρέπονται, συσκιάσαι τὸν σκοπὸν αὐτῶν βελόμενοι, καὶ λέγουσι· τί οὖν, ἠλίας εἶ σὺ; ἵνα δόξωσιν ἁπλῶς καὶ ἀπεριέργως ἐρωτᾶν. καὶ γὰρ προσεδόκων ἥξειν καὶ τὸν ἠλίαν. γέγραπται γὰρ ἐν τῷ προφήτῃ μαλαχίᾳ· ἀποσελῶ[2]) ὑμῖν ἠλίαν τὸν θεσβίτην, ὃς ἀποκαταστήσει καρδίαν πατρὸς πρὸς υἱόν. πάλιν οὖν ἐρωτῶσιν, ἵνα ἀνύποπτοι γένωνται.

2) Malach. 4, 4. 5.

3) χρισὸν ἀνείπῃ. B.

Verſ. 21. *Es tu ille propheta? Et reſpondit, non.* Non dicunt, Es tu propheta: nam ſciebant eum eſſe prophetam: ſed es tu ille propheta, de quo ſcripſit Moſes? Scripſit enim eis dicens, Prophetam ſuſcitabit vobis dominus, ipſum vt me audietis. Ille autem erat Chriſtus.

Verſ. 22. *Dixerunt* — v. 23. *propheta.* Quum ad omnia patienter reſpondiſſet, nunc etiam dicit quis ſit. Ego inquit ſum illa vox de qua ſcriptum eſt, Vox clamantis in deſerto: Dirigite viam domini et caetera. Hoc autem verbum pulchre exponitur tertio iuxta Matthaeum capite: quaere itaque ibi expoſitionem ipſius.

Verſ. 24. *Et qui — phariſaeis.* Significauit etiam ipſorum ſectam, repraeſentans obliquam eorum curioſitatem.

Verſ. 25. *Et interrogauerunt — propheta?* Quum perficere non potuiſſent quod intendebant, accuſatione nituntur hunc attrahere, vt vel timore cogeretur dicere, quod non erat. Rurſum autem magnam demonſtrat aequitatem.

Verſ. 26. *Reſpondit — noſtis.* Eo enim tempore Chriſtus immixtus erat populo: nam quaſi vnus e vulgo veniebat ad baptismum, quod diuina reuelatione Iohanni innotuerat. Id autem quod addit, Quem vos non noſtis, de illius diuinitate dictum eſt.

Verſ. 27. *Ipſe — fuit.* De quo videlicet verbum iſtud dicebam. Eſt autem ſuperius declaratum.

Verſ. 27. *Cuius — calceamenti.* Sublimiter id quod eſt in Chriſto incomparabile hinc demon-

Vers. 21. Ὁ προφήτης εἶ σύ; καὶ ἀπεκρίθη, Οὐ λέγεσιν, ὅτι προφήτης εἶ σύ· ἤδεσαν γὰρ, ὅτι προφήτης ἐστὶν· ἀλλ᾽ ὅτι ὁ προφήτης εἶ σύ; δηλαδὴ ἐκεῖνος, περὶ οὗ ἔγραψε μωϋσῆς. ἔγραψε γὰρ αὐτοῖς, ὅτι προφήτην a) ὑμῖν ἀναστήσει κύριος ὁ θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ. αὐτοῦ ἀκούσεσθε. ἕτος δὲ ἦν ὁ χριστός. a) Deut. 18,15.

Vers. 22. Εἶπον — v. 23. προφήτης. Ἀνεξικάκως αὐτοῖς ἐπὶ πᾶσιν ἀποκριθεὶς, νῦν λέγει, καὶ τίς ἐστιν· ὅτι ἐγώ εἰμι, περὶ οὗ τὸ, φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, εὐθύνατε τὴν ὁδὸν κυρίου, καὶ τὰ ἑξῆς. τοῦτο δὲ τὸ ῥητὸν ἡρμήνευται καλῶς ἐν τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ ματθαῖον, καὶ ζήτησον ἐκεῖ τὴν ἐξήγησιν αὐτοῦ.

Vers. 24. Καὶ οἱ — φαρισαίων. Ἐπεσημήνατο καὶ τὴν αἵρεσιν αὐτῶν, ἐμφαίνων τὸ περίεργον τούτων, καὶ σκολιόν.

Vers. 25. Καὶ ἠρώτησαν — προφήτης; Μὴ δυνηθέντες ἀνύσαι τὸ σπεδαζόμενον, ἐπιχειροῦσιν ἐγκλήματι τοῦτον ὑποβαλεῖν, ἵνα φοβηθεὶς ἀναγκαθῇ εἰπεῖν, ὅπερ ἐκ ἦν· ὁ δὲ πάλιν ἐνδείκνυται πολλὴν ἐπιείκειαν.

Vers. 26. Ἀπεκρίθη — οἴδατε. Ἦν γὰρ ὁ χριστὸς ἀναμεμιγμένος τότε τῷ λαῷ. ὡς εἰς γὰρ τῶν πολλῶν ἤρχετο ἐπὶ τὸ βάπτισμα, καὶ ἐγνώσθη τοῦτο τῷ ἰωάννῃ διὰ θείας ἀποκαλύψεως· τὸ δὲ, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε, περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ εἴρηται.

Vers. 27. Αὐτός — γέγονε. Περὶ οὗ δηλονότι τὸν λόγον τοῦτον ἔλεγον. ἡρμηνεύθη δὲ ἀνωτέρω.

Vers. 27. Οὗ — ὑποδήματος. Τὸ καθ᾽ ὑπεροχὴν ἀσύγκριτον τοῦ χριστοῦ δείκνυσιν ἐντεῦθεν,

demonſtrat, dicens, Neque inter poſtremos eius ſeruos numerari mereor, propter magnitudinem conſideratae in eo diuinitatis. Poſtremis namque miniſtris aptari ſolent huiusmodi miniſteria.

Quaere autem ad principium euangelii iuxta Marcum dicti illius expoſitionem quo dicitur, Et praedicabat dicens: Venit is qui me fortior eſt poſt me, cuius non ſum idoneus vt procumbens ſoluam corrigiam calceamentorum ipſius.

Verſ. 28. *Haec — baptizans.* Emendatiora exemplaria, In Bethabara ſcribunt: nam Bethania non eſt ſita trans Iordanem aut in deſerto, ſed prope Ieroſolyma. Demonſtrat autem locum, oſtendens quod multis praeſentibus Iohannes ea quae de Chriſto erant praedicabat. Omnia vero quae interim acciderunt praetermittens: Puta quomodo baptizatus eſt, quomodo coelitus accepit teſtimonium: ieiunium praeterea quadraginta dierum in deſerto ac tentationes, tanquam ab aliis iam euangeliſtis narrata, refert deinceps quae poſt deſcenſum eius a deſerto contigerunt, et ab illis relicta ſunt.

Verſ. 29. *Poſtero die — ſe.* In craſtino poſt deſcenſum eius a deſerto ſcilicet: adhuc enim circa Iordanem permanebat Iohannes.

Quare

4) Codices probatiores cum Chryſoſtomo nunc appellat eos, qui ſunt temere corrupti ab Origene. Vide, quae dixi ad h. l. in edit. N. Teſt. Quoniam haec Bethania non erat prope Hieroſolymas, propterea Ioannes addidit, πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Teſte ipſo Origene, Heracleon etiam legit Bethania. Atque ita haud dubie legerunt omnes ante Origenem et Origenes ipſe. Eadem hic criſis eſt, quae eſt Matth. 5, 22. in vocabulo εἰκῇ. Nam illud Origenes propter *ſuam* theologiam moralem, hoc propter *ſuam* geographiam correxit. *Man denke*

θεν, λέγων· ὅτι οὐδ' εἰς τοὺς ἐσχάτους αὐτῦ δέλεας ταχθῆναι δύναμαι, διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἡνωμένης αὐτῷ θεότητος. τοῖς γὰρ ἐσχάτοις οἰκέταις ἐπιτέτραπται ἡ τοιαύτη ὑπηρεσία.

Ζήτησον δὲ καὶ ἐν προοιμίοις τοῦ κατὰ μάρκον εὐαγγελίου τὴν ἐξήγησιν τῦ, καὶ [b]) ἐκήρυσσε λέγων· ἔρχεται ὁ ἰσχυρότερός μου ὀπίσω μὲ, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς κύψας λύσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτῦ. b) Marc. 1, 7.

Verſ. 28. Ταῦτα — βαπτίζων. Τὰ ἀκριβῆ [4]) τῶν ἀντιγράφων, ἐν βηθαβαρᾷ γράφουσιν. ἡ γὰρ βηθανία, ἃ πέραν τῦ ἰορδάνου, ἐδ' ἐπὶ τῆς ἐρήμου ἐστὶν, ἀλλ' ἐγγύς που τῶν ἱεροσολύμων. ἐπισημαίνεται δὲ τὸν τόπον, δεικνύων, ὅτι πολλῶν παρόντων ὁ ἰωάννης ἐκήρυττε τὰ περὶ τῦ χριστῦ. τὰ [5]) μεταξὺ δὲ πάντα παραδραμὼν, πῶς τε ἐβαπτίσθη, καὶ πῶς ἄνωθεν ἐμαρτυρήθη, καὶ τὴν ἐν τῇ ἐρήμῳ τεσσαρακονθήμερον νηστείαν, καὶ τοὺς πειρασμοὺς, ὡς τοῖς ἄλλοις εὐαγγελισταῖς ἀπηγγελμένα, λοιπὸν διηγεῖται τὰ μετὰ τὴν ἀπὸ τῆς ἐρήμου κάθοδον αὐτῦ, παραλελειμμένα τούτοις.

Verſ. 29. Τῇ ἐπαύριον — αὐτόν. Τῇ ἐπαύριον, μετὰ τὴν ἀπὸ τῆς ἐρήμου κάθοδον αὐτῦ δηλονότι. ἔτι γὰρ παρὰ τὸν ἰορδάνην διέτριβεν ὁ ἰωάννης.

Καὶ

denke ſich Köln am Rhein, an der Spree, an der Unſtrut. Wenn ich nun ſagte, Köln an der Elbe, und jemand wollte mich aus Büſching, mit dem doch des Origenes alte Weiber, von welchen er die Geographie gelernt, nicht zu vergleichen ſind, widerlegen, wer würde nicht lachen? Und waren denn, nach ſo vielen Zerſtörungen, noch alle kleine Flecken, als Origenes auf die Wanderſchaft gieng?

5) τὰ, abeſt. A.

Quare autem venit ad ipsum? Quia suspicabantur quidam venisse tanquam peccatorem ad baptismum in poenitentiam more aliorum. Venit ergo nunc ad Iohannem, vt occasionem illi daret corrigendi perfectiori testimonio huiusmodi suspicionem.

Vers. 29. *Et — Dei.* Agnum ipsum appellauit, ad memoriam eis adducens vmbras veteris testamenti, ac Iesaiae prophetiam: tanquam diceret, Ecce agnus in lege figuratus, et ab Iesaia annuntiatus. Deinde addit etiam id quod praecipuum est eius, puta quod a Deo missus sit ad immolandum pro salute hominum.

Vel Dei, hoc est diuinus, propter suam diuinitatem.

Vers. 29. *Qui — mundi.* Agnus siquidem qui in lege sacrificabatur, vnius Israelitici populi auferebat peccatum tanquam figura, signum et vmbra veritatis. Agnus autem Dei immolatus, totius mundi aufert peccatum, et tanquam veritas, eos qui in mundo sunt purificat. Ille siquidem irrationalis erat, hic vero rationalis: nec solum hoc,

6) νῦν, abest. A.
7) Codex vterque in margine: ἐν ταῖς θυσίαις.
8) Hic rursus vterque in margine habet: οὗτος τὰς ἁμαρτίας αἴρει. Respicit Ies. 53, 7.
9) Versus ergo triceſimus abest etiam a Codice Hentenii, vti ab vtroque Mosquensi, nisi quod in vno horum a manu recentiori additus est in margine. Sed vltima pars huius scholii, a vocabulis, πάλιν δὲ λέγει τὸ κ. τ. λ. satis declarat, Euthymium haec legisse. Nescio ergo, quo casu in tribus Codicibus desit. Quomodo hic versus legatur apud Origenem, notaui iam in mea N. Test. editione. Iunctim versum 30. et 31. laudat Orig. T. IV. p. 24.

Καὶ τίνος ἕνεκεν ἤρχετο πρὸς αὐτόν; ἐπείπερ ὑπώπτευόν τινες, ὅτι ὡς ἁμαρτωλὸς ἐβαπτίζη καὶ αὐτὸς εἰς μετάνοιαν ἐπίσης τοῖς ἄλλοις· ἔρχεται νῦν [6]) πρὸς τὸν ἰωάννην, διδοὺς αὐτῷ ἀφορμὴν, διορθώσασθαι τὴν τοιαύτην ὑποψίαν, διὰ μαρτυρίας ἐντελεστέρας.

Verſ. 29. Καὶ — θεῦ. Ἀμνὸν αὐτὸν προσηγόρευσεν, ἀναμιμνήσκων αὐτοὺς τῆς τε τῦ νόμε σκιᾶς, καὶ τῆς ἡσαΐε προφητείας, καὶ λέγων· ἰδοὺ ὁ ἀμνὸς, ὁ ἐν τῷ νόμῳ [7]) σκιαγραφόμενος, καὶ ὑπὸ ἡσαΐε [8]) καταγγελλόμενος· εἶτα προστίθησι καὶ τὸ ἰδιαίτατον καὶ ἐξαίρετον αὐτῦ, ὅτι ὁ παρὰ θεῦ πεμφθεὶς εἰς σφαγὴν ὑπὲρ σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων.

Ἢ ὁ θεῖος, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ θεότητα.

Verſ. 29. Ὁ — κόσμου. [9]) Ὁ μὲν γὰρ ἀμνὸς τῦ νόμε θυόμενος ἁμαρτίαν ἑνὸς γένους ἀφῄρει τῦ ἰσραηλιτικοῦ· ὡς τύπος καὶ προχάραγμα καὶ σκιὰ τῆς ἀληθείας· ὁ δὲ ἀμνὸς τῦ θεῦ σφαγιασθεὶς τὴν ἁμαρτίαν τῦ κόσμου παντὸς ἀφαιρεῖ, καὶ καθαίρει τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ, ὡς ἀληθεια. ἐκεῖνος μὲν γὰρ, ἄλογος· οὗτος δὲ, λογικός.

p. 24. Chryſoſtomi varietates etiam l. l. notaui. Per errorem autem Chryſoſt. T. VIII. p. 75. B. ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, Matthaeo tribuit, quae nullibi apud Matthaeum leguntur. Cyrillus Alexandrinus eo in loco, vbi hunc verſum interpretatur, nihil mutat praeter hoc, quod ἐγὼ, poſt οὗ, omittit. Idem hunc verſum repetit T. V. Part. II. in epiſtolis p. 186. et de recta fide p. 113. D. vbi etiam data opera euangelium Ioannis tractat. Hic ſeruat iſtud ἐγώ. Conſiſtit ergo hic verſus; cum ceterorum Codd. Graecorum auctoritate, tum vero etiam verſionum et Patrum conſenſu.

hoc, verum etiam diuinus. Peccata autem non tantum animae dicit maculas, a quibus liberi sunt, qui eius seruant praecepta: verum etiam corporeas infirmitates, a quibus aegrotantes liberat.

Dicens autem, Qui tollit peccatum mundi, soluit praedictam suspicionem. Nam qui aliorum aufert peccata manifestum est, quod ipse non habeat peccata: qui autem peccatis non est obnoxius, alia omnino causa venit ad baptismum, quam ipse Baptista paulo post referet.

Rursum alibi dicit, Ante me fuit: et, Prior me erat: se ipsum intrepide tanquam seruum deiiciens, illum autem quasi dominum incomparabiliter extollens.

Vers. 31. *Et ego nesciebam eum.* Ne putarent quod illum iam olim cognoscens talia de eo ferret testimonia, gratiam illi praestans tanquam cognato, ait: Ego ignorabam eum priusquam ad Iordanem veniret, vtpote semper in deserto versatus.

Atqui quum adhuc in matris esset vtero, cognouit eum, et prae gaudio exultauit, quemadmodum scripsit Lucas. Verum id non fuit naturaliter, sed supernaturaliter tunc eum cognouit, et quo modo nullus omnino hominum cognouit. Nunc autem triplici cognitione cognouit: puta per visum, per auditum, perque propheticam notitiam, quarum nulla Christum cognoscebat, priusquam ad Iordanem veniret, deinde autem triplici hoc modo cognouit eum. Siquidem prophetice ei reuelata sunt quae de ipso erant: ideo et dixit: Qui post me venturus est, ante me fuit. Vidit

[1]) Inclusa absunt. A.
[2]) *μετὰ μικρόν τε πάλιν λέγει.* A.
[3]) Hentenius h. l. inculcauit, *alibi*. Sed *ἀλλαχοῦ* neuter meorum habet. Forte *autem* volebat.

λογικός· καὶ ὁ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ θεῖος. ἁμαρτίας δὲ νόει, μὴ μόνον τὰς ψυχικὰς κηλίδας, ὧν ἐλευθεροῖ τοὺς τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φυλάσσοντας, ἀλλὰ καὶ τὰς σωματικὰς ἀῤῥωστίας, ὧν ἀπαλλάττει τοὺς κάμνοντας.

Εἰπὼν δὲ, ὅτι ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ἔλυσε τὴν προειρημένην ὑποψίαν. ὁ γὰρ τὰς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἁμαρτίας ἀφαιρῶν, εὔδηλον, ὅτι οὐκ ἔχει ἁμαρτίας· [μὴ [1]) ἔχων δὲ ἁμαρτίας,] δι' ἑτέραν πάντως αἰτίαν ἦλθεν ἐπὶ τὸ βάπτισμα, ἣν αὐτὸς ὁ Βαπτιστὴς ἐρεῖ μετὰ μικρόν. [2])

Πάλιν δὲ [3]) λέγει τὸ, ἔμπροσθέν μου γέγονε, καὶ τὸ, πρῶτός μου ἦν, ἀνυποζόλως ἑαυτὸν μὲν ἐξευτελίζων, ὡς δοῦλον· ἐκεῖνον δὲ ἀσυγκρίτως ὑπερτιθεὶς, ὡς δεσπότην.

Verſ. 31. Κἀγὼ οὐκ ἤδειν αὐτόν. Ἵνα μὴ νομίσωσιν, ὅτι ἔκπαλαι γνωρίζων αὐτὸν, τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ μαρτυρεῖ, χαριζόμενος, ὡς συγγενεῖ, φησὶν, ὅτι οὐκ ἐγίνωσκον αὐτὸν πρὸ τοῦ ἐλθεῖν ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, ἅτε τὸν ἅπαντα χρόνον ἐν ταῖς ἐρήμοις διατρίβων.

Καὶ μὴν ἔμβρυον ὢν, ἔμβρυον ὄντα τοῦτον ἐγνώρισε, καὶ ἐσκίρτησεν ἐν ἀγαλλιάσει, ὡς [c]) ὁ Λουκᾶς ἔγραψεν· ἀλλ' ὁ κατὰ Φύσιν, ὑπερφυῶς δὲ αὐτὸν ἐγνώρισε τότε, καὶ ὡς ὁδηγὸς τῶν πάντων ἀνθρώπων. νῦν δὲ, τριῶν ὁδῶν γνώσεων, τῆς δι' ὄψεως καὶ τῆς δι' ἀκοῆς καὶ τῆς προφητικῆς, κατ' ὀδεμίαν αὐτῶν ἐγίνωσκε τὸν χριστὸν, πρὸ τοῦ ἐλθεῖν ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην· τότε δὲ λοιπὸν καὶ κατὰ τὰς τρεῖς ἔγνω αὐτόν. καὶ γὰρ ἀπεκαλύφθη τε αὐτῷ προφητικῶς τὰ περὶ αὐτοῦ· διὸ καὶ ἔλεγεν, ὁ ὀπίσω μὲ ἐρχόμενος, ἔμπροσθέν μου γέγο-

c) Luc. 1, 41.

Vidit quoque eum: illum namque prohibebat dicens: Ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me? Audiuit praeterea vocem de illo dicentem: Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacitum eſt, ſicut alii euangeliſtae docuerunt.

Verſ. 31. *Sed — baptizans.* Ecce dixit etiam cauſam, ob quam venit et ipſe vt baptizaret, et Chriſtus vt baptizaretur: Vna ſiquidem eademque fuit et huius cauſa et illius: videlicet vt manifeſtaretur Chriſtus Iſraëlitis. Nam a Deo miſſus fuerat Iohannes ad Iordanem, vt baptisma poenitentiae praedicaret, quo propter baptisma multi concurrerent, et adſtans Chriſtus in medio multorum, vtpote baptizandus, teſtimonium acciperet, inferne quidem a Iohanne, ſuperne vero a patre et ſpiritu ſancto: atque hinc ipſos attrahens, myſteria docere, ac mirabilia operari inciperet: neque enim ita concurriſſent omnes, neque ita teſtimonium audiuiſſent, niſi hoc factum fuiſſet.

Verſ. 32. *Et* — v. 33. *ſancto.* Rurſum ait, Neſciebam eum, vt proprium teſtimonium ab omni ſuſpicione remoueret.

Verum quando dixit ei Deus, ſuper quem videris ſpiritum deſcendentem et caetera? Quando quae de Chriſto erant ipſi reuelauit, illo nondum manifeſtato: tunc ſiquidem et haec et alia dixit. Poſtea vero ipſum quoque demonſtrauit ad baptismum accedentem.

Praeſens itaque euangeliſta ea, vt dictum eſt praetermiſit, quae circa domini baptisma ab aliis euangeliſtis conſcripta ſunt. Matthaeus vero haec caete-

4) ἐκώλυεν. A.
5) ἠυδόκησα. A.

γέγονε· καὶ εἶδεν αὐτόν· διὸ καὶ [4]) διεκώλυεν αὐτὸν λέγων ἐγὼ [d]) χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι· καὶ ἦκουσε περὶ αὐτῦ, ὅτι ἔτός ἐστιν [e]) ὁ υἱός μὲ ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ [5]) εὐδόκησα, ὡς οἱ ἄλλοι εὐαγγελισταὶ ἐδίδαξαν.

d) Matth. 3, 14.
e) Matth. 3, 17. Marc. 1, 11. Luc. 3, 22.

Vers. 31. Ἀλλ' — βαπτίζων. Ἰδοὺ, εἶπε καὶ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν αὐτός τε ἦλθε βαπτίζειν, καὶ ὁ χριστὸς παρεγένετο βαπτισθῆναι. μία γὰρ καὶ ἡ αὐτὴ [6]) καὶ τούτου κἀκείνου, ὅτι ἵνα φανερωθῇ τοῖς ἰσραηλίταις. ἐπέμφθη γὰρ ὁ ἰωάννης ὑπὸ θεῦ πρὸς τὸν ἰορδάνην κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας, ἵνα διὰ τὸ βάπτισμα συνδραμῶσι πολλοὶ, καὶ ἐπιὼν ὁ χριστὸς, ὡς βαπτισθησόμενος, μέσον πολλῶν μαρτυρηθῇ, κάτωθεν μὲν παρὰ ἰωάννου, ἄνωθεν δὲ, παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ ἐντεῦθεν ἐπισπασάμενος αὐτοὺς, ἄρξηται μυσαγωγεῖν καὶ θαυματουργεῖν. ἐδὲ γὰρ ἂν ἔτω συνέδραμον ἅπαντες, ἐδ' ἂν ἤκουσαν τῆς τοιαύτης οὕτω μαρτυρίας, εἰ μὴ τοῦτο γέγονε.

Vers. 32. Καὶ — v. 33. ἁγίῳ. Πάλιν τὸ, οὐκ ἤδειν αὐτὸν, ἵνα ἀνύποπτον πάντῃ τὴν οἰκείαν μαρτυρίαν ἐργάσηται.

Ἀλλὰ πότε εἶπεν αὐτῷ ὁ θεὸς, ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον καὶ τὰ ἑξῆς; ὅτε [7]) δηλονότι, μήπω φανέντος, τὰ περὶ αὐτοῦ ἀπεκάλυψεν αὐτῷ. τότε μὲν γὰρ τά τε ἄλλα καὶ τοῦτο εἶπεν. ὕστερον δὲ καὶ ὑπέδειξεν αὐτὸν παραγενόμενον ἐπὶ τὸ βαπτισθῆναι.

Ὁ μὲν ἓν παρὼν εὐαγγελιστὴς, ὡς εἴρηται, παρέδραμε τὰ κατὰ τὸ βάπτισμα τῦ σωτῆρος, ὡς τοῖς ἄλλοις προϊστορηθέντα· ὁ δὲ ματθαῖος

 πλατύ-

6) καὶ τῦτο κἀκεῖνος. A.
7) ὅτι. B.

caeteris latius enarrauit: lege ergo illa ad perfectiorem habendam cognitionem.

Verſ. 34. *Et ego vidi.* Spiritum videlicet deſcendentem, et manentem ſuper eum.

Verſ. 34. *Et — Dei.* Et vbi hoc perhibuit teſtimonium? neque enim vsquam ſcriptum eſt. Omnino ſane hoc teſtificatus eſt: relictum eſt autem ab euangeliſtis, quemadmodum et alia multa.

Verſ. 35. *Poſtero die* — v. 36. *Dei.* Non vulgari modo neque caſu haec de ipſo loquitur: ſed quia nondum Iudaeorum inſenſibilitatem attigerat: nemo enim quicquam de ipſo interrogauerat: rurſum haec de ipſo dicere cogitur, mentemque eorum iteratis vocibus expergefacere quaſi dormientem.

Et quemadmodum ſponſus nihil interim ſponſae loquitur, nec eam per ſeipſum accipit, ſed dux ſponſae omnia differit, eamque illi tradit: vbi vero hanc ipſe acceperit, ita eam immutat, vt illa priorum omnium obliuiſcatur. Ita et nunc Chriſtus adhuc tacet, Iohannes vero cuncta operatur, ideo etiam amicus ſponſi vocatus eſt, tanquam qui nuptiis praeeſt, omniaque adminiſtrat quae ad ipſum ſponſum pertinent. Vbi vero accepit deſponſatam ſibi eccleſiam, ita eam ſibi copulauit, vt illa continuo omnium obliuiſceretur.

Et ſicut ſponſa nequaquam ad ſponſum accedit, ſed hic ad illam, etiam ſi fuerit ipſe regis filius, illa vero omnium abiectiſſima. Ita et hic accidit: iſte quum tantus eſſet, ad eam quae deſpectiſſima erat acceſſit, et coniunctus non permiſit vt hic deinceps remaneret, ſed ſuſceptam in paternam deduxit domum, hoc eſt in coelum.

Verſ. 37.

s) οὖν interponendum videtur. Forte etiam mox, ἀφυπνίζειν.

πλατύτερον τῶν ἄλλων ἀπήγγειλεν αὐτὰ, καὶ ἀναγνωθι καὶ κεῖνα πρὸς ἐντελεστέραν διάγνωσιν.

Vers. 34. Καὶγὼ ἑώρακα. Τὸ πνεῦμα, δηλαδὴ, καταβαῖνον καὶ μένον ἐπ' αὐτόν.

Vers. 34. Καὶ — θεῦ. Καὶ πῶ τοῦτο μεμαρτύρηκεν; ἐδαμοῦ γὰρ ἀναγέγραπται. μεμαρτύρηκε μὲν τοῦτο πάντως· παραλέλειπται δὲ τοῖς εὐαγγελισταῖς, ὥσπερ καὶ ἄλλα πολλά.

Vers. 35. Τῇ ἐπαύριον — v. 36. θεῦ. Οὐχ ἁπλῶς, ἐδὲ ὡς ἔτυχε, τὰ αὐτὰ περὶ αὐτοῦ φθέγγεται, ἀλλ' ἐπείπερ ἔπω καθίκετο τῆς ἀναισθησίας τῶν ἰουδαίων· ἐδεὶς γὰρ αὐτὸν ἐδὲν ἠρώτησε περὶ αὐτοῦ· ἀναγκάζεται[8]) τὰ αὐτὰ λέγειν πάλιν, καὶ δευτέρας φωνῆς ἀφυπνίζει τὴν διάνοιαν αὐτῶν, ὥσπερ κοιμωμένην.

Καὶ ὃν τρόπον ὁ μὲν νυμφίος ἐδὲν τέως λέγει πρὸς τὴν νύμφην, ἐδ' ἀφ' ἑαυτοῦ λαμβάνει ταύτην· ὁ δὲ νυμφαγωγὸς πάντα διαλέγεται, καὶ παραδίδωσιν αὐτήν· ὅτε δὲ λάβῃ ταύτην ἐκεῖνος, ἔτω διατίθησιν, ὡς ἐπιλαθέσθαι πάντων· οὕτω καὶ νῦν, ὁ μὲν χριστὸς ἔτι σιγᾷ· ὁ δὲ ἰωάννης τὰ περὶ αὐτοῦ διαπραγματεύεται. διὸ καὶ φίλος αὐτοῦ κέκληται, ὡς τῷ γάμῳ παρὼν, καὶ πάντα ὑπὲρ τοῦ νυμφίου διακονῶν· λαβὼν δὲ τὴν νυμφευθεῖσαν ἐκκλησίαν ἐκεῖνος, ἔτως αὐτὴν διέθηκεν, ὡς ἐπιλαθέσθαι πάντων αὐτίκα.

Καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν γάμων, οὐχ ἡ νύμφη πρὸς τὸν νυμφίον ἄπεισιν, ἀλλ' ἔτος πρὸς αὐτὴν, κἂν ὁ μὲν εἴη βασιλέως υἱὸς, ἡ δὲ παντάπασιν εὐτελής· ἔτω καὶ ἐνταῦθα γέγονεν. αὐτὸς ὁ τοσοῦτος πρὸς τὴν εὐκαταφρόνητον παραγέγονε, καὶ ἁρμοσάμενος, οὐκ εἴασεν αὐτὴν ἐνταῦθα μένειν λοιπὸν, ἀλλὰ παραλαβὼν, εἰς τὸν πατρικὸν ἀνήγαγεν οἶκον, τὸν οὐρανόν.

Verſ. 37. *Et — Ieſum.* Inter multos auditores hi ſoli audiſſe dicuntur, auribus videlicet animae, quum alii vtique audiſſent auribus corporis: Ex diſcipulis namque Iohannis ſoli hi duo tunc animo praeſentes erant, quum tamen alii multi adſtarent. Sequuti ſunt autem eum, cupientes eius habere notitiam.

Verſ. 38. *Conuerſus — quaeritis?* Non tanquam ignorans, qui hominum penetrat cogitationes, ſed vt interrogando familiares ſibi redderet ac fiduciam daret. Veriſimile eſt enim, quod erubeſcebant, et quaſi ignoti formidabant.

Verſ. 39. *At illi — habitas?* Quum nondum ab eo quicquam audiſſent, magiſtrum ſiue praeceptorem eum appellant: atque hinc cauſam cur ſequerentur manifeſtant, videlicet vt quae forent vtilia audirent, vtque ſeſe in diſcipulos ingererent. Dicunt autem, Vbi habitas? volentes diutius et in quiete cum eo conuerſari.

Verſ. 40. *Dicit — videte.* Non dat habitationis ſigna, volens vt illi ſequerentur, quo maiorem haberent fiduciam.

Verſ. 40. *Venerunt — decima.* Horam ſignificat, et in his innuens diſcipulatus deſiderium, et in illo humanitatem, quod neque propter tempus auerſi ſunt, quum iam ſol ad occaſum declinaret: neque tempus, aut aliud quippiam cauſati ſunt.

Quod ſi alibi dicit ſe non habere vbi caput ſuum reclinaret, non hoc ſimpliciter de domo dicit, ſed de propria domo: neque enim propriam habebat, ſed alienis vtebatur.

Dicit

9) τε, addit. A.

Vers. 37. Καὶ — ἠσᾶ. Πολλῶν ἀκροασαμένων, οὗτοι μόνοι ἠκουσάν, τοῖς ὠσὶ δηλονότι τῆς ψυχῆς, τῶν ἄλλων τοῖς ὠσὶ τοῦ σώματος ἀκουσάντων. ἐκ μὲν γὰρ τῶν μαθητῶν a) Ἰωάννου δύο τότε παρῆσαν· ἄλλοι δὲ πολλοὶ παρεισήκεισαν. ἠκολούθησαν δὲ αὐτῷ, βουλόμενοι πεῖραν λαβεῖν αὐτοῦ.

Vers. 38. Στραφεὶς — ζητεῖτε; Οὐκ ἀγνοῶν, ὁ τοῖς λογισμοῖς τῶν ἀνθρώπων ἐμβατεύων, ἀλλ' ἵνα διὰ τῆς ἐρωτήσεως οἰκειώσηται τούτους, καὶ παράσχῃ θαρρεῖν. εἰκὸς γὰρ, αὐτοὺς ἐρυθριᾶν ἔτι καὶ ἀγωνιᾶν, ὡς ἀγνῶτας.

Vers. 39. Ὅι δὲ — μένεις; Μήπω μηδὲν παρ' αὐτοῦ μαθόντες, διδάσκαλον αὐτὸν ὀνομάζουσι, τὴν αἰτίαν τε, δι' ἣν ἦλθον, δηλοῦντες ἐντεῦθεν, ὅτι ἀκουσόμενοί τι τῶν χρησίμων, καὶ εἰς μαθητὰς εἰσωθοῦντες ἑαυτούς. λέγουσι δὲ, ποῦ μένεις, βουλόμενοι κατὰ μόνας ἐντυχεῖν αὐτῷ καὶ μεθ' ἡσυχίας.

Vers. 40. Λέγει — ἴδετε. Οὐ λέγει τὰ σύσσημα τῆς οἰκίας, θέλων αὐτοὺς ἀκολουθεῖν, ἵνα καὶ πλέον θαρρήσωσιν.

Vers. 40. Ἦλθαν — δεκάτη. Ἐπισημαίνεται τὴν ὥραν, αἰνιττόμενος τέτων τε τὸ φιλομαθὲς, κἀκεῖνο τὸ φιλάνθρωπον, ὅτι οὐδ' ὑπὸ τῆς ὥρας ἀπετράπησαν, ἤδη πρὸς δυσμὰς ὄντος τοῦ ἡλίου, b) ἐδ' ἐπροφασίσαντο τὸν καιρὸν, εἴ τέ τι ἕτερον.

Εἰ δὲ ἀλλαχοῦ λέγει, μὴ ἔχειν, c) ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ, ἢ περὶ οἰκίας ἁπλῶς τοῦτό φησιν, ἀλλὰ περὶ ἰδίας. ἰδίαν γὰρ οὐκ εἶχεν, ἀλλ' ἀλλοτρίαις ἐκέχρητο. c) Matth. 8, 20.

a) ἐδὲ προφασίσαντος. A.

Dicit itaque euangelista manssisse ipsos apud eum die illo: quod autem instructi sint, tanquam manifestum reliquit intelligendum. Tantum enim vna nocte profecerunt, vt ad aliorum venationem sequenti die procederent.

Oportet igitur et nos ob nullum tergiuersari tempus ab audiendis his quae diuina sunt, sed omnia his posteriora ducere. Alia siquidem mundana vniuersa tempus habent: ad haec vero omne tempus esto conueniens.

Vers. 41. *Erat — eum.* Alterius siluit vocabulum, siue quia insignis non erat vel cognitus: siue ipse qui haec scribit erat, vt quidam dicunt.

Vers. 42. *Reperit — Christus.* Sermo est admodum laetantis: Inuenimus quem quaerebamus, quem venturum sperabamus, quem scripturae annuntiauerunt: nam ab his hunc esse cognouit, a quibus ad sacra introductus est.

Considera vero, quod hi etiam quum piscatores essent scripturis animum aduertebant: nos autem qui de eis colloquimur, in eisque versamur, nequaquam tamen adeo animum attendimus.

† Mediatorem videlicet, genus a Deo ac hominibus ducentem.

Vers. 43. *Et — Iesum.* Postquam videlicet dixerat quae ab eo audierat. Siquidem hoc germanae fraternitatis est, hoc sincerae amicitiae, vt boni participem assumat et fratrem. Fortassis autem non retulit quae ab eo mysteria audierat, sed tantum vbi dixisset, Inuenimus Messiam, duxit eum ad Iesum, id solum studens, vt ipsum duceret, Christoque traderet, sciens quod ille doceret eum vniuersa.

Vers. 43.

Ὅτι μὲν οὖν παρ' αὐτῷ ἔμειναν τὴν ἡμέραν ἐκείνην, εἶπεν ὁ εὐαγγελιστής· ὅτι δὲ ἐδιδάχθησαν, ὡς πρόδηλον, ἀφῆκε νοεῖσθαι. τοσοῦτον γὰρ ἐν μιᾷ νυκτὶ ὠφελήθησαν, ὡς μεθ' ἡμέραν ἐφ' ἑτέρων θήραν ἐλθεῖν αὐτούς.

Χρὴ τοίνυν καὶ ἡμᾶς μηδένα προφασίζεσθαι καιρὸν εἰς ἀκρόασιν θείαν, ἀλλὰ πάντα δεύτερα ταύτης λογίζεσθαι. τἄλλα μὲν γὰρ, ὅσα βιωτικὰ, καιρὸν ἐχέτω· πρὸς ταύτην δὲ πᾶς ἡμῖν ἕξω καιρὸς ἐπιτήδειος.

Verſ. 41. Ἦν — αὐτῷ. Τοῦ ἑτέρου παρεσιώπησε τὴν κλῆσιν, ἢ διότι οὐκ ἦν τῶν ἐπισήμων καὶ γνωρίμων ἐκεῖνος, ἢ ὅτι αὐτὸς ἦν, ὁ ταῦτα γράφων, ὥς τινες φασίν.

Verſ. 42. Εὑρίσκει — χριστός. Σφόδρα χαίροντος ὁ λόγος, εὑρήκαμεν, ὃν ἐζητοῦμεν, ὃν προσεδοκῶμεν ἥξειν, ὃν αἱ γραφαὶ κατήγγελλον. ἀφ' ὧν γὰρ ἐμυσαγωγήθη, συνῆκεν, ὅτι αὐτός ἐστιν.

Ὅρα δὲ, ὅτι καὶ ἁλιεῖς ὄντες, προσεῖχον ταῖς γραφαῖς· ἡμεῖς δὲ, καὶ ὁμιλοῦντες αὐταῖς, οὐδ' ὅτω προσέχομεν. [2])

Verſ. 43. Καὶ — ἰησοῦν. Εἰπὼν, ἃ ἤκουσε, δηλονότι, παρ' αὐτοῦ. τοῦτο γνησιότητος ἀδελφικῆς, τοῦτο φιλίας εἰλικρινοῦς, κοινωνὸν τοῦ ἀγαθοῦ προσλαμβάνειν καὶ τὸν ἀδελφόν. ἴσως δὲ καὶ οὐδὲ εἶπεν, ἃ ἐμυσαγωγήθη, ἀλλὰ μόνον εἰπὼν, εὑρήκαμεν τὸν μεσίαν, ἤγαγεν αὐτὸν πρὸς τὸν ἰησοῦν, τοῦτο μόνον σπουδάζων, ἀγαγεῖν αὐτὸν καὶ παραδοῦναι τῷ χριστῷ, γινώσκων, ὅτι τὸ πᾶν ἐκεῖνος αὐτὸν διδάξει.

[2]) Scholio prorſus inepto, quod Hentenius habet hic continuo, mei carent. Eſt interpretatio etymologica hominis Graeci, qui μεσίας a μέσος deriuauit.

Vers. 43. *Intuitus — Petrus.* Quae diuinitatis sunt deinceps a vaticinio aperire incipit. Siquidem non minus alliciunt homines prophetiae aut futurorum annuntiatio, quam signa. Praeterea minus etiam patent inuidiae: nam signa calumniabantur insipientes. In Beelzebul, inquiunt, eiicit daemonia. De prophetiis vero nihil tale dixisse leguntur.

Et circa Simonem quidem et Nathanaël hoc vsus est modo. De Andrea autem et Philippo nihil vaticinatus est. Siquidem Andreas Iohannis testimonio attractus est: Philippus vero videns illos qui ipsum sequebantur, ad fidem et ipse adductus est. De Petro quidem prophetauit cuius esset filius, et quo vocandus esset nomine.

Quaere praeterea ad perfectiorem intelligentiam tertio iuxta Matthaeum capite dicti illius enarrationem, Ambulans Iesus circa mare Galilaeae vidit duos fratres Simonem qui vocatur Petrus, et Andream fratrem eius, mittentes rete in mare. Ad haec octauo iuxta Marcum capite verbi illius interpretationem, Et imposuit Simoni nomen Petrus. Sed et loci illius explanationem decimo capite euangelii secundum Lucam, Piscatores autem descenderant ex illis, et abluebant retia. Omnia enim conferunt ad ea, quae hic ponuntur.

Hunc itaque nominauit Petrum: sicut Iacobum et Iohannem filios tonitrui: ostendens se eum esse qui in veteri quoque testamento nomina adaptauerat, Abram vocans Abraham, Saram vero Sarram, et Iacob Israël. Nam quibusdam ab ortu nomina imponebat, quibusdam autem postmodum. Quorum enim virtus a primo, quod aiunt,

5) γὰρ, abest. A.

Vers. 43. Ἐμβλέψας — πέτρος. Ἄρχεται λοιπὸν παραινοίγειν τὰ τῆς θεότητος ἀπὸ προρρήσεως. οὐχ ἧττον γὰρ τῶν σημείων αἱ προφητείαι προσάγουσι τοὺς ἀνθρώπους, ἔτι δὲ καὶ τὸ ἀνεπαχθέστερον ἔχουσι. τὰ μὲν γὰρ σημεῖα καὶ διέβαλλον οἱ ἀνόητοι. ἐν Βεελζεβὲλ, γάρ φησιν, ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια· περὶ δὲ τῶν προφητειῶν οὐδὲν ἔλεγον τοιοῦτον.

Καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ σίμωνος καὶ τοῦ ναθαναὴλ τούτῳ κέχρηται τῷ τρόπῳ· ἐπὶ δὲ τοῦ ἀνδρέου καὶ τοῦ φιλίππου οὐδὲν προφητεύει, διότι ἀνδρέας μὲν προκατείληπτο διὰ τῆς μαρτυρίας ἰωάννου· φίλιππος δὲ, ὁρῶν τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ, πρὸς πίστιν καὶ αὐτὸς ἐχειραγωγεῖτο. προεφήτευσε δὲ περὶ τοῦ πέτρου, τίνος τέ ἐστιν υἱὸς, καὶ τί κληθήσεται.

Ζήτησον δὲ καὶ πρὸς τῷ τέλει τοῦ τρίτου κεφαλαίου τοῦ κατὰ ματθαῖον τὴν ἐξήγησιν τοῦ, g) περιπατῶν δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς γαλιλαίας, εἶδε δύο ἀδελφοὺς, σίμωνα τὸν λεγόμενον πέτρον, καὶ ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, βάλλοντας ἀμφίβληστρον εἰς τὴν θάλασσαν. ἔτι δὲ καὶ ἐν τῷ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ μάρκον τὴν ἑρμηνείαν τοῦ, καὶ h) ἐπέθηκε τῷ σίμωνι ὄνομα πέτρον· ἀλλὰ καὶ πρὸς τῷ τέλει τοῦ δεκάτου κεφαλαίου τοῦ κατὰ λουκᾶν τὴν διασάφησιν τοῦ, οἱ δὲ i) ἁλιεῖς ἀποβάντες ἀπ' αὐτῶν, ἀπέπλυναν τὰ δίκτυα. συντελοῦσι γὰρ ἅπαντα εἰς τὸ προκείμενον.

g) Matth. 4, 18.

h) Marc. 3, 16.

i) Luc. 5, 2.

Τοῦτον μὲν οὖν πέτρον ὠνόμασεν, ἰάκωβον δὲ καὶ ἰωάννην, υἱοὺς βροντῆς, δεικνύων, ὅτι αὐτός ἐστιν, ὁ καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ τὰ ὀνόματα μεταῤῥυθμίσας, καὶ τὸν μὲν ἄβραμ ἀβραὰμ καλέσας, τὴν δὲ σάραν σάῤῥαν, καὶ τὸν ἰακὼβ ἰσραὴλ. τισὶ μὲν οὖν ἐκ γενετῆς ἐπέθηκε τὰ ὀνόματα, τισὶ δὲ ὕστερον. ὧν μὲν γὰρ ἡ ἀρετὴ διαλάμπειν ἔμελλεν

aiunt, capillo fulgebit, his ab initio nomen imponit: quorum autem poſtea, his etiam poſtea.

Verſ. 44. *Poſtero die* — v. 45. *Petri.* Poſtero ſane die voluit exire, at non poſtero die reperit Philippum, ſed poſtmodum poſtquam Petrum et Andream, Iacobum ac Iohannem attraxerat, quemadmodum ab aliis euangeliſtis licet colligere.

Sed quam ob rem non meminit quomodo eos attraxerit ambulans circa mare Galilaeae? Quia Matthaeus et Marcus hoc tradiderunt. Sed quia illi praetermiſerant, quae circa Philippum acciderant, haec nunc iſte manifeſtat. Ait autem illi Ieſus, Sequere me. Sciens quidem et hunc iam animo ſequutum, quum de eo audiſſet ab his qui ſequebantur, ſed reuerentia detineri, ſoluit eum metu. Dicit autem euangeliſta qua ſit Philippus ciuitate oriundus, puta a Bethſaida vili ac ignobili: vt ſcias quod ignobilia mundi elegerit Deus.

Verſ. 46. *Reperit Philippus Nathanaël.* Poſtquam videlicet Chriſtum ſequutus erat.

Verſ. 46. *Et — inuenimus.* Sumto de ipſo experimento, ſtatim praedicator efficitur: ſciensque Nathanaël in legis ac prophetarum ſcripturis diligentiſſimum: ſiquidem erat in eis maxime verſatus, quemadmodum et ipſe Chriſtus atteſtatur, et res ipſa demonſtrauit: ad Moſen ac prophetas eum remittit, confirmans inde ſuum de Chriſto teſtimonium eſſe fide dignum.

Verſ. 46.

4) Chryſoſt. Tom. VIII. p. 113. B. ἐκ πρώτης ἡλικίας.

λεν ἐκ πρώτης[4]) τριχὸς, τούτους ἐξ ἀρχῆς ὠνόμασεν· ὧν δὲ ὕστερον, τότε ὕστερον.

Verſ. 44. Τῇ ἐπαύριον — v. 45. πέτρου. Τῇ ἐπαύριον μὲν ἠθέλησεν ἐξελθεῖν, ἐ τῇ ἐπαύριον δὲ εὑρίσκει τὸν Φίλιππον, ἀλλ' ὕστερον, μετὰ τὸ ἐπισπάσαθαι πέτρον καὶ ἀνδρέαν καὶ ἰάκωβον καὶ ἰωάννην, ὡς ἀπὸ τῶν ἄλλων εὐαγγελιςῶν ἔξεςι διαγινώσκειν.

Ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν οὐκ ἐμνημόνευσε, πῶς αὐτοὺς εἵλκυσε, περιπατῶν παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς γαλιλαίας; διότι ματθαῖος καὶ μάρκος τοῦτο παραδεδώκασιν. ἐπεὶ δὲ τὰ κατὰ τὸν Φίλιππον ἐκεῖνοι παρέδραμον, ταῦτα νῦν οὗτος ἀπαγγέλλει. λέγει δὲ αὐτῷ ὁ ἰησοῦς, ἀκολούθει μοι, γινώσκων, ὅτι ποθεῖ μὲν ἀκολουθῆσαι καὶ αὐτὸς, ἀκηκοὼς περὶ αὐτοῦ παρὰ τῶν ἀκολουθούντων· εὐλαβεῖται δέ. λύει οὖν αὐτοῦ τὴν αἰδώ. λέγει δὲ[5]) ὁ εὐαγγελιςὴς, καὶ ποίας πόλεως ἦν, ὅτι ἀπὸ βηθσαϊδά, τῆς εὐτελοῦς καὶ φαύλης, ἵνα μάθῃς, ὅτι τὰ ἀθενῆ τὸ κόσμε ἐξελέξατο ὁ θεός.

Verſ. 46. Εὑρίσκει φίλιππος τὸν ναθαναήλ. Μετὰ τὸ ἀκολουθῆσαι τῷ χριςῷ, δηλονότι.

Verſ. 46. Καὶ — εὑρήκαμεν. Πεῖραν αὐτῦ λαβὼν, κήρυξ αὐτῦ γίνεται παραυτίκα, καὶ γινώσκων τὸν ναθαναὴλ ἀκριβέςατον ἔν τε ταῖς νομικαῖς, καὶ ταῖς προφητικαῖς γραφαῖς· καὶ γὰρ ἦν τὰ τοιαῦτα ἄριςα διεσκεμμένος, ὡς καὶ ὁ χριςὸς ἐμαρτύρησε, καὶ τὸ ἔργον ἔδειξεν· ἐπὶ τὸν μωϋσέα καὶ τὺς προφήτας αὐτὸν παραπέμπει, κατασκευάζων ἐκεῖθεν ἀξιόπιςον τὴν περὶ τῦ χριςῦ μαρτυρίαν ἑαυτοῦ.

Verſ. 46.

[5]) καὶ, interponit A.

Verſ. 46. *Ieſum filium Ioſeph.* Adhuc enim filius eius eſſe putabatur.

Verſ. 46. *A Nazaret.* A Nazaret ideo dicebatur, quod ibi nutritus eſſet.

Verſ. 47. *Et — eſſe?* Quum prophetam audiret dicentem, Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquam minima es inter principatus Iuda: ex te enim exibit dux, qui regat populum meum Iſraël, e Bethlehem Chriſtum expectabat: nunc autem audiens eum Nazarenum eſſe, turbatus eſt et admirabatur, non inueniens Philippi verbum conuenire prophetiae, ideoque opinatus hunc circa locum eſſe lapſum, benignam fingit obiectionem, innuens non ita ipſum inuentum eſſe, ſed eum eſſe a Nazaret, plane quodammodo per modum interrogationis repellit, ſuam oſtendens circa ſcripturas diligentiam, et infallibilitatem figurarum.

Eſt autem ſimile ac ſi diceret, Vtrum fieri poteſt, vt a Nazaret adeo exigua et abiecta ſit quippiam boni? Nam Galilaea a Iudaeis male audiebat: porro Nazaret Galilaeae ciuitas erat. Dicebat autem hoc certiſſimus, quod non a Nazaret, ſed a Bethlehem expectaretur Chriſtus.

Verſ. 47. *Dicit — vide.* Modum quo hoc dixerat ignorans, putansque illum ſimpliciter ciuitati Nazaret detrahere, ducit ipſum ad Chriſtum tanquam ſtatim crediturum, ſi modo doctrinam ac conuerſationem eius guſtaſſet.

Verſ. 48.

[6]) Exciderunt incluſa. A.

[7]) καὶ τότε τοιοῦτον in interpretatione neglexit Hentenius. Forte autem corrigendum, aut καὶ τὸ τοιοῦτον, aut καὶ ταῦτα τοιοῦτον, ſcilicet ἀγαθὸν, οἷον

Vers. 46. Ἰησοῦν τὸν υἱὸν ἰωσήφ. Ἔτι γὰρ τέτου υἱὸς εἶναι ἐνομίζετο.

Vers. 46. Τὸν ἀπὸ ναζαρέτ. Ἐκ ναζαρὲτ ἐλέγετο, διὰ τὸ τραφῆναι ἐν αὐτῇ.

Vers. 47. Καὶ — εἶναι; Ἀκέων τῶ προφήτε λέγοντος· καὶ σὺ βηθλεὲμ, γῆ ἰέδα, ἐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν ταῖς ἡγεμόσιν ἰούδα. ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν ἰσραὴλ· ἐκ βηθλεὲμ προσεδόκα τὸν χριστόν. μαθὼν δὲ νῦν, ὅτι ἀπὸ ναζαρέτ ἐστιν, ἐθορυβήθη καὶ διηπόρησεν, οὐχ εὑρίσκων συμβαίνοντα τῇ προφητείᾳ τὸν λόγον τῶ φιλίππου. διὸ καὶ λογισάμενος, ἐσφάλθαι τῶτον περὶ τὸν τόπον, ἐπιεικῆ ποιεῖται παραίτησιν, ὡ τῶ εὑρεθῆναι αὐτὸν, ἀλλὰ τῶ ἀπὸ ναζαρὲτ εἶναι, καὶ ὁμαλῶς πως, ἐν ἐρωτήσεως τάξει, διωθεῖται τοῦτο, δεικνύων τὸ περὶ τὰς γραφὰς ἀκριβὲς αὐτοῦ, καὶ τὸ τῶν τρόπων ἀνεξαπάτητον.

[Ὁ [6]) δὲ λέγει, τοιῶτόν ἐστιν. ἆρα ἐκ ναζαρὲτ ἐνδέχεταί τι ἀγαθὸν εἶναι, [7]) καὶ τότε τοιῶτον,] τῆς ἔτω φαύλης καὶ ἀπεῤῥιμμένης; διεβάλλετο γὰρ παρὰ τῆς [8]) ἰεδαίας ἡ γαλιλαία. τῆς δὲ γαλιλαίας ἐστὶ πόλις, ἡ ναζαρέτ. ἔλεγε δὲ τοῦτο, πεπληροφορημένος, ὅτι ὁ προσδοκώμενος οὐκ ἔστιν ἀπὸ ναζαρὲτ, ἀλλ' ἐκ βηθλεέμ,

Vers. 47. Λέγει — ἴδε. Ἀγνοῶν τὸν τρόπον, δι' ὃν εἶπε τοῦτο, καὶ ἁπλῶς αὐτὸν διαβάλλειν τὴν ναζαρὲτ οἰηθεὶς, ἔλκει τοῦτον ἐπὶ τὸν χριστὸν, [9]) ὡς αὐτίκα πειθησόμενον, εἰ μόνον γεύσεται τῆς διδασκαλίας καὶ ὁμιλίας αὐτοῦ.

Vers. 48.

οἷον ὁ μεσίας. τρόποι autem non sunt *figurae*, sed *mores*, *ingenium*.

8) Immo, τοῖς ἰουδαίοις, vt Hentenius legit.

9) ὡς, abest. A. mox legitur, πειθησόμενος. B.

Verſ. 48. *Vidit — Iſraëlita.* Laudauit ipſum quaſi intelligentem quae legerat: id enim eſt vere Iſraëlita. Nam pontifices et ſcribae quique illos contingebant, non attendentes ea quae legebant, falſo nomine Iſraëlitae dicebantur.

Verſ. 48. *In — eſt.* Dolum vocat, veritatis contectionem vel obſcurationem a malitia.

Verſ. 49. *Dicit — noſti?* Non eſt laudibus inflatus, ſed rogat vnde eum talem eſſe cognoſceret qualem dicebat.

Verſ. 49. *Reſpondit — videbam te.* Ille quidem tanquam hominem adhuc rogabat, ipſe vero quaſi Deus illi reſpondet: nam ſe vidiſſe dicit quod nullus vidit. Priusquam autem occurriſſet ei Philippus, fuerat ſub ficu, nullo praeſente aut ipſum vidente. Dedit itaque ſignum quod cognoſceret ac videret quae hominibus viſa non forent: ideoque et tempus dixit et locum ac arborem. Simul etiam indicauit ſe omnino audiſſe quae dixiſſet, Vtrum a Nazaret poſſet quippiam eſſe boni: et ex hoc magis intellexit ipſum eſſe Chriſtum. Cogitabat enim quod aliter non eum laudaſſet, ſed potius repuliſſet.

Caeterum et a prophetia, et a laude ipſum eſſe credidit. Prophetia vero non de futuris tantum eſt, verum etiam de praeteritis: ſicut Moſes de mundi conſtitutione: et de praeſentibus, vt quum dixit Chriſtus quae ſint in corde hominum.

Verſ. 50. *Reſpondit — Iſraël.* Vides animam prae nimia laetitia exultantem, hisque verbis ipſum amplectentem: Tu inquit, ille ipſe es qui expectabatur.

Sed

[1]) Tria haec vocabula abſunt. A.
[2]) λέγει. A.

Vers. 48. Εἶδεν — ἰσραηλίτης. Ἐπήνεσεν αὐτὸν, ὡς ἐπιγινώσκοντα, ἃ ἀναγινώσκει. τοῦτο γὰρ τοῦ ἀληθῶς ἰσραηλίτου. οἱ γὰρ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ κατ' ἐκείνους, οὐ προσέχοντες, οἷς ἀνεγίνωσκον, ψευδώνυμοι ἦσαν ἰσραηλῖται.

Vers. 48. Ἐν — ἔσι. Δόλον λέγει, τὴν ἐπικάλυψιν τῆς ἀληθείας, τὴν πονηρίαν.

Vers. 49. Λέγει — γινώσκεις; Οὐκ ἐχαυνώθη τοῖς ἐπαίνοις, ἀλλ' ἐζήτησε μαθεῖν, πόθεν αὐτὸν γινώσκει τοιοῦτον, οἷον λέγει.

Vers. 49. Ἀπεκρίθη — εἶδόν σε. Ὁ μὲν, ὡς ἄνθρωπον, αὐτὸν ἐξήταζεν ἔτι· αὐτὸς δὲ, ὡς θεὸς, αὐτῷ ἀποκρίνεται. λέγει γὰρ ἰδεῖν, ὃ οὐδεὶς ἑώρακε. πρὸ τοῦ ἐντυχεῖν γὰρ αὐτῷ τὸν Φίλιππον, ἦν ὑπὸ τὴν συκῆν, οὐδενὸς παρόντος, ἢ ὁρῶντος αὐτόν. δέδωκεν οὖν τεκμήριον ἀναντίῤῥητον τοῦ γινώσκειν αὐτὸν, καὶ ὁρᾶν τὰ τοῖς ἀνθρώποις ἀθέατα. διὸ καὶ τὸν καιρὸν εἶπε, καὶ τὸν τόπον, καὶ τὸ δένδρον, καὶ ἅμα ἐδείκνυ, ὅτι καὶ ἤκουσε πάντως, ὃ εἶπεν, ὅτι ἐκ ναζαρὲτ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι· καὶ ἐκ τούτου μᾶλλον συνῆκεν, ὅτι αὐτός ἐσιν ὁ χριστός. ἐλογίσατο γὰρ, ὅτι εἰ μὴ ἦν, οὐκ ἂν ἐπήνεσεν αὐτόν· ἀλλ' ἀπώσατο ἄν. λοιπὸν οὖν ἔκ τε τῆς προφητείας, ἔκ τε τοῦ ἐπαίνου πεπίστευκεν, ὅτι αὐτός ἐσι.

[Προφητεία [1]) δέ ἐσιν,] οὐκ ἐπὶ τῶν μελλόντων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν παρελθόντων, ὡς ἡ μωϋσέως περὶ τῆς κοσμογενείας· καὶ ἐπὶ τῶν ἐνεστώτων, ὡς ὅταν ὁ χριστὸς λέγῃ [2]) τὰ ἐν ταῖς καρδίαις τῶν ἀνθρώπων.

Vers. 50. Ἀπεκρίθη — ἰσραήλ. Ἔγνως ψυχὴν ὑπὸ περιχαρείας σκιρτῶσαν, καὶ περιπτυσσομένην αὐτὸν τοῖς ῥήμασι τούτοις· σὺ εἶ, φησὶν, αὐτὸς ἐκεῖνος, ὁ προσδοκώμενος.

Sed quare Petrus qui post tanta miracula tantamque doctrinam confessus est ipsum esse Dei filium, beatus dictus est: Nathanaël vero qui et ante miracula, et ante doctrinam hoc ipsum fecit, non est dictus beatus? Quia licet hoc ipsum loquutus est, non tamen eadem mente. Nam Petrus eum natura Dei filium esse confessus est: Nathanaël vero, Dei filium adoptione: et ille quidem proprie Deum, hic autem per gratiam, quod manifestum est ex eo quod subditur, Tu es rex Israël. Qui enim natura Dei filius est, non Israëlitarum solum, sed et omnium rex est. Neque hinc solum manifestum est, verum etiam ab his quae respondit Christus, ad perfectiorem confessionem hunc inducens ac docens, ne sibi quasi puro homini auscultaret.

Vers. 51. *Respondit — videbis.* Vt perfectius credas. Nam quum parua adhuc audisset, parum credebat.

Vers. 52. *Et dixit — hominis.* † Primum dixit Ascendentes, significans quod vsque tunc cum eo praesentes fuerant eique ministrauerant.

Siquidem tanquam super legitimum Dei filium ascendebant et descendebant angeli Dei ad eum, ministrantes illi: hoc quidem circa tempus passionis, illud autem tempore resurrectionis et assumtionis. Cui autem in modum seruorum ministrant angeli, hic non simpliciter homo est, sed et Deus ac dominus. Amen amen dico vobis fidelibus, Posthac videbitis, post ingenuam veramque fidem.

Haec

3) *ei*, pro *o*. A.
4) Inclusa in margine habent, A. B.

Ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν ὁ πέτρος μὲν, μετὰ τοσαῦτα θαύματα, καὶ τοσαύτην διδασκαλίαν, ὁμολογήσας αὐτὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, ἐμακαρίσθη· ὁ ναθαναὴλ δὲ, καὶ πρὸ τῶν θαυμάτων, καὶ πρὸ τῆς διδασκαλίας τὸ αὐτὸ ποιήσας, οὐκ ἐμακαρίσθη; διότι εἰ καὶ τὸ αὐτὸ ἐφθέγξαντο, ἀλλ' οὐ μετὰ τῆς αὐτῆς διανοίας. ὁ πέτρος μὲν γὰρ φύσει υἱὸν τοῦ θεοῦ τοῦτον ὡμολόγησεν· ὁ ναθαναὴλ δὲ, υἱὸν τοῦ θεοῦ θέσει. καὶ ὁ μὲν θεὸν κυρίως· ὁ δὲ θεὸν κατὰ χάριν. καὶ τοῦτο δῆλον, ἀπὸ τοῦ ἐπαγαγεῖν· σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τοῦ ἰσραήλ. ὁ[3] γὰρ φύσει υἱὸς τοῦ θεοῦ, οὐ μόνων τῶν ἰσραηλιτῶν, ἀλλὰ πάντων βασιλεύς ἐστιν. οὐκ ἐντεῦθεν δὲ μόνον τοῦτο δῆλον, ἀλλὰ καὶ ἀφ' ὧν ὁ χριστὸς ἀπεκρίθη, προάγων τοῦτον ἐπὶ τελειοτέραν ὁμολογίαν, καὶ διδάσκων, μὴ ὡς ἀνθρώπῳ ψιλῷ προσέχειν αὐτῷ.

Vers. 51. Ἀπεκρίθη — ὄψει. Ἵνα καὶ μεῖζον πιστεύσῃς. ἔτι γὰρ μικρὰ ἀκούσας, μικρὰ ἐπίστευσε.

Vers. 52. Καὶ λέγει — ἀνθρώπου. [Ἀναβαίνοντας[4]) εἶπε πρῶτον, δηλῶν τοὺς ἄχρι τούτου[5]) συμπαρόντας καὶ διακονοῦντας αὐτῷ.]

Ὡς γὰρ ἐπὶ γνήσιον υἱὸν τοῦ θεοῦ, ἀνέβαινον καὶ κατέβαινον οἱ ἄγγελοι τῷ θεῷ ἐπ' αὐτὸν, διακονοῦντες· τοῦτο μὲν, παρὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους, τοῦτο δὲ, παρὰ τὸν τῆς ἀναστάσεως· τοῦτο δὲ, παρὰ τὸν τῆς ἀναλήψεως. ᾧ δὲ ἄγγελοι διακονοῦσι δῆλον πρέπως, οὗτος οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ[6]) θεὸς καὶ δεσπότης αὐτῶν. ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, τοῖς πιστοῖς, ἀπάρτι ὄψεσθε, μετὰ τὸ πιστεῦσαι γνησίως. ταῦτα δέ εἰσι

5) ἄχρι τότε. A.
6) καὶ, abeſt A.

Haec autem sunt maiora illa de quibus dixerat, Maiora his videbis.

Visionem vero intellige etiam cognitionem. Haec enim omnes discipuli cognouerunt: hi quidem videntes, illi autem ab his qui viderant audientes.

Quod ergo in aliis, hoc etiam nunc facit. Siquidem duo vaticinia protulit: vnum certum dicens, Priusquam te Philippus vocaret, quum esses sub ficu, videbam te: aliud vero ambiguum, puta quod visuri essent coelos apertos et caetera, et a certo confirmat ambiguum. Ideo etiam Nathanaël tacuit, Christus vero subsitit ac siluit, expectans verbum eius, sinens vt dicta apud se reuolueret. Vbi enim semen in terram bonam seminasset, reliquit: vt per otium postmodum nasceretur.

Cap. I. De nuptiis in Cana.

Cap. II. v. 1. *Et — Galilaeae.*

Tertio post Christi a deserto descensum.

Vers. 1. *Et — ibi.* Vocata tanquam familiaris ab his qui nuptias celebrabant.

Vers. 2. *Vocatus — nuptias.* Et ipsi quasi familiares. Accessit autem Saluator non habito respectu ad suam dignitatem, sed ad hominum vtilitatem. Siquidem qui nuptias condiderat, venit vt eas honoraret, suaque praesentia sanctificaret: et quum serui formam assumsisset, non dedignatur seruorum interesse nuptiis, licet qui eum vocauerant, non haberent congruentem de eo opinionem.

[1] τὸ, pro τὴν. A.

τὰ μείζω, περὶ ὧν εἶπεν, ὅτι μείζω τούτων ὄψει.

Ὄψιν δὲ νόησον, καὶ τὴν γνῶσιν. ἔγνωσαν γὰρ ταῦτα πάντες οἱ μαθηταί, οἱ μὲν ἰδόντες, οἱ δὲ ἀκούσαντες παρὰ τῶν ἰδόντων.

Ὅπερ δὲ ἐν ἄλλοις, τοῦτο καὶ νῦν ποιεῖ. δύο γὰρ εἰπὼν προρρήσεις, τὴν μὲν ὁμολογεμένην· ὅτι πρὸ τῆ σὲ Φίλιππον Φωνῆσαι, ὄντα ὑπὸ τὴν συκῆν, εἶδόν σε· τὴν δὲ ἀμφίβολον· ὅτι ὄψονται τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα καὶ τὰ ἑξῆς· ἀπὸ τῆς ὁμολογουμένης βεβαιοῖ τὴν [7]) ἀμφίβολον. διὸ καὶ σεσίγηκε μὲν ὁ ναθαναὴλ, ἔσησε δὲ καὶ ὁ χριστὸς μέχρι τότε τὸν λόγον, ἀφεὶς αὐτὸν κατ' ἰδίαν ἀναλογίσασθαι τὰ λεχθέντα. καταβαλὼν γὰρ εἰς γῆν καλὴν τὸν σπόρον, κατέλιπεν ἐπὶ σχολῆς βλαστῆσαι λοιπόν.

ΚΕΦ. Α. Περὶ τοῦ ἐν κανᾷ γάμου.

Cap. II. v. 1. Καὶ — γαλιλαίας.

Τῇ τρίτῃ, μετὰ τὴν ἀπὸ τῆς ἐρήμου κάθοδον τοῦ χριστοῦ.

Vers. 1. Καὶ — ἐκεῖ. Κληθεῖσα παρὰ τῶν τελούντων τὸν γάμον, ὡς γνώριμος.

Vers. 2. Ἐκλήθη — γάμον. Καὶ αὐτοὶ, ὡς γνώριμοι. καὶ ἀπῆλθεν ὁ σωτὴρ, οὐ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ βλέπων ἀξίαν, ἀλλὰ πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων ὠφέλειαν. καὶ ὁ τὸν γάμον νομοθετήσας, ἦλθε τιμήσων τὸν γάμον, καὶ ἁγιάσων αὐτὸν τῇ παρουσίᾳ· καὶ ὁ μορφὴν δούλου λαβὼν, οὐκ ἀπηξίωσεν εἰς γάμον [8]) δούλων παραγενέσθαι, εἰ καὶ τὴν προσήκουσαν περὶ αὐτοῦ δόξαν οὐκ

[8]) δάλε. A.

nionem. Simpliciter enim tanquam notum, vnumque e pluribus illum vocauerant.

Verſ. 3. *Et — habent.* Quum carerent vino, hoc eſt, quum opus eſſet vino, ſiue quum iam vinum defeciſſet. (Nam habet Graeca litera ὑσερήσαντος οἴνου.) Neque enim ad id vſque temporis vllum fecerat miraculum. Quum ergo cognouiſſet mater quae circa ipſum erant, quodque Iohannes propter eum venerat, ac de illius diuinitate teſtimonium tulerat, et quod coelitus de eo teſtimonium acceperat, ſimul etiam videns, quod diſcipulos acceperat: intellexit quod reuelari ex eo tempore inciperet. Sumta igitur fiducia deprecata eſt eum pro deficientis vini miraculo: et his qui vocauerant gratiam volens rependere, et ſuam gloriam volens per filii potentiam demonſtrare Ideoque eam corripit, non quaſi vilipendens, ſed corrigens tanquam intempeſtiue precantem. Nam quod eam plurimum honoraret, et ex aliis multis manifeſtum eſt, et ex eo quod ipſius compleuit exhortationem. Corripuit itaque eam docens, nondum talia eſſe quaerenda, quanquam miracula verbo poſſet operari. Obediuit autem, eam tanquam matrem honorans.

Verſ. 4. *Dicit — mulier?* Quid ad nos attinet id pro quo deprecaris? quid ita nos vrget? Poteſt praeterea et alio modo intelligi. Quid mihi tecum commune eſt? ego ſiquidem vtpote Deus noui quae tempora edendis miraculis ſint congrua: tu vero illa ignoras quaſi homo. Non dixit autem mater, ſed mulier, tanquam Deus.

Verſ. 4. *Nondum — mea.* Nondum adeſt tempus meum ad edendum quod quaeris miraculum: tunc autem aderit, quum hi quibus opus eſt miraculo, cognouerint quod talia poſſim operari, et

εἶχον οἱ καλέσαντες. ὡς γὰρ ἁπλῶς γνώριμον, καὶ τῶν πολλῶν ἕνα, τοῦτον ἐκάλεσαν.

Vers. 3. Καὶ — ἔχεσιν. Ὑστερήσαντος, ἤτοι, ἐνδεήσαντος, ἐλλείψαντος. οὔπω μὲν οὖν ἕως τότε θαῦμα πεποίηκεν. ἐπεὶ δὲ μεμάθηκεν ἡ μήτηρ τὰ κατ' αὐτὸν, ὅτι τε δι' αὐτὸν ἦλθεν ὁ Ἰωάννης, καὶ ὅτι μεμαρτύρηκε περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ, καὶ ὅτι καὶ ἀνώθεν ἐμαρτυρήθη, ἅμα δὲ καὶ εἶδεν, ὅτι μαθητὰς προσελάβετο, συνῆκεν, ὅτι ἤρξατο λοιπὸν ἀποκαλύπτεσθαι. διὸ καὶ θαρρήσασα παρεκάλεσεν αὐτὸν εἰς θαυματουργίαν οἴνου ἐλλείποντος, βουλομένη καὶ τοῖς καλέσασι καταθεῖναι χάριν, καὶ ἑαυτὴν λαμπροτέραν ἀποφῆναι διὰ τῆς τοῦ υἱοῦ δυνάμεως. διὸ καὶ ἐπιτιμᾷ αὐτῇ, οὐκ ἀτιμάζων, ἀλλὰ διορθούμενος, ὡς ἀκαίρως παρακαλέσασαν. ὅτι γὰρ σφόδρα ταύτην ἐτίμα, δῆλον ἀπό τε πολλῶν ἄλλων, καὶ ἀπὸ τοῦ πληρῶσαι τὴν τοιαύτην αὐτῆς παράκλησιν· ἐπετίμησε μὲν γὰρ αὐτῇ, παιδεύων, μηκέτι τοιαῦτα ζητεῖν, ἀλλ' ἐᾶν τὰ θαύματα κατὰ λόγον γίνεσθαι· ἐπήκουσε δὲ αὐτῆς, τιμῶν, ὡς μητέρα.

Vers. 4. Λέγει — γύναι; Τί ἡμῖν ἀναγκαῖον, περὶ οὗ παρακαλεῖς; τί τὸ κατεπεῖγον ἔτως ἡμᾶς; ἔστι δὲ καὶ ἑτέρως νοῆσαι. τί κοινὸν ἐμοὶ καὶ σοί; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶδα τοὺς προσήκοντας καιροὺς τῶν θαυμάτων, ὡς θεός· σὺ δὲ ἀγνοεῖς αὐτοὺς, ὡς ἄνθρωπος. οὐκ εἶπε δὲ μῆτερ, ἀλλὰ γύναι, ὡς θεός.

Vers. 4. Οὔπω — μου. Οὔπω πάρεστιν ἡ ὥρα μου, ἣ τὸ θαυματουργῆσαι, ὃ ζητεῖς. τότε γὰρ πάρεστιν, ὅτε οἱ δεόμενοι τὸ θαύματος ἐπιγνῶσιν, ὅτι δύναμαι τοιαῦτα ποιεῖν,[9]) καὶ

[9]) ποιῆσαι. A.

et ipsi me fuerint deprecati. Nunc autem matre adhortante non solum intempestiuum esset, verum etiam suspectum, et queruloſorum facillime pateret calumniae.

Haec autem, Nondum venit hora mea: Non potuerunt eum apprehendere, quia nondum venerat hora eius: Nullus iniecit in eum manus, quia nondum venerat hora eius: Pater venit hora, aliaque similia, non offendunt, quod neceſſariis temporum horarumque obſeruationibus ſubiaceat: nam quo id pacto fieret, quum horum effector ſit? ſed haec de contingentibus opportunitatibus dicta ſunt: demonſtrantia, quod omnia ratione ac ordine fieri oporteat. Quum ergo dixiſſet, Nondum venit hora mea, miraculum tamen operatus eſt: et matrem vt dictum eſt honorans, et oſtendens, quod temporibus non ſeruiat aut ſubiaceat, ſed eis dominetur.

Verſ. 5. *Dicit — facite.* Quum verbi ſcopum ac rationem intelligeret: quodque non impotentiae excuſatio erat, ſed ne videretur ſeſe miraculis ingerere, et ſpectaculo exponere, matris autem exhortationem non deſpiceret: menſae miniſtros admonet vt ſibi adſint, et ipſi quoque alio modo cum ea deprecentur.

Verſ. 6. *Erant — ternas.* Hydriae vaſa ſunt aquae. Metretae vero menſurae. Erant autem poſitae ſecundum purificationem Iudaeorum: id eſt paratae ad eorum purificationem, vt ſi qui forte immundi reddereñtur, non longe eundum eſſet ad fontes.

†† Sancti

*) Malim, παραλαλέσωσι.

αὐτοί με[1]) παρακαλέσωσι. νῦν δὲ ἡ τῆς μητρὸς παράκλησις, ἐ μόνον ἄκαιρος, ἀλλὰ καὶ ὕποπτος, καὶ τοῖς μεμψιμοίροις εὐεπηρέαστος.

Τὸ δὲ, ἔπω ἥκει ἡ ὥρα μου,[2]) καὶ τὸ, οὐκ[k]) ἠδύναντο αὐτὸν πιάσαι, ὅτι οὔπω ἦκει ἡ ὥρα αὐτοῦ, καὶ τὸ, ἔδεις[l]) ἐπέβαλεν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας, ὅτι οὔπω ἐληλύθει ἡ ὥρα αὐτοῦ, καὶ τὸ, πάτερ, ἐλήλυθεν[m]) ἡ ὥρα, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐ δηλοῦσιν, ὅτι καιρῶν ἀνάγκαις καὶ ὡρῶν παρατηρήσεσιν ὑπέκειτο. πῶς γάρ; ὁ τούτων ποιητής; ἀλλὰ ταῦτα, περὶ τῶν προσηκόντων καιρῶν εἰρηται, ἐμφαίνοντα, ὅτι πάντα ἔδει κατὰ λόγον καὶ τάξιν γίνεσθαι. εἰπὼν οὖν, ὅτι ἔπω ἥκει ἡ ὥρα[3]) μου, ἐποίησε τὸ θαῦμα, τιμῶν τε, ὡς εἰρηται τὴν μητέρα, καὶ δεικνύων, ὅτι ἐ δελεύει καιροῖς, ἀλλὰ κυριεύει τούτων.

k) Io. 8, 20.
l) Io. 7, 30.
m) Io. 17, 1.

Vers. 5. Λέγει — ποιήσατε. Συνεῖσα τὸν τοῦ λόγου σκοπὸν,[4]) καὶ ὅτι οὐκ ἀδυναμίας ἡ παραίτησίς ἐστιν, ἀλλ' ἵνα μὴ δοκῇ τοῖς θαύμασιν ἐπιπηδᾶν, καὶ θεατρίζειν ἑαυτὸν, καὶ ὅτι οὐ παρόψεται τὴν ταύτης παράκλησιν, τοὺς διακόνους τῆς τραπέζης εὐτρεπεῖς αὐτῷ παρισᾷ, τρόπον ἕτερον καὶ αὐτοὺς συμπαρακαλοῦντας.

Vers. 6. Ἦσαν — τρεῖς. Ὑδρίαι μὲν, τὰ σκεύη τοῦ ὕδατος· μετρηταὶ δὲ, τὰ μέτρα. ἔκειντο δὲ πρὸς τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων, ὑπηρετοῦσαι τούτοις εἰς τὸν καθαρισμὸν, ἵνα εἴ ποτε ἀκάθαρτοι γένοιντο, μὴ πόρρω βαδίζοιεν εἰς πηγὰς καὶ κρήνας.

[2]) Hi tres loci repetiti sunt ex Chrysost. Tom. VIII. p. 126 A. Ergo varietas non vrgenda.
[3]) μου, abest. A.
[4]) καὶ, omittit. A.

† † Sancti Maximi. Sex hydrias intellige mihi, sex modos illos eleemosynae, alere esurientes, potum dare sitientibus, domum ducere hospites, vestire nudos, visere aegrotos, venire ad eos, qui sunt in carceribus. Has hydrias ergo, vacuas suis operibus, quod refrixerat amor, a quo, tanquam a fonte implebantur, sermo diuinus praeceptorum euangelicorum in aduentu suo primo repleuit aqua, id est, beneficentia corporaliter operante, sed mutauit eam in eam quae fit spiritualiter, tanquam in vinum, calefacientem quidem animum, suauiter autem afficientem intellectum, atque ita curatos ex priori transferentem habitu et conditione. Quaelibet vero hydria capit duas aut tres metretas. Duas quidem, propter duplicem, vt dictum est, singulorum modorum beneficentiam, quae non corporaliter tantum, sed et spiritualiter accipitur. Tres vero, quia interdum secundum sanctae Trinitatis Theologiam beneficentia exhibetur. Hauriunt autem dictam aquam bonae cogitationes, quae rationi seruiunt. Quod vinum vt gustauit Architriclinus, id est, discernens cogitatio, dicit, oportebat bonum hoc vinum primo bibi. Corporali enim curae anteferenda spiritualis. Sponsus vero hic, intellectus humanus, qui vt sponsam sibi iungit virtutem, quacum viuat, quorum coniugium cum

5) Inclusa Codex vterque habet in margine. Codex A. omittit etiam indicem, τοῦ ἁγίου Μαξίμου. Hentenius his caret.

6) Dubiae sunt in his aenigmatibus coniecturae. Possit tamen aliquis coniicere, tollendas esse voces, τῶν εὐαγγελικῶν ἐντολῶν, vt ita, sicut in fine scholii, de Christo accipiatur. Sed in scholio proximo in fine rursus est similiter, τοῦ θείου λόγου τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος.

[(Τοῦ ἁγίου[5]) Μαξίμου.) Ἓξ ὑδρίας νόει μοι, τοὺς ἓξ τρόπους τῆς ἐλεημοσύνης, τὸν τὸ τρέφειν τὸς πεινῶντας, τὸν τὸ ποτίζειν τὸς διψῶντας, τὸν τὸ συνάγειν τὸς ξένους, τὸν τὸ περιβάλλειν τὸς γυμνὸς, τὸν τὸ ἐπισκέπτεσθαι τὸς ἀσθενοῦντας, τὸν τὸ ἔρχεσθαι πρὸς τὸς ἐν φυλακῇ. ταύτας οὖν τὰς ὑδρίας, κενὰς ὔσας τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν, διὰ τὸ ψυγῆναι τὴν ἀγάπην, ἀφ' ἧς, ὡς ἀπὸ πηγῆς, ἐπληρῶντο, παραγενόμενος ὁ θεῖος λόγος[6]) τῶν εὐαγγελικῶν ἐντολῶν, πρῶτον μὲν ἐπλήρωσεν ὕδατος, λέγω δὴ, τῆς[7]) σωματικῆς ἐνεργουμένης εὐποιΐας, εἶτα μετέβαλε ταύτην εἰς τὴν πνευματικῶς ἐπιτελουμένην, ὡς εἰς οἶνον, θερμαίνουσαν μὲν τὴν ψυχὴν, εὐφραίνουσαν δὲ τὸν νοῦν, ἐξισῶσαν δὲ τὸς οὕτω θεραπευομένους τῆς προτέρας διαθέσεως. ἑκάστη δὲ ὑδρία, χωρητικὴ ἐστι δύο ἢ τριῶν μετρητῶν. δύο μὲν, διὰ τὸ διπλοῦν, ὡς εἴρηται, τῆς καθ' ἕκαστον τρόπον εὐποιΐας, ἤ μόνον[8]) σωματικῆς, ἀλλὰ καὶ πνευματικῆς λαμβανομένης· τριῶν δὲ, διὰ τὸ κατὰ τὴν τῆς ἁγίας τριάδος θεολογίαν ἔστιν ὅτε τὴν εὐεργεσίαν ἐπιτελεῖσθαι. ἀντλοῦσι δὲ τὸ δηλωθὲν ὕδωρ οἱ ἀγαθοὶ λογισμοὶ, τῷ λόγῳ διακονοῦντες. τούτου δὲ τοῦ οἴνου γευσάμενος ὁ ἀρχιτρίκλινος, ἤγουν, ὁ διακριτικὸς λογισμὸς, φησὶν, ὅτι ἔδει τὸν καλὸν τοῦτον οἶνον πρῶτον ποθῆναι. τῆς γὰρ σωματικῆς ἐπιμελείας προτιμοτέρα ἡ[9]) ψυχή. νυμφίος δὲ ἐνταῦθα, ὁ ἀνθρώπινος νοῦς, ὡς νύμφην ἁρμοζόμενος ἑαυτῷ τὴν ἀρετὴν πρὸς συμβίωσιν, ὧν τὴν συζυγίαν τιμῶν

ὁ θεὸς

7) Malim, σωματικῶς.

8) Etiam hic praeferendum videtur σωματικῶς et πνευματικῶς.

9) Forte, ἡ ψυχική.

eum in honore habeat deus et logos, venit et arctius copulat eorum coniunctionem.

† † Licet vero aliter etiam tractare allegoriam de sex hydriis. Sint fortasse enim istae hydriae, effectrix officiorum facultas naturae humanae, quam vacuam et inefficacem iacentem, impleuit diuinum verbum, primo quidem cognitione curae corporalis, deinde spiritualis: aut primo cognitione facti, deinde theoriae: aut etiam primo cognitione ea, quae est secundum naturam, deinde ea, quae est supra naturam. Duarum metitarum autem altera quidem, scientia sensibilium, altera vero intelligibilium et tertia, illuminatio de incomprehensibili natura diuina. Numerum senarium autem accepimus de effectrici officiorum facultate naturae, vel, quia sex diebus deus fecit mundum: mundus vero etiam homo: vel, quia quinque mentis facultatibus mentem ipsam quoque adnumeramus, vt quinque sensibus corporis ipsum etiam corpus. Quemadmodum vero pura et vera virgo Maria mater extitit dei logi: ita etiam pura et vera fides mater fit diuini verbi, praedicationis euangelicae.

Vers. 7. *Dicit — summum.* Mensae ministros, facit etiam ministros miraculi, vt ipsi testes rei essent. Non iussit autem, vt vasa vinaria implerentur, sed aqualia siue hydriae, ne qui suspicarentur, quod relictis fecibus mixtio aquae facta esset.

Quare autem non ipsemet solo verbo etiam hydrias impleuit, sed ministris hoc imperauit? Ne phantasma esse videretur: sed si quis miracu-

lum

*) Idem, quod *συσφίγγων*.

ὁ θεὸς καὶ λόγος, παραγίνεται διασφίγγων[2]) αὐτῶν τὴν ἕνωσιν.]

[Ἔστι[2]) δὲ καὶ ἑτέρως ἐπιβαλεῖν τῇ θεωρίᾳ τῶν ἓξ ὑδρίων. εἶεν γὰρ ἂν αὗται, ἡ ποιητικὴ τῶν καθηκόντων δύναμις τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ἣν, κενὴν καὶ ἀνενέργητον κειμένην, ἐπλήρωσεν ὁ θεῖος λόγος, πρῶτον μὲν τῆς κατὰ σωματικὴν ἐπιμέλειαν γνώσεως, εἶτα τῆς κατὰ ψυχικήν· ἢ πρῶτον μὲν τῆς κατὰ πρᾶξιν, εἶτα τῆς κατὰ θεωρίαν· ἢ καὶ πρῶτον μὲν τῆς κατὰ φύσιν, εἶτα τῆς ὑπὲρ φύσιν· τῶν δὲ δύο μετρητῶν, εἷς μὲν, ἡ τῶν αἰσθητῶν γνῶσις, ἕτερος δὲ, ἡ τῶν νοητῶν, καὶ τρίτος, ἡ περὶ τῆς ἀκαταλήπτου θεότητος ἔλλαμψις. εἰς δὲ τὸν ἓξ ἀριθμὸν ἐλάβομεν τὴν ποιητικὴν τῶν καθηκόντων δύναμιν τῆς φύσεως, ἢ ὅτι ἐν ἓξ ἡμέραις ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον· κόσμος δὲ καὶ ὁ ἄνθρωπος· ἢ ὅτι ταῖς πέντε ψυχικαῖς δυνάμεσι συναριθμῶμεν καὶ αὐτὴν τὴν ψυχήν, ὡς ταῖς πέντε τῶ σώματος αἰσθήσεσι καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα. ὥσπερ δὲ ἡ καθαρὰ καὶ ἀληθὴς παρθένος μαρία, μήτηρ ἐγένετο τῶ θεῶ λόγου· ἔτως ἡ καθαρὰ καὶ ἀληθὴς πίστις, μήτηρ γίνεται τῶ θείου λόγου, τῶ εὐαγγελικῶ κηρύγματος.]

Vers. 7. Λέγει — ἄνω. Τοὺς διακόνους τῆς τραπέζης, ποιεῖται διακόνους τῶ θαύματος, ἵνα αὐτοὶ μάρτυρες ὦσι τῶ πράγματος. ὁ προσέταξε δὲ γεμίσαι τὰ ἀγγεῖα τῶ οἴνου, ἀλλὰ τὰ δοχεῖα τῶ ὕδατος, ἵνα μή τινες ὑποπτεύσωσιν, ὅτι τρυγὸς ἐναποκειμένης, κρᾶσις τῶ ὕδατος γέγονε.

Καὶ διατί ἐκ αὐτὸς λόγῳ μόνῳ τὰς ὑδρίας ἐπλήρωσεν, ἀλλὰ τοῖς διακόνοις ἐπέταξεν; ἵνα μὴ δόξῃ φαντάζειν, ἀλλ' ἵνα οἱ ἀντλήσαντες τὸ ὕδωρ,

[2]) Etiam haec in vtriusque Codicis margine reperiuntur.

lum calumniaretur, vt qui aquam hauſerant, ſilentium illis imponerent.

Verſ. 8. *Et ait* — v. 10. *modo.* Architriclinum dicit conuiuii praefectum, qui conuiuium procurat. Triclinia enim vocabantur aulae conuiuiorum. Non ergo ſimpliciter aquam conuertit in vinum, ſed in bonum vinum, ſicut architriclinus ipſe teſtatus eſt. Nam huiusmodi admiranda Chriſti opera longe erant naturalibus praeſtantiora. Quod igitur aqua verſa ſit in vinum, miniſtri teſtes fuerunt: quod autem in bonum etiam vinum, architriclinus ac ſponſus: vt deinceps miraculum latere non poſſet, quod teſtimoniis adeo manifeſtis probaretur.

Veriſimile eſt autem et ſponſum dixiſſe, Quidnam eſt hoc? veruntamen id praetermiſit euangeliſta vtpote non neceſſarium.

Vtinam autem et ego qui frigidus ſum, laxus et effuſus, nihil in hoc ab aqua differens, in calorem conuerterer ſpiritualem, virtutis conſtrictionem, ac morum firmitatem, vt et alios laetificare poſſem.

Verſ. 11. *Hoc — Galilaeae.* Non ſolum ſcripto prodidit miraculum, ſed etiam docuit principium hoc fuiſſe ſignorum. Nam quia id ſcitu dignum erat, et ab aliis praeteritum, ſcripſit illud, vtpote ad hoc vtile, ne fides adhibeatur his quae dicuntur pueri Chriſti miracula: hoc enim fuit initium ſignorum: illa vero ſunt opus viri qui a veritate aberrauit. Nam ſi puer mirabilia operatus fuiſſet, id ſtatim omnibus innotuiſſet, neque Iſraë-

[3]) Aliter de his videtur ſenſiſſe Origenes, contra quem, vt arbitror, diſputat Chryſoſt. Tom. VIII. p. 121.

ὕδωρ, ἐπισομίζοιεν τὲς τὸ θαῦμα συκοφαντοῦντας.

Vers. 8. Καὶ λέγει — v. 10. ἄρτι. Ἀρχιτρίκλινον ὀνομάζει, τὸν συμποσίαρχον, τὸν ἐπιμελητὴν τῦ συμποσίου. τρίκλινοι γὰρ ἐκαλῦντο, οἱ οἶκοι τῶν συμποσίων. οὐχ ἁπλᾶς δὲ οἶνον ἐποίησε τὸ ὕδωρ, ἀλλὰ καλὸν οἶνον, ὡς ὁ ἀρχιτρίκλινος ἐμαρτύρησε. τοιαῦτα γὰρ τῦ χρισοῦ τὰ θαύματα, πολλῷ τῶν φυσικῶν ὡραιότερα. τῦ μὲν οὖν τὸ ὕδωρ οἶνον γενέσθαι, τὲς διακόνους εἶχε μάρτυρας· τῦ δὲ καὶ καλὸν οἶνον, τὸν ἀρχιτρίκλινον καὶ τὸν νυμφίον. καὶ λοιπὸν οὐκ ἔμελλε τὸ θαῦμα λαθεῖν, οὕτως ἀναγκαίας ἔχον τὰς μαρτυρίας.

Εἰκὸς δὲ, καὶ τὸν νυμφίον εἰπεῖν τι πρὸς ταῦτα· πλὴν παρῆκε τῦτο τὸ μέρος ὁ εὐαγγελισὴς, ὡς οὐκ ἀναγκαῖον.

Γένοιτο δὲ κἀμὲ, τὸν ψυχρὸν καὶ χαῦνον καὶ διαῤῥέοντα, καὶ κατὰ τῦτο μηδὲν ὕδατος διαφέροντα, μεταβληθῆναι πρὸς θέρμην πνευματικὴν καὶ σύψιν ἐναρέτου καὶ πῆξιν ἠθῶν, ὥστε καὶ ἑτέρους εὐφραίνειν δύνασθαι.

Vers. 11. Ταύτην — γαλιλαίας. Οὐ μόνον ἀνέγραψε τὸ θαῦμα, ἀλλὰ καὶ ἐδίδαξεν, ὅτι τῦτο ἦν ἀρχὴ τῶν σημείων. ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἄχρηστον ἦν, εἰδέναι καὶ τῦτο, λοιπὸν, ὡς παρασιωπηθὲν τοῖς ἄλλοις, ἐχρήσεν αὐτὸ, χρησιμεῦον εἰς τὸ μὴ πιστεύειν τοῖς λεγομένοις [3]) παιδικοῖς θαύμασι τῦ χριστῦ. τῦτο γὰρ ἀρχὴ τῶν σημείων· ἐκεῖνα δὲ, πλάσμα ἐστὶν ἀνδρὸς λυμαινομένου τῇ ἀληθείᾳ. εἰ γὰρ παῖς ὢν ἐθαυματούργει, πᾶσιν ἂν ἐγένετο γνώριμος αὐτίκα· παράδοξότερα

p. 121. D. seqq. Origenis ad hunc locum commentarius intercidit.

Israëlitis fuisset opus Iohanne, vt eum manifestaret. Siquidem Iohannes ipse dixit, Vt manifestaretur Israëli, propter hoc veni ego in aqua baptizans. Merito ergo expectauit decentem viros aetatem, ne phantasmata esse putarent ea quae fierent. Nam si plurimi id suspicabantur quum in legitima ac perfecta aetate mirabilia operaretur, multo magis in imperfecta, et priusquam tempus conueniens aduenisset, quum inuidia tabescerent, in Saluatorem insurrexissent: et ita non solum increduli fuissent dispensationi incarnationis, sed etiam euangelium impedissent.

Quaere etiam tertio iuxta Matthaeum capite, quam ob causam post trigesimum annum venerit Christus ad baptisma, vbi dicitur, In diebus illis venit Iohannes Baptista praedicans in deserto Iudaeae, et causas inuenies aptissimas ac rationi maxime consonas.

Vers. 11. *Et — suam.* Potentiam et virtutem suam, magnitudinem diuinitatis suae.

Verum quomodo aut quo pacto hoc fuit, quum pauci ad id, quod factum erat, aduertissent, soli videlicet ministri et architriclinus ac sponsus cum discipulis eius? Quod in se erat, manifestauit eam per huiusmodi miraculum: quanquam enim pauci tunc aduertebant: postea tamen diuulgatum est miraculum, multosque attraxit. Quod autem die illo nullus aliorum crediderit, ex sequentibus manifestum est. Nam subiunxit:

Vers. 11. *Et — eius.* Qui etiam antea ipsum admirabantur. Vides quod tunc oporteat fieri

4) καὶ, abest. A.
5) τίνα τρόπον. A. Intellige, ἐφανέρωσεν αὐτήν;
6) Aut ex superioribus repetendum προσέσχον, aut aliud verbum supplendum, veluti ἐγίνωσκον.

τερα γὰρ τὰ παρὰ μειρακίου θαυματουργέμενα· καὶ οὐκ ἂν ἐδεήθησαν οἱ ἰσραηλῖται τοῦ ἰωάννου φανερώσαντος αὐτόν. εἴρηκε γὰρ αὐτὸς ὁ ἰωάννης, ὅτι ἵνα n) φανερωθῇ τῷ ἰσραὴλ, διὰ τοῦτο ἦλθον ἐγὼ ἐν τῷ ὕδατι βαπτίζων. εἰκότως οὖν ἀνέμεινε τὴν ἀνδράσι πρέπουσαν ἡλικίαν, ἵνα μὴ νομίσωσι φαντασίαν εἶναι τὰ γινόμενα. εἰ γὰρ ἐν τελείᾳ ἡλικίᾳ θαυματουργοῦντος, πολλοὶ τοῦτο ὑπώπτευον, πολλῷ μᾶλλον ἐν ἀτελεῖ. καὶ θᾶττον δὲ, καὶ 4) πρὸ τοῦ προσήκοντος καιροῦ, ὥρμησαν ἂν ἐπὶ τὸν σαυρὸν, τῇ βασκανίᾳ τηκόμενοι, καὶ λοιπὸν ἔμελλεν οὐ μόνον ἀπιστηθῆναι ἡ οἰκονομία τῆς ἐνανθρωπήσεως, ἀλλὰ καὶ ἐμποδισθῆναι τὸ εὐαγγέλιον. n) Io. 1, 31.

Ζήτησον δὲ καὶ ἐν τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ τὸ κατὰ ματθαῖον, διατί μετὰ τριακοστὸν ἔτος ὁ χριστὸς ἦλθεν ἐπὶ τὸ βάπτισμα, ἔνθα κεῖται τὸ, ἐν o) δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις παραγίνεται ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς, κηρύσσων ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς ἰουδαίας, καὶ εὑρήσεις αἰτίας εὐλογωτάτας. o) Matth. 3, 1.

Vers. 11. Καὶ — αὐτοῦ. Τὴν δύναμιν αὐτοῦ, τὸ μεγαλεῖον τῆς θεότητος αὐτοῦ.

Πῶς, καὶ τίνι 5) τρόπῳ; ὀλίγοι γὰρ προσέσχον τῷ γεγεννημένῳ. μόνοι γὰρ οἱ ὑπηρέται καὶ ὁ ἀρχιτρίκλινος καὶ ὁ νυμφίος καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. 6) τό γε εἰς αὐτὸν ἦκον, ἐφανέρωσεν αὐτὴν, διὰ τοῦ τοιούτου θαύματος. εἰ γὰρ καὶ μὴ τότε πολλοὶ προσέσχον, ἀλλ' ὕστερον διεδόθη τὸ θαῦμα, καὶ πολλοὺς εἵλκυσεν. ὅτι δὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ οὐδεὶς τῶν ἄλλων ἐπίστευσε, δῆλον ἀπὸ τῶν ἑξῆς, ἐπήγαγε γάρ.

Vers. 11. Καὶ — αὐτοῦ. Οἱ καὶ πρὸ τούτου θαυμάζοντες αὐτόν. ὁρᾷς, ὅτι τότε χρὴ γίνε-

fieri signa, quum futurum est, vt spectatores beneuoli sint et animum aduertant.

Vers. 12. *Posthaec — diebus.* Descendit Capernaum, vt quiescere faceret ibi matrem. Fratres sui autem, lege, non natura, filii videlicet Ioseph qui lege et non natura pater illius erat.

Cap. II. De eiectis e templo.

Vers. 13. *Et prope* — v. 15. *subuertit.* Similia quoque scripsit Matthaeus in fine quadragesimi quinti capitis: et illorum lege enarrationem, plurimum ad haec conferentem.

Κερματισταὶ autem proprie dicuntur permutatores, quos Matthaeus κολλυβιστὰς nominauit, hoc est nummularios. Et sicut κόλλυβος obolus est, qui pro permutatione monetae datur, id est (vt vulgo dicitur) cambium: sic et κέρμα congeries est obolorum, aut minutorum nummorum quibus fit permutatio. Praeterea φραγέλλιον genus est flagelli: erat autem contextum: nam et eorum qui eiecti sunt, conuersatio contexta erat absurdis verbis ac operibus: et rursum eiicientis conuersatio contexta erat ex supernaturalibus verbis ac operibus, siue rebus diuinis et humanis. Opus itaque operatus est multa plenum autoritate. Nam quia sabbatho curaturus erat, multaque similia facturus, quae Iudaeis legis transgressio videbantur: ne haec tanquam Deo contrarius facere videretur, hinc primum huiusmodi aufert suspicionem. Qui enim tantum zelum erga domum dei demonstrauit, tantaque vehementia ac indignatione propter hanc vsus est, vt nulli omnino parceret,

7) τὰ παραπλήσια. A. vt alibi.
8) Φραγγέλιον. A.

γίνεσθαι τὰ σημεῖα, ὅταν οἱ ὁρῶντες εὐγνωμονεῖν καὶ προσέχειν μέλλοιεν.

Vers. 12. Μετὰ τοῦτο — ἡμέρας. Κατέβη εἰς καπερναούμ, ἵνα διαναπαύσῃ τὴν μητέρα. ἀδελφοὶ δὲ αὐτοῦ, νόμῳ, καὶ οὐ φύσει, οἱ υἱοὶ ἰωσήφ, τῷ νόμῳ, καὶ ἐ φύσει πατρὸς αὐτῷ.

Κεφ. Β. Περὶ τῶν ἐκβληθέντων ἐκ τοῦ ἱεροῦ.

Vers. 13. Καὶ ἐγγὺς — v. 15. ἀνέτρεψε. Παραπλήσια[7]) καὶ ὁ ματθαῖος ἱστόρησεν ἐν τῷ τέλει τῷ τεσσαρακοστῷ πέμπτου κεφαλαίου αὐτῷ, καὶ ἀνάγνωθι τὴν ἐκείνων ἐξήγησιν, μεγάλα καὶ πρὸς ταῦτα συμβαλλομένην.

Κερματισταὶ δὲ, οἱ καταλλάκται, ὃς ὁ ματθαῖος[p]) κολλυβιστὰς ὠνόμασεν. ὥσπερ δὲ κόλλυβος, ὁ ὀβολὸς, οὕτω καὶ κέρμα, ἡ σωρεία τῶν τε ὀβολῶν καὶ τῶν καταλλασσομένων λεπτῶν. φραγέλλιον[8]) δέ ἐστιν, εἶδος μάστιγος. πλεκτὸν δὲ ἦν, ὅτι καὶ ἡ πολιτεία τῶν ἀπελαυνομένων πεπλεγμένη ἦν ἐξ ἀτόπων λόγων καὶ πράξεων, καὶ ἡ πολιτεία τῷ ἀπελαύνοντος πεπλεγμένη πάλιν, ἐξ ὑπερφυῶν λόγων καὶ πράξεων, καὶ ἐκ θείων καὶ ἀνθρωπίνων. πρᾶγμα οὖν ἐποίησε πολλῆς αὐθεντίας γέμον. ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλεν ἐν σαββάτῳ θεραπεύειν, καὶ πολλὰ τοιαῦτα ποιεῖν, ἅπερ ἐδόκει τοῖς ἰουδαίοις νόμων παράβασις, ἵνα μὴ δοκῇ ταῦτα πράττειν, ὡς ἀντίθεος, ἐντεῦθεν προαναιρεῖ τὴν τοιαύτην ὑπόληψιν. ὁ γὰρ τοσοῦτον ζῆλον ἐπιδειξάμενος ὑπὲρ τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ, καὶ τοσαύτῃ σφοδρότητι καὶ ἀγανακτήσει διὰ τοῦτον[9]) χρησάμενος, καὶ μηδενὸς ὅλως φεισάμενος,

p) Matt. 21, 12.

9) τοῦτο. A.

ceret, sed se ipsum in periculum coniiceret, et tum caupones illos, tum Iudaeos id ipsis permittentes in se exacuit, omnia sustinere paratus pro honore templi, nequaquam posset templi domino esse contrarius.

Vers. 16. *Et — negotiationis.* †† Domum negotiationis faciunt domum dei, et columbas in ea vendunt etiam ii, qui sacerdotia et munera ecclesiastica venalia exponunt (ac quouis pretio, immo vero interdum etiam addita re nullius pretii, veluti ancilla aut scorto, extrudunt.) Columbae enim similitudinem habet gratia spiritus sancti, qui forma columbae apparuit. Iidem sunt etiam caupones rerum diuinarum, cauponantes ea, quae dei sunt, turpis lucri caussa. Ista autem, Auferte ista hinc, translationem et amissionem legalis cultus significant.

Non factis solum, sed et verbis ostendit Deo se esse non contrarium. Sed ipse quidem Deum natura patrem suum vocauit: Iudaei autem adoptione patrem ipsum nominasse putantes non sunt hoc verbo turbati. Sed neque his quae fecit exasperati sunt: siquidem arguebat illos conscientia ac confundebat, ostendens quod iusse haec et fecisset et dixisset. Domum autem negotiationis, hoc est cauponam aut tabernam.

Praedicto vero Matthaei capite dixit, Speluncam latronum. Ex quo adnotare possumus, quod zelum ac libertatem arguendi bis demonstrauerit aduersus eos qui in templo cauponabantur, et in principio euangelii et circa finem. Quae ergo in prin-

[1]) Intelligit principes Iudaeorum, qui id in templo fieri permiserant.

[2]) Haec vterque in margine habet. Apud Hentenium non reperiuntur.

μένος, ἀλλὰ καὶ εἰς κίνδυνον ἑαυτὸν καταστήσας, καὶ τὲς τε καπήλους ἐκείνους, τὲς τε παραχωροῦντας[1]) αὐτοῖς Ἰουδαίους καθ' ἑαυτοῦ παροξύνας, καὶ πάντα παθεῖν ἕτοιμος ὢν, ὑπὲρ τῆς εὐκοσμίας τῦ ἱερῦ, ἐκ ἂν ἐναντίος εἴη τῷ δεσπότῃ τῦ ἱερῦ.

Verſ. 16. Καὶ — ἐμπορίου. [Οἶκον[2]) ἐμπορίου ποιοῦσι τὸν οἶκον τῦ θεῦ, καὶ τὰς περιστερὰς ἐν αὐτῷ πωλοῦσιν, καὶ οἱ τὰς χειροτονίας[3]) πιπράσκοντες. περιστερᾶς γὰρ τύπος, ἡ χάρις τοῦ ἁγίου πνεύματος, τῦ ἐν εἴδει περιστερᾶς ὀφθέντος.[4]) οἱ δ' αὐτοὶ καὶ[5]) θεοκάπηλοι, τὰ τῦ θεῦ καπηλεύοντες δι' αἰσχροκέρδειαν. τὸ δὲ, ἄρατε ταῦτα ἐντεῦθεν, τὴν μετάστασιν καὶ ἀποβολὴν τῆς νομικῆς λατρείας ᾐνίξατο.]

Οὐ μόνον, ἀφ' ὧν ἔπραξεν, ἀλλὰ καὶ, ἀφ' ὧν εἶπε, δείκνυσιν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀντίθεος. ἀλλ' αὐτὸς μὲν, Φύσει πατέρα τὸν θεὸν ἐκάλεσεν· οἱ δὲ Ἰουδαῖοι, θέσει πατέρα τοῦτον ὀνομάσαι οἰηθέντες, οὐκ ἐταράχθησαν ἐπὶ τῷ τοιούτῳ ῥήματι, ἀλλ' οὐδ', ἐφ' οἷς ἐποίησεν, ἠγριώθησαν. ἤλεγχε γὰρ αὐτὲς τὸ συνειδὸς καὶ κατίσχυνεν, ὡς εὐλόγως ἐκείνου καὶ ποιῦντος καὶ λέγοντος. οἶκον δὲ ἐμπορίου, ἀντὶ τῦ, οἶκον καπηλείου.

Ἐν δὲ τῷ προῤῥηθέντι κεφαλαίῳ τῦ ματθαίου, σπήλαιον[q]) λῃστῶν εἶπεν, ἐν ᾧ καὶ παρεσημειωσάμεθα, ὅτι τὸν ζῆλον τοῦτον καὶ τὴν παῤῥησίαν δι' ἐπεδείξατο κατὰ τῶν ἐν τῷ ἱερῷ καπηλευόντων, ἐν ἀρχῇ τε τοῦ εὐαγγελίου, καὶ πρὸς τῷ

q) Matt. 21, 13.

F 3

[3]) Pungit epiſcopos, qui ſacerdotia habebant venalia. Pertinet ergo hoc ad antiquitates eccleſiaſticas.

[4]) πεμφθέντος. A.

[5]) Habet hoc Gregorius Nazianz. p. 106, et p. 232.

principio euangelii contigerunt, Iohannes hoc loco conscripsit: quae vero circa finem, Matthaeus.

Vers. 17. *Recordati — me.* Nam id scriptum est in libro Psalmorum. Zelum autem dicit nunc iustam indignationem. Comedit, hoc est valde amplectitur et inflammat me.

Scire autem oportet, quod homines facto flagello non verberauit, sed ipsos quidem exterruit ac expulit: oues vero ac boues verberauit et eiecit.

Vers. 18. *Responderunt — facias?* Scientes sese condemnatos, ipsum quidem reprehendere ausi non sunt, sed dixerunt ei: Quum haec facias, siue quum dominium tibi vindices, quod signum ostendis nobis tuae autoritatis?

O ingentem dementiam! quum beneuolum esse oporteat, ipsumque laudare, qui domum Dei tanta purgaret ignominia, autoritatis signum quaerunt, inuidia tabescentes, et signum carpere volentes. Nam alibi quoque dixerunt, In qua potestate haec facis?

Vers. 19. *Respondit — ipsum.* Potentiae suae autoritatis signum dat eis, puta tertii diei resurrectionem. Nam templum dicit corpus suum: ipsum enim domus est et templum non animae solum, verum etiam diuinitatis.

Soluite autem dixit, non adhortans eos ad sui interfectionem, sed quia cognouit quod facturi erant, figuratiuo sermone praedixit. Soluite ergo, siue

[6]) Corrige περιλαβεῖ. Eodem enim vtitur Euthymius ad Matth. 26, 13, 32. Nescio, cur Henetuius praesentia pro futuris dederit.

τῷ τέλει. καὶ τὰ μὲν ἐν ἀρχῇ νῦν ὁ ἰωάννης ἀνέγραψε· τὰ δὲ πρὸς τῷ τέλει, ματθαῖος.

Vers. 17. Ἐμνήθησαν — με. Γέγραπται[r]) γὰρ ἐν τῇ βίβλῳ τῶν ψαλμῶν. ζῆλον δὲ λέγει νῦν, τὴν δικαίαν ἀγανάκτησιν· καταφάγεται δὲ, ἀντὶ τοῦ, σφόδρα[6]) περιλάβῃ, καταφλέξει. r) Ps. 68, 10.

Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι ποιήσας τὸ φραγέλλιον,[7]) ἐ τὰς ἀνθρώπους ἔτυψεν, ἀλλὰ τὰ τούτους μὲν ἐφόβησε, καὶ ἀπήλασε· τὰ δὲ πρόβατα καὶ τὰς βόας ἔτυψε καὶ ἐξέβαλεν.

Vers. 18. Ἀπεκρίθησαν — ποιεῖς;. Κατεγνωσμένους ἑαυτοὺς εἰδότες, ἐπιτιμῆσαι μὲν οὐκ ἐτόλμησαν, εἶπον δὲ αὐτῷ, ἐπειδὴ ταῦτα ποιεῖς, ἤγουν, ἐπειδὴ αὐθεντεῖς, τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν τῆς αὐθεντίας;[8])

Ὦ πολλῆς ἀνοίας! δέον γὰρ εὐγνωμονῆσαι, καὶ ἐπαινέσαι αὐτὸν, ὡς ἀπαλλάξαντα τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ τοσαύτης αἰσχύνης· οἱ δὲ σημεῖον ἐπιζητοῦσι τῆς ἐξουσίας, φθόνῳ τηκόμενοι, καὶ μελετῶντες ἐπισκῆψαι τῷ γενησομένῳ σημείῳ. καὶ γὰρ καὶ ἄλλοτε ἔλεγον, ἐν[t]) ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς; s) Matt. 21, 23.

Vers. 19. Ἀπεκρίθη — αὐτόν. Σημεῖον τῆς αὐθεντίας[9]) δίδωσιν αὐτοῖς, τὴν τριήμερον ἀνάστασιν αὐτοῦ. ναὸν γὰρ, τὸ ἑαυτοῦ σῶμα λέγει. ναὸς γὰρ καὶ οἶκος τοῦτό ἐστιν, ἐ μόνον τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς θεότητος.

Λύσατε δὲ εἶπεν, ἐ προτρέπων αὐτοὺς εἰς τὸν καθ' ἑαυτοῦ φόνον, ἀλλ' ὅπερ ἐγίνωσκεν, ὅτι δράσουσιν, εἶπεν ἠθικῶς ἐν τοιούτῳ σχήματι λόγου.

7) Φραγγέλιον. A.
8) αὐθεντείας. A.
9) αὐθεντείας. A.

ſiue in terram ſubuertite, ab anima ſeparate, et coniunctionem, quae cum illa eſt, diſſoluite.

Verſ. 20. *Dixerunt* — v. 21. *ſui.* Prior quidem ſtructura viginti annis a Solomone abſoluta eſt, altera vero per quadraginta et ſex a Zorobabel. Priori namque a Babyloniis deſtructa, coepta eſt poſterior circa annum primum regis Cyri: deinde inuidia et calumnia circummorantium Samaritanorum impedita, ita quadraginta annis permanſit. Circa ſecundum vero annum Darii Hyſtaſpis miſſus Zorobabel in ſex annis ipſam perfecit: et ita annis quadraginta et ſex aedificatum eſt templum, qui numerantur ab initio aedificationis vſque ad conſummationem.

Verſ. 22. *Quando* — *eius.* Quum autem hoc diceret, haeſitabant, quidnam diceret, nec credebant. Multa quoque talia loquitur, primum quidem audientibus incerta, poſtmodum vero manifeſta, vt oſtendatur praeuidiſſe quae dicebat.

Et quare aenigma non diſſoluit dicens quod templum intelligeret corpus ſuum? Quia tunc ei fides habenda non erat. Siquidem duo tunc obſtabant: vnum quidem reſurrectionis opus, alterum vero quod Deus eſſet, qui tale templum inhabitaret.

Verſ. 23. *Quum* — *faciebat.* Crediderunt in eum, non tamen firmiſer: nam illi firmius credebant, qui non propter ſigna tantum, verum etiam propter doctrinam eius credebant: nam ſigna craſſiores attrahebant, doctrina vero ac prophetiae mente ſubtiliores. Ideo quoque conſtantiores

*) ἐπίστευσεν. A.

λύσατε δὲ, ἤτοι, καταστρέψατε εἰς γῆν, διαζεύξατε τῆς ψυχῆς, λύσατε τὸ συνδέσμου.

Vers. 20. Εἶπον — v. 21. αὐτοῦ. Ἡ προτέρα μὲν οἰκοδομὴ δι' ἐτῶν εἴκοσι κατεσκευάσθη παρὰ σολομῶντος· ἡ ὑστέρα δὲ, διὰ τεσσαράκοντα καὶ ἓξ παρὰ ζοροβάβελ. τῆς προτέρας γὰρ καθαιρεθείσης ὑπὸ βαβυλωνίων, ἤρξατο ἡ ὑστέρα, κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς βασιλείας κύρου. εἶτα φθόνῳ καὶ διαβολῇ τῶν προσοίκων σαμαρειτῶν ἐπισχεθεῖσα, διέμεινεν οὕτως ἔτη τεσσαράκοντα. κατὰ δὲ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς βασιλείας δαρείου τοῦ ὑστάσπου, ζοροβάβελ ἀποσαλεὶς ἐτελείωσεν αὐτὴν ἐν ἔτεσιν ἓξ. καὶ οὕτως ἐν ἔτεσι τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς, ἀριθμουμένοις ἀπὸ τῆς ἐναρξεως μέχρι τῆς τελειώσεως.

Vers. 22. Ὅτε — αὐτοῦ. Ὅτε δὲ τοῦτο ἔλεγεν, ἠπόρουν, τί ποτε λέγει, καὶ οὐκ ἐπίστευον. πολλὰ δὲ τοιαῦτα φθέγγεται, παραυτίκα μὲν ἄδηλα τοῖς ἀκούουσι, μετὰ τοῦτο δὲ δῆλα, ἵνα δειχθῇ προειδὼς, ἃ ἔλεγε.

Καὶ διατὶ οὐκ ἔλυσε τὸ αἴνιγμα, ὅτι ναὸν λέγει, τὸ σῶμα αὐτοῦ; διότι οὐκ ἔμελλε πιστευθῆναι. δύο γὰρ ἦσαν τὰ προσισάμενα τέως, ἓν μὲν, τὸ τῆς ἐγέρσεως· ἕτερον δὲ, τὸ θεὸν εἶναι τὸν ἐνοικοῦντα τῷ τοιούτῳ ναῷ.

Vers. 23. Ὡς — ἐποίει. Ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν, ἀλλ' οὐ βεβαίως. ἐκεῖνοι γὰρ ἀκριβέστερον [1]) ἐπίστευον, ὅσοι μὴ διὰ τὰ σημεῖα μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ ἐπίστευον. τοὺς μὲν γὰρ παχυτέρους, τὰ σημεῖα ἐφέλκετο· τοὺς δὲ λεπτοτέρους [2]) εἰς νοῦν, ἡ διδασκαλία καὶ αἱ προφητεῖαι. διὸ καὶ οὗτοι μᾶλλον ἐκείνων βε-

[2]) ὀξυτέρους, ἀκριβεστέρους.

tiores sunt hi, quibus etiam aptatur id quod dicitur: Beati qui non viderunt et crediderunt.

Vers. 24. *Ipse — eis.* Neque credebat, neque tanquam legitimis discipulis confidebat: quare?

Vers. 24. *Eo quod — omnia.* Omnem hominem siue constans esset, siue inconstans.

Vel Omnia quae in omnibus sunt.

Vers. 25. *Et — homine.* De qualicunque homine.

Vers. 25. *Ipse — homine.* In quocunque homine, vtpote cordium cognitor Deus.

Cap. III. De Nicodemo.

Cap. III. v. 1. *Erat* — v. 2. *nocte.* Timebat enim palam accedere propter Iudaeorum suspicionem, qui auersuri erant accedentes ad eum.

Vers. 2. *Et — magister.* Putabat enim quod propheta esset missus a Deo ad docendum.

Vers. 2. *Nemo — eo.* Quum prophetam eum putaret, merito arbitrabatur haec eum non propria facere potestate, sed esse a Deo precibus obtenta.

Vers. 3. *Respondit — Dei.* Existimabat Nicodemus se nosse Deum, ac de eo recte sentire. Ostendens autem Christus, quod longe a veritate aberraret, ait. Nisi quis regeneratus fuerit

[3]) Etenim pro πάντας, legit in textu πάντα. Vnde autem? Ex Codicibus N. Testamenti? Non, sed ex Chrysost. T. VIII. p. 137. C.

βαιότεροι· οἷς ἁρμόζει καὶ τὸ, μακάριοι τ) οἱ μὴ ἰδόντες, καὶ πιστεύσαντες. τ) Io. 20, 29.

Vers. 24. Αὐτὸς — αὐτοῖς. Οὐ κατεπίστευεν, οὐκ ἐθάρρει, ὡς γνησίοις μαθηταῖς. διατί;

Vers. 24. Διὰ τὸ — πάντα. Πάντα [3]) ἄνθρωπον, εἴτε βέβαιός ἐστιν, εἴτε ἀβέβαιος. [3]) Ἢ πάντα, τὰ πάντων.

Vers. 25. Καὶ — ἀνθρώπου. Περὶ τοῦ οἱουδήποτε ἀνθρώπου.

Vers. 25. Αὐτὸς — ἀνθρώπῳ. Ἐν τῷ παντὶ ἀνθρώπῳ, ὡς καρδιογνώστης θεός.

Κεφ. Γ. Περὶ νικοδήμου.

Cap. III. v. 1. Ἦν — v. 2. νυκτός.

Ἐφοβεῖτο γὰρ ἐλθεῖν φανερῶς, διὰ τὴν ὑποψίαν τῶν ἰουδαίων, ἀποσυρεφομένων τοὺς προσιόντας αὐτῷ.

Vers. 2. Καὶ — διδάσκαλος. Ὤιετο γὰρ, ὅτι προφήτης ἐστὶν, ἀπὸ θεοῦ πεμφθεὶς εἰς τὸ διδάσκειν αὐτούς.

Vers. 2. Οὐδεὶς — αὐτοῦ. Ἐπεὶ προφήτην αὐτὸν ᾤετο, ἀκολούθως ὑπελάμβανεν, ὅτι οὐκ ἐξ οἰκείας δυνάμεως ταῦτα ποιεῖ, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ θεοῦ, δεόμενος αὐτῆς.

Vers. 3. Ἀπεκρίθη — θεοῦ. Ἐνόμισεν ὁ νικόδημος γνῶναι αὐτὸν, καὶ ὀρθὰ φρονεῖν περὶ αὐτοῦ. δεικνύων δὲ ὁ χριστὸς, ὅτι πόρρω πλανᾶται τῆς ἀληθείας, φησὶν, ὅτι ἐὰν μή τις ἀναγεννηθῇ διὰ

rit per regenerationem diuini baptismatis, non poteſt ſcire ſiue cognoſcere eius dignitatem ac magnitudinem. Nunc enim ſeipſum dicit Deum, id tamen obſcure, quo inſolentiam deuitet. Diuina ſiquidem gratia, quae per ſacrum datur baptisma, et mentem roborat, et recte videre tribuit, diſſipata imbecillitate, quae obtenebrabat.

Verſ. 4. *Dicit — naſci?* Quid hoc Nicodeme? Rabbi ipſum vocas, et a Deo veniſſe dicis, nec tamen credis quae dicit? O Iudaicam craſſitudinem! Audiuit regenerationem, ſed ſpiritualem: non potuit hanc concipere, ſed carnalem intelligit, et merito dubitat, modumque ſciſcitatur.

Verſ. 5. *Reſpondit — Dei.* Modum manifeſtat dicens, quod ex aqua et ſpiritu, videlicet ſancto: non tamen clare hoc dicit, quo attentius interrogaret. Saepius enim occulte mentem excitat, vt diligentiorem ac curioſiorem reddat auditorem. Nicodemus ſiquidem impoſſibilem dicebat regenerationem: Chriſtus vero omnino poſſibilem: nec id ſolum ſed et neceſſariam: adeo vt ſine ea regnum Dei nullus poſſit intrare, hoc eſt eius dignitatem ac magnitudinem cognoſcere, aut diuinam attingere fruitionem.

Intelligitur autem verbum de his, qui poſt Chriſtum baptizatum fuerunt. Reliquum eſt igitur, vt et Apoſtoli regenerati ſint per aquam ſane a Iohanne, per ſpiritum vero, quia ad eos in ſpecie ignitarum aduenit linguarum.

Scri-

4) Ineluſa omittit. B.

διὰ τῆς παλιγγενεσίας τῦ θείου βαπτίσματος, ἃ δύναται ἰδεῖν, ἤτοι, γνῶναι τὴν ἀξίαν καὶ μεγαλειότητα αὐτῦ. Θεὸν γὰρ ἑαυτὸν λέγει νῦν· ἀσυμφανῶς δὲ, ἵνα φύγῃ τὸν κόμπον. τότε γὰρ ἡ διὰ τῦ ἱερῦ βαπτίσματος διδομένη θεία χάρις ῥωννύει τὸν νᾶν, καὶ ὁρᾶν ὀρθῶς παρέχει, τῆς ἐπισκοτέσης ἀθενείας ἀποσκεδαθείσης.

Verſ. 4. Λέγει — γεννηθῆναι; Τί τοῦτο νικόδημε; ῥαββὶ αὐτὸν καλεῖς, καὶ ἀπὸ θεῦ ἐληλυθέναι λέγεις, καὶ ἃ πιστεύεις, οἷς λέγεις; βαβαὶ τῆς ἰουδαϊκῆς παχύτητος! ἤκουσεν ἀναγέννησιν, ἀλλὰ πνευματικήν· ἃ κ ἠδυνήθη ταύτην νοῆσαι, καὶ νοεῖ σαρκικήν· καὶ εἰκότως ἀπορεῖ καὶ ζητεῖ τὸν τρόπον.

Verſ. 5. Ἀπεκρίθη — θεῦ. Σαφηνίζει μὲν τὸν τρόπον, λέγων, ὅτι ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, δηλαδὴ, τῷ ἁγίῳ· οὔπω δὲ τέλειον, ἵνα προσεκτικώτερος ὁ ἐρωτῶν γένηται. πολλάκις γὰρ τὸ ἀσαφὲς ἐγείρει τὴν διάνοιαν, καὶ περιεργότερον καὶ σπουδαῖον ἀπεργάζεται τὸν ἀκροατήν. ὁ μὲν οὖν νικόδημος, ἀδύνατον ἔλεγε τὴν ἀναγέννησιν· ὁ δὲ χριστὸς, καὶ σφόδρα δυνατὴν, καὶ ἐ τῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀναγκαίαν, ὡς μηδὲ δύνασθαί τινα χωρὶς αὐτῆς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῦ θεῦ. [τὸ[4]) δὲ εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῦ θεῦ,] ἢ τὸ γνῶναι τὴν ἀξίαν καὶ μεγαλειότητα αὐτῦ δηλοῖ νῦν, ἢ τὸ τυχεῖν τῆς ἀπολαύσεως τῆς θείας.

Ὁ λόγος δὲ, περὶ τῶν μετὰ τὸ βαπτισθῆναι τὸν χριστόν. ἔκτοτε γὰρ ἡ ἀναγέννησις ἤρξατο. λοιπὸν ἦν καὶ οἱ ἀπόστολοι ἀνεγεννήθησαν, δι' ὕδατος μὲν, παρὰ ἰωάννᾳ· διὰ πνεύματος δὲ, ὅτε ἐπεφοίτησεν αὐτοῖς ἐν εἴδει πυρίνων γλωσσῶν.

Γράφει

Scribunt autem quidam, Apoſtolorum temporibus proximi, quod Chriſtus Petrum ac virginem matrem baptizauerit: Petrus vero reliquos omnes Apoſtolos.

Verſ. 6. *Quod — eſt.* Non carnalis inquit generatio eſt, ſed ſpiritualis: nam quod ex carne natum eſt, carnalis eſt progenies: quod autem natum eſt ex ſpiritu, ſpiritualis generatio eſt. Carnalis itaque natiuitas eſt ſenſibilis, ſpiritualis vero, intellectualis: nec oportet, quod intellectuale eſt, ſenſibiliter indagare: neque humano modo opus, quod diuinum eſt, Siquidem ex quo prior generatio facta eſt inutilis, data eſt ſecunda regeneratio excelſior et honorabilior. Dei opus eſt prior: Dei opus eſt poſterior: Deus enim ſpiritus eſt.

Quum igitur audieris quod ſpiritus regenerat, ne modum quaeras. Nam ſi incomprehenſibilis eſt in vtero formatio, longe incomprehenſibilior eſt, quae in aqua fit: quod ſi de illa non ambigimus, omnipotenti Dei ſapientiae credentes, de hac multo magis credere oportet.

Sicut autem in prima hominis formatione ſubſeruiuit terrae elementum, quum vniuerſa in manu eſſent creatoris, ita et nunc ſubſeruiuit aquae elementum, quum vniuerſa ſint in voluntate ſpiritus.

Quod ſi me interroges, quare nunc aqua: e diuerſo te interrogabo, quare tunc terra? Poterat ſiquidem ſine terra fieri homo. Nam et quod ſine verbo nihil faciat Deus confiteor: et quod ſolus omnium verba exacte nouit, et dico et credendum ſuadeo.

Quod

5) Papias fortaſſe, aut Origenes, ex narratione ſanctarum vetularum.

Γράφσι δέ τινες,[5]) ἐγγίζοντες τοῖς χρόνοις τῶν ἀποστόλων, ὅτι ὁ μὲν χριστὸς ἐβάπτισε τὸν πέτρον καὶ τὴν θεοτόκον· ὁ δὲ πέτρος, πάντας τοὺς ἀποστόλους.

Vers. 6. Τὸ — ἐστιν. Οὐ σαρκικὴ ἐστιν ἡ γέννησις, φησιν, ἀλλὰ πνευματική. τὸ μὲν γὰρ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς, σαρκικόν ἐστι γέννημα· τὸ δὲ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος, πνευματικόν ἐστι γέννημα. λοιπὸν οὖν ἡ μὲν σαρκικὴ γέννησις, αἰσθητή ἐστιν· ἡ δὲ πνευματικὴ, νοητὴ, καὶ ἐχρὴ αἰσθητῶς ἐξετάζειν τὸ νοητὸν, ἐδεῖ ἀνθρωπίνως τὸ θεῖον πρᾶγμα. ἐπεὶ γὰρ ἡ πρώτη γέννησις ἠχρειώθη, δευτέρα δέδοται ἀναγέννησις, ὑψηλοτέρα τε καὶ τιμιωτέρα. θεᾶ ἔργον ἡ πρώτη· θεᾶ ἔργον καὶ ἡ δευτέρα. θεὸς γὰρ τὸ πνεῦμα.

Ὅταν οὖν ἀκούσῃς, ὅτι τὸ πνεῦμα ἀναγεννᾷ, μὴ ζήτει τὸν τρόπον. εἰ γὰρ ἀκατάληπτος ἡ ἐν τῇ μήτρᾳ διάπλασις, ἀκαταληπτοτέρα πάντως ἡ ἐν τῷ ὕδατι. καὶ εἰ περὶ ἐκείνης ἐκ ἀμφιβάλλομεν, τῇ παντοδυνάμῳ τοῦ θεοῦ σοφίᾳ πιστεύοντες, πολλῷ μᾶλλον τοῦτο χρὴ ποιεῖν περὶ ταύτης.

Ὥσπερ δὲ ἐν ἀρχῇ ὑπέκειτο στοιχεῖον, ἡ γῆ, τὸ πᾶν δὲ τοῦ διαπλάττοντος ἦν· οὕτω καὶ νῦν ὑπόκειται στοιχεῖον, τὸ ὕδωρ· τὸ πᾶν δὲ τοῦ πνεύματός ἐστιν.

Ἐὰν ἐρωτήσῃς με, διατί νῦν τὸ ὕδωρ, ἀντερωτήσω σε, διατί τότε ἡ γῆ; καὶ γὰρ ἠδύνατο καὶ δίχα γῆς ποιῆσαι τὸν ἄνθρωπον. καὶ ὅτι μὲν ὁ θεὸς οὐδὲν ποιεῖ χωρὶς λόγου, συνομολογῶ· ὅτι δὲ τοὺς λόγους πάντων μόνος οἶδεν αὐτὸς ἀκριβῶς, καὶ λέγω καὶ πείθω.[6])

Ὅπερ

[6]) Ita etiam Hentenius. Alias coniici possit πείθομαι, credo.

Quod autem in carnali generatione eſt vterus, hoc in ſpirituali eſt aqua: ſed ibi quidem ad generationem opus eſt tempore, hic autem non ita: quia carnalia in tempore perfectionem aſſumunt, ſpiritualia vero ſtatim perfecta creantur. Perfectum itaque verbum per aquae miniſterium ſoli Deo manifeſtum eſt: hoc autem a ſanctis patribus vtcunque comprehenſum eſt: quia diuina in eo ſigna adimplentur, ſepultura videlicet ac reſurrectio. In eo namque tanquam in quodam ſepulchro, capite merginiur, vetusque homo ſepelitur ac demergitur: deinde quum exilimus, nouus reſurgit et oſtenditur. Quemadmodum enim nobis facile eſt demergi et exilire: ita Deo facile eſt veterem hominem ſepelire, nouumque excitare. Hoc autem tertium fit, vt ſcias potentiam patris et filii ac ſpiritus ſancti omnia efficere.

Dubitant autem quidam. Nam ſi quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt, Chriſti certe caro ſpiritus erit. De virgine enim dicit angelus, Quod in ea natum eſt, a ſpiritu ſancto eſt. Quibus nos dicimus, quod hoc dixerit docens, quod a viro non eſſet, non quia eſſet a muliere. Dicit enim Apoſtolus, Factum ex muliere, caro videlicet de carne. Natus eſt ergo a carne virginea, ne ab humana natura eſſet alienus. Nam ſi et hoc facto quidam non credunt incarnatum, quomodo in impietatem non cecidiſſent, ſi ita factum non eſſet? In virgine ergo natus eſt a ſpiritu ſancto, ſiue ſuperna-

7) Sic dedi, pro καταδυόντων. Atque ita mox.
8) ἐκ πνεύματος. A. ἐκ τῦ πατρός. B.
9) ἐστὶν, abeſt. A.
5) Perpetua eſt confuſio in Codicibus vocabulorum γεννώμενος et γενόμενος. Ergo hic etiam γεννώμενον legendum videtur. Γενόμενον editum eſt etiam apud Chryſoſt. T. VII. p. 51. B. Sed ibi quoque

Ὅπερ δὲ ἐπὶ τῆς σαρκικῆς γεννήσεως ἡ μήτρα, τοῦτο ἐπὶ τῆς πνευματικῆς τὸ ὕδωρ. ἀλλ' ἐκεῖ μὲν τὸ γεννώμενον χρόνου δεῖται, ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, διότι τὰ μὲν σαρκικὰ, χρόνῳ προσλαμβάνει τὸ τέλειον· τὰ δὲ πνευματικὰ τέλεια ἐξ ἀρχῆς διαπλάττεται. ὁ μὲν οὖν ἀκριβὴς λόγος τῆς χρείας τοῦ ὕδατος, μόνῳ τῷ θεῷ δῆλος· ὁ δὲ καταληπτὸς τοῖς θείοις πατράσιν, οὗτος· ὅτι θεία τελεῖται ἐν αὐτῷ σύμβολα, ταφὴ καὶ ἀνάστασις. καθάπερ γὰρ ἔν τινι τάφῳ καταδυόντων [7]) ἡμῶν τὰς κεφαλὰς ἐν αὐτῷ, ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος θάπτεται καὶ καταποντίζεται· ἔπειτα ἀνανεύοντων ἡμῶν, ὁ καινὸς ἀνίσταται καὶ ἀναδείκνυται. ὥσπερ γὰρ εὔκολον ἡμῖν καταδῦναι καὶ ἀνανεῦσαι· ἕτως εὐχερὲς τῷ θεῷ θάψαι τὸν παλαιὸν, καὶ ἀναστῆσαι τὸν νέον. τρίτον δὲ τοῦτο γίνεται, ἵνα μάθῃς, ὅτι δύναμις πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος τὰ πάντα ποιεῖ.

Ἀποροῦσι δέ τινες, ὅτι εἰ τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ [8]) πνεύματος πνεῦμά ἐστι, πνεῦμα ἄρα ἡ τοῦ χριστοῦ σάρξ. περὶ γὰρ τῆς παρθένου λέγων ὁ ἄγγελος εἴρηκεν· ὅτι τὸ [9]) ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ [9]) πνεύματός ἐστιν [9]) ἁγίου. πρὸς οὓς λέγομεν, ὅτι τοῦτο εἶπε, διδάσκων, ὅτι ἐκ ἐξ ἀνδρὸς ἐστιν, οὐ μὴν, ὅτι οὐδ' ἐκ γυναικός. φησὶ γὰρ ὁ παῦλος, [1]) γενόμενον [x]) ἐκ γυναικός. εἰ δ' ἐκ γυναικὸς, ἄρα ἐκ σαρκὸς σάρξ. ἐκ τῆς σαρκὸς οὖν τῆς παρθενικῆς ἐγεννήθη, ἵνα μὴ ἀλλότριος τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως εἴη. εἰ γὰρ, καὶ τοῦτου γενομένου, τινὲς διαπίπτουσιν, ὅτι σεσάρκωται· ποῦ οὐκ ἂν ἐξέπεσον ἀσεβείας, εἰ μὴ τοῦτο γέγονεν; ἐν τῇ παρθένῳ δὲ ἐγεννήθη, ἐκ πνεύματος ἁγίου, ἤγουν, ὑπερ-

v) Matth. 1, 20.

x) Gal. 4, 4.

quoque nexus videtur postulare γεννώμενον. Ceterum recte de Christo dicitur γεννώμενος et γενόμενος, vti γέννησις et γένεσις.

pernaturaliter, quia non a viro. Nam hoc significat, quod dicitur, A spiritu sancto.

Vers. 7. *Non — superne.* Videns eum nondum a crassitudine diuelli sed turbari, primum reprimit: deinde facili conatu hunc ad exemplum ducit sensibile, propter illius imbecillitatem, et medium inter corpoream crassitudinem et incorpoream subtilitatem: vt hinc mentem eius reducat. Dicit ergo.

Vers. 8. *Spiritus — spiritu.* Spiritum dicit nunc ventum. Est autem intentio eius: Sicut ventus, vbi vult, spirat, hoc est vbi motus fuerit: voluntas enim venti, motio est, et vocem eius audis siue sonum aut stridorem: non cognoscis autem vnde venit aut quo abit: Sic est omnis qui natus est ex spiritu: incomprehensibilis est videlicet quoad huiusmodi generationem.

Quod si sensibilis spiritus impetum ac viam non potes comprehendere, cuius sensum recipis, tum quia sonum eius audis, tum quod te calefaciat aut frigefaciat: multo magis intelligibilis. Si ergo vim illius corporei spiritus licet non comprehendas, credis tamen: quomodo hunc incorporeum propterea non credis, quod non comprehendas?

Vers. 9. *Respondit — fieri?* Adhuc Nicodemus in Iudaica manet imperfectione, nihil valens

2) ἄν, pro γάρ. A. vt interpres.
3) ὁ omittit. B.
4) Loco trium istorum vocabulorum spacium vacuum est in Cod. A.
5) Intellige, οὐ δυνήσῃ καταλαβεῖν. Poterat etiam pro μᾶλλον dicere μεῖον. Sed infra ad VI, 41. eodem modo loquitur.

ὑπερφυῶς, διὰ τὸ μὴ ἐξ ἀνδρός. τοῦτο γὰρ δηλοῖ, τὸ ἐκ πνεύματος ἁγίου.

Vers. 7. Μὴ — ἄνωθεν. Ἰδὼν αὐτὸν, ἅπω τῆς παχύτητος ἀφισάμενον, ἀλλ' ἔτι θορυβέμενον, καταστέλλει πρῶτον· εἶτα εὐμηχάνως ἐπὶ παράδειγμα φέρει τοῦτον· ἀόρατον μὲν, διὰ τὴν ἀθένειαν αὐτοῦ· μέσον δὲ σωματικῆς παχύτητος καὶ ἀσωμάτου λεπτότητος, ἵνα ἐντεῦθεν ἀναγάγῃ τὴν αὐτοῦ διάνοιαν. Φησὶ γάρ. [2])

Vers. 8. Τὸ πνεῦμα — πνεύματος. Πνεῦμα νῦν, τὸν ἄνεμον λέγει. ἔστι δὲ ὁ σκοπὸς τοιοῦτος, ὅτι ὥσπερ ὁ [3]) ἄνεμος, ὅπου θέλει, πνεῖ, τουτέστιν, ὅπου κινηθῇ· θέλησις γὰρ ἀνέμου, ἡ κίνησις· καὶ τὴν μὲν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις, ἤτοι, τὸν ἦχον [καὶ [4]) πάταγον αὐτοῦ·] δὲ καταλαμβάνεις δὲ, πόθεν ἔρχεται, καὶ ποῦ ὑπάγει· ἔτως ἔσαι καὶ πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ πνεύματος, ἀκατάληπτος δηλονότι, κατὰ τὴν τοιαύτην γέννησιν.

Εἰ γὰρ τοῦ ἀοράτου πνεύματος δὲ δύνασαι καταλαβεῖν τὴν ὁρμὴν, καὶ τὴν ὁδὸν, οὐ τὴν ἀόρατον δέχῃ, ἔν τε τῷ ἀκούειν τὸν ἦχον αὐτοῦ, καὶ καταπνεῖσθαι, καὶ ψύχεσθαι, πολλῷ μᾶλλον τοῦ νοητοῦ. [5]) καὶ εἰ, τὴν ἐνέργειαν ἐκείνου τὸ σωματικοῦ πνεύματος μὴ καταλαμβάνων, ὅμως οὐκ ἀπιστεῖς, πῶς τὴν τούτου, τοῦ ἀσωμάτου, μὴ καταλαμβάνων, διαπιστεῖς;

Vers. 9. Ἀπεκρίθη — γενέσθαι; Ἔτι ὁ νικόδημος ἐπὶ τῆς ἰουδαϊκῆς [6]) εὐτελείας μένει,

[6]) ἀτελείας videtur legisse interpres. Sed nihil muto. Εὐτελείας habet etiam Chrysost. T. VIII. p. 151. A.

valens ſupra ſenſum intelligere, etiam manifeſto huiusmodi exemplo propoſito. Dicit ergo: Quomodo poſſunt haec fieri, quae de praedicta regeneratione dixiſti? Vnde et Chriſtus iam obiurgantis more cum eo differit.

Verſ. 10. *Reſpondit — ignoras?* Nequaquam malitiae condemnat eum Chriſtus, ſed ignauiae ac ruditatis. Oportebat enim eum, qui praeceptor erat, haec a ſcripturis cognoſcere. Signa ſiquidem regenerationis ſpiritualis continent libri Iudaeorum, puta quae de rubro mari ſcribuntur, in quibus aquae typus erat mare, nubes vero ſpiritus. Et quae de leproſo Naaman, quando in Iordane lotus eſt, et reuerſa eſt caro ſua ad ipſum ſicut caro pueri paruuli. Aliaque plurima ſimilia.

Habebant inſuper et prophetias. Dixit enim Dauid, Et annuntiabunt iuſtitiam eius populo, qui naſcetur, quem fecit dominus, et: Beati quorum remiſſae ſunt iniquitates, et quorum tecta ſunt peccata, et: Renouabitur, ſicut aquilae iuuentus tua. Aliorum ſiquidem prophetiae prae multitudine in praeſentia relinquantur.

Verſ. 11. *Amen — loquimur.* Vel de ſe ipſo et patre hoc dicit, vel de ſe ipſo ſolo. Quanquam tu non credas, nos tamen, quod probe nouimus, hoc loquimur.

Verſ. 11. *Et — teſtamur.* Idem confirmationis cauſa repetit, quod ſcimus teſtamur: neque enim ſenſibilem aſpectum intelligas, quum nondum factum eſſet.

Verſ. 11.

μηδὲν ὑπὲρ τὴν αἴθησιν ἐννοῆσαι δυνάμενος, καίτοι παραδείγματος ἔτω σαφῶς λεχθέντος αὐτῷ. λέγει οὖν, πῶς δύναται ταῦτα γενέσθαι, τὰ τῆς εἰρημένης ἀναγεννήσεως; καὶ λοιπὸν ὁ χριστὸς πληκτικώτερον αὐτῷ διαλέγεται.

Verſ. 10. Ἀπεκρίθη — γινώσκεις; Οὐδαμοῦ πονηρίαν αὐτῷ καταγινώσκει, ἀλλ' εὐήθειαν καὶ ἀμαθίαν.[7]) ἔδει γὰρ αὐτὸν, ὄντα διδάσκαλον, ταῦτα γινώσκειν ἀπὸ τῶν γραφῶν. σύμβολα γὰρ τῆς πνευματικῆς ἀναγεννήσεως αἱ τῶν ἰουδαίων περιέχουσι βίβλοι· οἷον τὰ κατὰ τὴν ἐρυθρὰν, ἐν οἷς τύπος ἦν ἡ θάλασσα μὲν τοῦ ὕδατος, ἡ νεφέλη δὲ τοῦ πνεύματος· καὶ τὰ κατὰ τὸν λεπρὸν νεεμὰν, ὅτε ἐλάθη ἐν τῷ ἰορδάνῃ, καὶ[y]) ἐπέστρεψεν ἡ σὰρξ αὐτοῦ ἐπ' αὐτὸν, ὡς παιδαρίου μικροῦ, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα. y) 4 Reg. 5. 14.

Ναὶ μὴν καὶ προφητείας. εἶπε γὰρ ὁ δαυὶδ καὶ[z]) ἀναγγελοῦσι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ λαῷ τῷ τεχθησομένῳ, ὃν ἐποίησεν ὁ κύριος· καί· μακάριοι,[a]) ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι· καί· ἀνακαινισθήσεται[b]) ὡς ἀετοῦ ἡ νεότης σου. τὰς τῶν ἄλλων γὰρ νῦν ἑαυτέον, διὰ τὸ πλῆθος. z) Pſ. 21, 32. a) Pſ. 31, 1. b) Pſ. 102, 5.

Verſ. 11. Ἀμὴν — λαλοῦμεν. Ἢ περὶ ἑαυτοῦ καὶ τοῦ πατρὸς τοῦτό φησιν, ἢ περὶ ἑαυτοῦ μόνου, ὅτι εἰ καὶ σὺ ἀπιστεῖς, ἀλλ' ἡμεῖς, ἃ οἴδαμεν ἀκριβῶς, τοῦτο λαλοῦμεν.

Verſ. 11. Καὶ — μαρτυροῦμεν. Τὸ αὐτὸ λέγει, βεβαιώσεως ἕνεκεν, ὅτι καὶ ὃ οἴδαμεν, μαρτυροῦμεν. ἐ γὰρ αἰσθητὴν ὅρασιν νοήσεις. ἔπω γὰρ ἦν γεγενημένον.

7) ἀμάθειαν. A.

Verſ. 11. *Et — accipitis.* Hoc non indigne ferens dixit, ſed leniter, quod fiebat, enarrans, et modeſte, quod futurum erat, praedicens, et quaſi proteſtans ac docens nos, ne quum erga aliquos diſputamus, indigne feramus, clamemus, aut exaſperemur, ſi non perſuadeamus: nam irae materia ac principium clamor eſt: patienter vero reſpondere, eſt conari, vt credibile facias, quod dixeris.

Verſ. 12. *Si — credetis?* Frequenter quum verba facturus eſt, quae ſuae congruant maieſtati, his propter auditorum craſſitudinem ac imbecillitatem relictis, humiliora diſpenſatorio modo condeſcendendo praefert: quod ſane etiam nunc fecit. Nam ex quo de ſpirituali generatione loquutus eſt, de ſua ipſius etiam generatione, quae fuit ante ſecula, quaeque omnem et mentem et ſermonem excedit, dicere volebat. Videns autem Nicodemum neque ſpiritualem poſſe intelligere, nihil de illa dicit, ſed cauſam talis ſilentii docet, quod ſit videlicet propter auditorum incredulitatem. Horum ergo incredulitati aut imbecillitati tribuendum eſt, quod ſaepius mediocria aut humilia loquatur.

Terrena autem intelligunt hic quidam de vento dictum eſſe, ac ſi diceret: Si terrenum propoſui exemplum, et non creditis, quomodo ſi coeleſte aliquid aut ſublimius dixero, credetis?

Alii vero, Terrena, de regeneratione dictum aſtruunt: interpretantes, quod terrenam hanc dixerit, etſi coeleſtis ſit ac diuina, tanquam ſuper terram

8) ἐπειδή. A.
9) τῆς ἑαυτοῦ. A.

Vers. 11. Καὶ — λαμβάνετε. Τοῦτο εἶπεν, ὁ δυσχεραίνων, ἀλλ' ἡμέρως τὸ γινόμενον ἀπαγγέλλων, καὶ πράως τὸ συμβησόμενον προαναφωνῶν, καὶ οἷον διαμαρτυρόμενος, καὶ παιδεύων ἡμᾶς, ὅταν πρός τινας διαλεγόμενοι, μὴ πείθωμεν, μὴ δυσχεραίνειν, μηδὲ κράζειν καὶ ἀγριαίνειν· ὕλη γὰρ ὀργῆς, ἡ κραυγή· ἀλλ' ἀνεξικάκως ἀποκρίνεσθαι καὶ πειρᾶσθαι ποιεῖν ἀξιόπιστον τὸ λεγόμενον.

Vers. 12. Εἰ — πιστεύσετε; Πολλάκις μέλλων ἅπτεσθαι λόγων ἀξίων τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ, παρατρέχει τούτους, διὰ τὴν τῶν ἀκροωμένων παχύτητα καὶ ἀσθένειαν, καὶ προτιμᾷ τοὺς ταπεινοτέρους, συγκαταβατικῶς τε καὶ οἰκονομικῶς, ὃ δὴ κἀνταῦθα πεποίηκεν. ἐπεὶ[8]) γὰρ περὶ τῆς πνευματικῆς γεννήσεως εἶπεν, ἐβάλετο μὲν εἰπεῖν καὶ περὶ τῆς ἑαυτοῦ γεννήσεως, τῆς προαιωνίου καὶ πάντα νοῦν καὶ λόγον ὑπερβαινούσης· ἰδὼν δὲ τὸν νικόδημον, μηδὲ τὴν πνευματικὴν παραδέξασθαι δυνάμενον, ἀδὲν μὲν λέγει περὶ ἐκείνης, διδάσκει δὲ τὴν αἰτίαν τῆς τοιαύτης σιγῆς, ὅτι διὰ τὴν ἀπιστίαν τῶν ἀκροωμένων. ὥστε ὅταν μέτρια φθέγγηται καὶ ταπεινὰ καὶ ἀνάξια πολλάκις τῆς[9]) αὐτοῦ θεότητος, τῇ ἀπιστίᾳ καὶ ἀσθενείᾳ τούτων λογιζέσθω αὐτά.

Ἐπίγεια δὲ νῦν,[1]) τινὲς περὶ τοῦ ἀνέμου φασὶν εἰρῆσθαι· ὅτι εἰ ἐπίγειον παράδειγμα εἶπον, καὶ ἃ πιστεύετε, πῶς, ἐὰν εἴπω ἐρώνιόν τι καὶ ὑψηλότερον, πιστεύσετε;[2])

Τινὲς δὲ, ἐπίγεια περὶ τῆς ἀναγεννήσεως ῥηθῆναι λέγουσιν, ἑρμηνεύοντες, ὅτι ἐπίγειον τοῦτο εἶπε, καίτοι ἐρώνιον καὶ θεῖον ὄν, ὡς ἐπὶ γῆς

[1]) τινὲς, abeſt. A.
[2]) πιστεύσητε. A.

terram impleta, et comparando ad ſuam ineffabilem generationem. Nam ad illius celſitudinem haec terrena eſt et humilis.

Verſ. 13. *Et — qui deſcendit.* Quia ſuperius dixit Nicodemus, ſcimus quod a Deo veneris in magiſtrum: hoc ipſum nunc corrigit, ac ſi dicat: Nec me talem exiſtimes praeceptorem, quaſi vnum aliquem ex prophetis. Nullus ſiquidem illorum aſcendit in coelum, ſiue ingreſſus eſt in coelum, niſi ego qui e coelo deſcendi, ideoque ſublimiora defero dogmata.

Alio praeterea modo dixit, Qui deſcendit de coelo: quia in veteri teſtamento diuerſimode, variaque diſpenſatione dicitur, Deus aſcendere ac deſcendere, velut eſt illud, Deſcendens videbo, ſi iuxta clamorem illorum operati ſunt, et, Aſcendit Deus ab Abraham, vt ceſſauit loqui ad eum: multaque ſimilia.

Verſ. 13. *Filius hominis.* Qui ſecundum humanitatem filius eſt hominis.

Scire autem oportet, quod a diuinitate ſeipſum frequenter nominat, et etiam ſaepius ab humanitate.

Verſ. 13. *Qui — coelo.* Qui iuxta diuinitatem in coelo eſt, ſiue coeleſtis. Vide autem, quomodo, etſi ſublimia videantur verba, non tamen maieſtati ſuae conformia ſunt? Nam et quum in coelo eſt, terram non relinquit: et de coelo deſcendens, non abeſt a coelo, ſed vbique eſt, quum diuinitas circumſcribi non poſſit. Talia tamen loquitur, parcens auditoris imbecillitati, et paulatim ipſius mentem eleuare volens.

Verſ. 14.

[a]) Incluſa abſunt. A.
[b]) Incluſa abſunt. A.

τελέμενον· ἢ καὶ πρὸς σύγκρισιν τῆς φρικωδεστάτης αὐτῷ γενήσεως. πρὸς γὰρ τὸ ὕψος ἐκείνης, ἐπίγειός ἐστιν αὕτη καὶ χθαμαλή.

Vers. 13. Καὶ — καταβάς. Ἐπεὶ προλαβὼν εἶπεν ὁ ὑποδήμιος, ὅτι οἴδαμεν, ὅτι ἀπὸ θεοῦ ἐλήλυθας διδάσκαλος, τοῦτο αὐτὸ διορθοῦται νῦν, ὡσανεὶ λέγων, μὴ νομίσῃς με τοιοῦτον διδάσκαλον, ὡς ἕνα τῶν προφητῶν. καὶ γὰρ οὐδεὶς ἐκείνων ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, [ἤγουν,[3]) ἐπέβη τοῦ οὐρανοῦ,] εἰ μὴ ἐγὼ, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς. διὸ καὶ ὑψηλὰ δόγματα κομίζω.

Καὶ ἑτέρως δὲ εἶπεν, ὅτι ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς. διότι παρὰ τῇ παλαιᾷ γραφῇ κατὰ διαφόρους οἰκονομίας ὁ θεὸς καταβῆναι καὶ ἀναβῆναι λέγεται, ὡς τό· καταβὰς[c]) ὄψομαι, εἰ καὶ τὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν συντελοῦντα· καὶ τό· ἀνέβη ὁ[d]) θεὸς ἀπὸ ἀβραάμ, ἡνίκα ἐπαύσατο λαλῶν αὐτῷ, καὶ πολλὰ τοιαῦτα.

c) Gen. 18, 21.

d) Gen. 17, 22.

Vers. 13. Ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. Ὁ κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, [υἱὸς[4]) τοῦ[5]) θεοῦ.

Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι πολλάκις μὲν ἀπὸ τῆς θεότητος· πολλάκις δὲ ἀπὸ τῆς ἀνθρωπότητος,] ὀνομάζει ἑαυτόν.

Vers. 13. Ὁ — οὐρανῷ. Ὁ κατὰ τὴν θεότητα ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ, εἴτουν, ὁ οὐράνιος. ὅρα δὲ, πῶς, εἰ καὶ ὑψηλοὶ δοκοῦσιν οἱ λόγοι, ἀλλὰ καὶ ὅτως ἀνάξιοί εἰσι τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ· καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ γὰρ ὢν, οὐκ ἀπελιμπάνετο τῆς γῆς· καὶ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, οὐκ ἀφίστατο τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλὰ πανταχοῦ ἦν. ἀπερίγραπτος γὰρ ἡ θεότης. ὅμως φθέγγεται τοιαῦτα, φειδόμενος τῆς ἀσθενείας τοῦ ἀκροατοῦ, καὶ κατὰ μικρὸν ἀνάγειν βουλόμενος τὴν αὐτοῦ διάνοιαν.

[3]) Corrige ἀνθρώπου, vt habet Hentenius.

Verſ. 14. *Et* — v. 15. *aeternam.* Quum maximum retuliſſet beneficium, quod hominibus per baptismum confertur, narrat et aliud non minus, quod per baptismum datur. Quae duo Paulus quoque ſimul poſuit ſcribens ad Corinthios: Num pro vobis crucifixus eſt Paulus, aut in nomine Pauli baptizati eſtis? Nam haec duo ineffabilem eius oſtendunt dilectionem, quod et regenerationem contribuit, vt mundaret nos a peccatis noſtris, et crucifixus eſt, vt in aeternum viuamus. Innuit itaque crucifixionem ſuam, oſtendens quod eam praecognouerit, et ex conſequenti voluntarie ad eam propter hominum ſalutem accedat. Non tamen de ea directe loquutus eſt, ſed exaltati a Moſe ſerpentis ſumſit exemplum, docens quod vetera nouis cognata ſint, eorumque figurae.

Eſt autem de ſerpente hiſtoria talis: In eremo olim ſerpentes morſu necabant Iſraëlitas. Iuſſit ergo Deus Moſi, vt factum ſerpentem aeneum exaltaret in ligno, ad quem intenderent, qui morſi erant ac ſanarentur. Eratque ſerpens aeneus durus, figura corporis Chriſti, duri ac ſeueri contra peccatum: ille absque veneno, et hic ſine veneno peccati: ille in ligno eleuatus, et hic in ligno crucis exaltatus: ille morſis a ſerpente et in ſe intendentibus vitam praebens, hic morſis a ſerpentibus ſpiritualibus vitam tribuens ſempiternam, ſi fide in ipſum intendant.

Propter hoc ergo per ſimilitudinem dixit, ſicut Moſes exaltauit ſerpentem et caetera. Deinde cauſam addit talis exaltationis. Sicut enim eleuauit ille ſerpentem, vt in eum intendentes vitam habe-

[6]) ἃ καὶ ἐλάττονα ἕτερον (hic eſt ſpacium vacuum quinque literarum) τὴν διὰ. A.

Vers. 14. Καὶ — v. 15. αἰώνιον. Εἰπὼν τὴν μεγίστην εἰς ἀνθρώπους εὐεργεσίαν, τὴν διὰ τοῦ βαπτίσματος, λέγει [c]) καὶ ἑτέραν ἐκ ἐλάττονα, τὴν διὰ τοῦ σταυροῦ. τὰς δύο γὰρ καὶ παῦλος ὁμοῦ τέθεικε, γράφων κορινθίοις· μὴ [e]) παῦλος ἐσταυρώθη ὑπὲρ ὑμῶν, ἢ εἰς τὸ ὄνομα παύλου ἐβαπτίσθητε; τὰ δύο γὰρ ταῦτα τὴν ἄφατον αὐτοῦ δεικνύουσιν ἀγάπην, ὅτι καὶ ἀναγέννησιν ἐχαρίσατο, ἵνα καθαρίσῃ ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ ἐσταυρώθη, ἵνα ζήσωμεν αἰωνίως. προεσήμανε μὲν οὖν τὴν σταύρωσιν αὐτοῦ, δεικνὺς, ὅτι προγινώσκει ταύτην, καὶ λοιπὸν ἑκουσίως ἐπὶ ταύτην ἔρχεται, διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. ἐκ ἐξ εὐθείας δὲ περὶ αὐτῆς εἶπεν, ἀλλὰ τὸν παρὰ μωϋσέως ὑψωθέντα ὄφιν ἔλαβε παράδειγμα, διδάσκων, ὅτι συγγενῆ τὰ παλαιὰ τοῖς καινοῖς, καὶ τύποι τούτων ἐκεῖνα.

e) 1 Cor. 1, 13.

Ἔστι δὲ ἡ κατὰ τὸν ὄφιν ἱστορία τοιαύτη τις. ἐν τῇ ἐρήμῳ [f]) πάλαι δάκνοντες οἱ ὄφεις τοὺς ἰσραηλίτας, ἀνῄρουν. ἐκέλευσεν οὖν ὁ θεὸς τῷ μωϋσεῖ κατασκευάσαι χαλκοῦν ὄφιν, καὶ ὑψῶσαι τοῦτον ἐπὶ ξύλου, καὶ τοὺς δεδηγμένους ἀτενίζειν εἰς αὐτόν, καὶ οὕτως οἱ δηχθέντες ἔζων. καὶ ἦν τύπος ὁ χαλκοῦς ὄφις τοῦ σεσαρκωμένου καὶ ἀνενδότου πρὸς κακίαν σώματος τοῦ χριστοῦ· ὁ χωρὶς ἰοῦ, τοῦ χωρὶς ἰοῦ τῆς ἁμαρτίας· ὁ ὑψωθεὶς ἐπὶ ξύλου, τοῦ ὑψωθέντος ἐπὶ ξύλου τοῦ σταυροῦ· ὁ παρέχων ζωὴν τοῖς δεδηγμένοις ὑπὸ τῶν ὄφεων καὶ ἀτενίζουσιν εἰς αὐτὸν, τοῦ παρέχοντος ζωὴν αἰώνιον τοῖς δεδηγμένοις ὑπὸ τῶν νοητῶν ὄφεων καὶ ἀτενίζουσιν εἰς αὐτὸν ἐν πίστει.

f) Num. 21, 8. 9.

Διὰ τοῦτο τοίνυν ὁμοιωματικῶς εἶπεν, ὅτι καθὼς μωϋσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν καὶ τὰ ἑξῆς. εἶτα προσέθηκε καὶ τὴν αἰτίαν τῆς τοιαύτης ὑψώσεως. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος ὕψωσε τὸν ὄφιν, ἵνα οἱ ἀτενίζοντες

haberent: ita et hic exaltatus est, vt in eum intendentes siue credentes, vitam habeant sempiternam. Sed ibi sane serpens propter serpentes mordentes, hic autem homo propter homines morsos. Ibi quia propter serpentes prouenerat nocumentum, per serpentem erat et cura: hic vero, quoniam per hominem intrauit mors in mundum, datur et vita per hominem: eumque mortuum, vt is, qui mortem induxerat, moreretur.

Dicens autem, Vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam, omnino se Deum esse ostendit, cuius mors praestat aliis vitam aeternam: moritur siquidem tanquam homo, praestat autem vitam aeternam tanquam Deus: et qui aliorum prohibet perditionem, ipse nequaquam perire potest. Crux ergo vitae aeternae fons est. Vnde, quod cogitatio non facile recipit, fides recipit, quae cogitationis imbecillitati neruos addit. Patet ergo fidei vtilitas.

Vers. 16. *Sic — aeternam.* Deus sic dilexit mundum: siue adeo homines amat, vt pro hominibus filium suum dilectum in mortem tradiderit: vt omnis qui credit in eum, viuat perenniter vita beata, quae sanctis congruit. Qstendit ergo, quod de mente sua sicut et patris fuerit crucifixio: Vna siquidem eademque voluntas est patris et filii ac spiritus sancti. Rursum quod additur, Vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam, confirmatio verbi est.

Sed quam ob causam dilexit Deus mundum? Plane ob aliud nihil, quam propter immensam bonitatem suam.

Eru-

7) ἔχεσι. A.

ζοντες εἰς αὐτὸν ἔχωσι[7]) ζωήν· ἔτω καὶ ἔτος ὑψώθη, ἵνα οἱ ἀτενίζοντες εἰς αὐτὸν, ἤγουν, οἱ πιστεύοντες, ἔχωσι ζωὴν αἰώνιον. ἀλλ' ὄφις μὲν ἐκεῖ, διὰ τὸς δακνοντας ὄφεις· ἄνθρωπος δὲ ἐνταῦθα, διὰ τὸς δακνομένους ἀνθρώπους. καὶ ἐκεῖ μὲν, ἐπεὶ δι' ὄφεως ἡ βλάβη, δι' ὄφεως καὶ ἡ θεραπεία· ἐνταῦθα δὲ, ἐπεὶ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον, δι' ἀνθρώπου καὶ ἡ ζωὴ παρεγένετο. νεκρῶ δὲ, ἵνα νεκρωθῇ τὸ νεκροῦν.

Εἰπὼν δὲ, ὅτι ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ[8]) ζωὴν αἰώνιον· ἐνέφηνεν, ὅτι οὗ ὁ θάνατος ἑτέροις παρέχει ζωὴν αἰώνιον, θεός ἐστι πάντως· θανὼν μὲν, ὡς ἄνθρωπος, παρέχων δὲ ζωὴν αἰώνιον, ὡς θεός· καὶ ὁ κωλύων τὴν ἑτέρων ἀπώλειαν, ἐκ ἂν ποτε αὐτὸς ἀπόλοιτο. ὁ σαυρὸς ἦν πηγὴ ζωῆς αἰωνίου, ὁ λογισμὸς μὲν ῥαδίως ἃ παραδέχεται, πίστις δὲ παραδέχεται, νευρῶσα τῷ λογισμῷ τὴν ἀθένειαν. χρεία τοίνυν πίστεως.

Vers. 16. Οὕτως — αἰώνιον. Οὕτως ἠγάπησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον, ἤγουν, τοσοῦτόν ἐστι φιλάνθρωπος, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν ἀγαπητὸν ἐξέδωκεν ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων εἰς θάνατον, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν ζῇ αἰωνίως, τὴν μακαρίαν ζωὴν, τὴν πρέπουσαν τοῖς ἁγίοις. ἔδειξε τοίνυν, ὅτι καὶ τῷ πατρὶ κατὰ γνώμην ἡ σαύρωσις. ἓν γὰρ καὶ τὸ αὐτὸ θέλημα πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι. πάλιν δὲ τὸ, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον, εἰς βεβαίωσιν τοῦ λόγου.

Ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν ὁ θεὸς ἠγάπησε τὸν κόσμον; πάντως δι' ἐδὲν ἕτερον, ἢ δι' ὑπερβολὴν ἀγαθότητος.

Αἰσχυν.

[8]) ἔχα. A.

Erubescamus igitur intuentes eius dilectionem: Nam ipse neque filio suo vnigenito pepercit propter nos, at nos etiam pecuniis parcimus, ne eas propter ipsum expendamus: quod certe omnem excedit ingratitudinem, vt opus eius immensae sit bonitatis, nostrum vero immensae ingratitudinis. Erga filium quoque simili vtimur perfidia. Homini namque qui se pro nobis exposuit periculo, promte omnem tradimus substantiam: Christo vero qui pro nobis mortuus est, neque hanc beneuolentiae mensuram exhibemus: sed fratres eius minimos despicimus esurientes, aliaque plurima sustinentes: magis autem ipsum, qui mala illorum per compassionem pro suis ducit.

Vers. 17. *Non — eum.* Aliam quoque Dei ostendit humanitatem ac ineffabilem quam erga nos gerit curam. Neque enim solum dedit filium suum vnigenitum, sed et iudicium reiecit, ac in secundum eius distulit aduentum.

Duo siquidem Christi sunt aduentus: qui iam factus est et qui futurus est. Non sunt autem hi duo ad eosdem fines: Est enim primus non vt inquirat, sed vt remittat quae ab hominibus perpetrata sunt: Secundus vero non vt remittat, sed vt inquirat. Hic ergo de primo loquitur.

Atqui etiam primus condemnationis erat, si quod verum est fateri volumus: nam ante hunc lex naturalis erat, et lex scripta ac prophetae: doctrinae et signorum exhibitiones, aliaque multa quae vitae instituta corrigerent: et consequens erat vt omnium transgressiones punirentur. Sed quum admodum humanus esset, non statim de malis inquirebat, sed ignoscebat: nam si inquisisset,

omnes

Αἰσχυνθῶμεν ἓν αὐτοῦ τὴν ἀγάπην. αὐτὸς μὲν γὰρ οὐδὲ τοῦ υἱοῦ τοῦ μονογενοῦς ἐφείσατο δι' ἡμᾶς· ἡμεῖς δὲ καὶ χρημάτων φειδόμεθα δι' αὐτὸν, ὃ πᾶσαν ὑπερβέβηκεν ὄντως ἀχαριστίαν· ὡς εἶναι τὸ ἐκείνου μὲν ὑπερβολὴν ἀγαθότητος· τὸ ἡμέτερον δὲ, ὑπερβολὴν ἀχαριστίας. ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν υἱὸν τὴν ἴσην ἀγνωμοσύνην τηροῦμεν. ἀνθρώπῳ μὲν γὰρ, ὑπὲρ ἡμῶν κινδυνεύοντι, πᾶσαν προθύμως ἐπιδώσομεν ἂν τὴν οὐσίαν· τῷ δὲ χριστῷ δι' ἡμᾶς ἀποθανόντι, οὐδὲ τοῦτο τὸ μέτρον τῆς εὐγνωμοσύνης φυλάττομεν, ἀλλὰ παροράμεν τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, τοὺς ἐλαχίστους, πεινῶντας καὶ διψῶντας, καὶ πάλλα πάντα κακοπαθοῦντας, μᾶλλον δὲ αὐτὸν ἐκεῖνον, τὸν τὰ ἐκείνων συμπαθῶς οἰκειούμενον.

Vers. 17. Οὐ — αὐτοῦ. Δείκνυσι καὶ ἄλλην τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν καὶ κηδεμονίαν ἄφατον. οὐ μόνον γὰρ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἀλλὰ καὶ τὴν κρίσιν ἀνεβάλετο, καὶ εἰς τὴν δευτέραν παρουσίαν αὐτὴν ἐταμιεύσατο.

Δύο γὰρ αἱ τοῦ χριστοῦ παρουσίαι, ἡ ἤδη γεγενημένη, καὶ ἡ μέλλουσα. οὐκ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς δὲ αἱ δύο. ἀλλ' ἡ πρώτη μὲν, οὐχ ἵνα ἐξετάσῃ τὰ πεπραγμένα τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' ἵνα ἀφῇ· ἡ δευτέρα δὲ, οὐχ ἵνα ἀφῇ, ἀλλ' ἵνα ἐξετάσῃ. νῦν οὖν περὶ τῆς πρώτης φησί.

Καίτοι καὶ ἡ πρώτη κρίσεως ἦν ἂν κατὰ τὸν τοῦ δικαίου λόγον, διότι πρὸ ταύτης καὶ νόμος ἦν Φυσικὸς καὶ νόμος γραπτὸς καὶ προφῆται καὶ διδασκαλίαι καὶ σημείων ἐπιδείξεις καὶ πολλὰ τὰ διορθοῦντα τὴν πολιτείαν, καὶ ἀκόλουθον ἦν, εὐθύνας πάντων ἀπαιτηθῆναι· ἀλλ' ὡς ἄγαν φιλάνθρωπος, οὐκ εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ ἐποιήσατο ἐξέτασιν, ἀλλὰ συγχώρησιν. εἰ γὰρ ἐξήτασε, πάν-

omnes simul abrepti essent: omnes siquidem peccauerant. Nunc ergo venit vt de praeteritis veniam tribuat, et de futuris securos reddat. Postmodum autem veniet vt condemnet, et de his qui non crediderunt vltionem sumat. Si non venissem, inquit, et loquutus eis fuissem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo.

Vers. 18. *Qui — condemnatur.* Qui legitime credit. Vel qui seruat etiam eius praecepta. Nam de his, qui tales non sunt, ait Apostolus, Confitentur se scire Deum, factis autem negant.

Vers. 18. *Qui — Dei.* Nam sicut illum fides exemit condemnationi, ita hunc incredulitas ante iudicium condemnauit: homicida enim et quicunque delinquit, ex natura peccati statim condemnatus est, sed postmodum sententia principis.

Alio quoque modo. Quia iudicium non erat praesens sed futurum, condemnationis timorem prope adduxit.

In nomen autem, hoc est in ipsum: nam et hoc idioma est scripturae Hebraicae, vbi de Deo loquuntur, capere nomen eius pro ipso, religionis gratia.

Vers. 19. *Haec — lucem.* Haec est infidelium condemnatio: propter hoc condemnantur, quia veniente ad eos luce scientiae ac veritatis (dicit autem hoc de seipso) dilexerunt magis tenebras ignorantiae ac mendacii quam lucem. Nam qui absente luce manet in tenebris, excusationem fortassis aliquam habebit: quanquam et hunc oportuit

9) παρὰ τό, B.

πάντες ἂν ἀθρόον ἀνηρπάσθησαν. πάντες g) γὰρ ἥμαρτόν, φησι. νῦν μὲν οὖν ἦκε, συγχωρῶν μὲν τὰ πρότερα, ἀσφαλιζόμενος δὲ πρὸς τὰ μέλλοντα· ὕστερον δὲ ἥξει κρῖναι, καὶ τοὺς μὴ πειθέντας εὐθύναι. εἰ μὴ h) ἦλθον, γάρ φησι, καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν. g) Rom. 3, 23. h) Io. 15, 22.

Verſ. 18. Ὁ — κρίνεται. Ὁ πιστεύων γνησίως, ἤγουν, ὁ καὶ φυλάττων τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ. περὶ γὰρ τῶν μὴ τοιούτων φησὶν ὁ παῦλος, ὅτι θεὸν i) ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις, ἀρνοῦνται. i) Tit. 1, 16.

Verſ. 18. Ὁ — θεοῦ. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνον ἡ πίστις ἐξαίρετο τῆς κρίσεως πρὸ τῆς κρίσεως, οὕτω καὶ τοῦτον ἡ ἀπιστία κατέκρινε πρὸ τῆς κατακρίσεως. καὶ ὁ φονεὺς γὰρ, καὶ πᾶς πλημμελήσας, τῇ φύσει μὲν τοῦ ἁμαρτήματος αὐτίκα καταδεδίκασται· τῇ ἀποφάσει δὲ τοῦ ἄρχοντος, ὕστερον.

Καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον. ἐπείπερ ἔμελλεν ἡ κρίσις, καὶ οὐ παρῆν, ἐγγὺς ἦγαγε τὸν φόβον τῆς καταδίκης.

Εἰς τὸ ὄνομα δὲ, ἀντὶ τοῦ, εἰς αὐτόν. ἰδίωμα γὰρ καὶ τοῦτο τῆς ἑβραΐδος γραφῆς, ἐπὶ τοῦ θεοῦ τὸ ὄνομα αὐτοῦ λαμβάνειν, ἀντ' αὐτοῦ, δι' εὐλάβειαν.

Verſ. 19. Αὕτη — φῶς. Αὕτη ἐστὶν ἡ κατάκρισις, τῶν μὴ πιστευόντων, διὰ τοῦτο κατακρίνονται, ὅτι ἐλθόντος τοῦ φωτὸς τῆς γνώσεως, καὶ τῆς ἀληθείας εἰς αὐτούς· λέγει δὲ τοῦτο περὶ ἑαυτοῦ· ἠγάπησαν μᾶλλον τὸ σκότος τῆς ἀγνοίας καὶ τοῦ ψεύδους j) παρὰ τὸ φῶς. ὁ μὲν γὰρ, ἀπόντος τοῦ φωτὸς, μένων ἐν τῷ σκότει, λόγον ἴσως

tuit non ita se habere, sed lucem quaerere: qui vero veniente ad se luce adhuc in tenebris residet, omni priuatur excusatione: auersum enim animum ad lucem claudit, et voluntarie tenebris offundi-tur: nec solum ad lucem non venit, sed e diuer-so quum magis lux ad se veniat, fugit, et a sua auertitur salute. Deinde etiam causam ponit pro-pter quam dilexerunt tenebras.

Vers. 19. *Erant — opera.* Ideo ergo lucem fugerunt, ne ea manifestaret. Atqui non venit, vt inquirat, sed potius, vt ignoscat: et ideo accurrere magis oportebat.

Vers. 20. *Omnis — lucem.* Quamdiu mala operatus fuerit, quamdiu in his perman-serit.

Vers. 20. *Et — eius.* Timens vide-licet.

Vers. 21. *Qui — lucem.* Qui operatur, quod rectum est, qui recte conuersatur, venit ad lucem, amat lucem.

Vers. 21. *Vt — opera.* A luce: neque enim erubescit aut veretur ea.

Vers. 21. *Quod — facta.* Quod secun-dum Deum sint, quod Deo placentia.

Quod autem dictum est, Vt manifestentur, non est intelligendum, quasi hoc in facto suo quaerat, sed tanquam rei consequentia hoc facien-te: solet namque lux manifestare, quae proxima sunt.

Vers. 22. *Posthaec — baptizabant.* Ipsi baptizabant, non ille. Dicit enim in sequentibus euan-

b) Malim, ἀφ' ὧν γάρ.

ἔξει τινά· καὶ[1]) γὰρ καὶ τοῦτον ἔδει μὴ οὕτως ἔχειν, ἀλλὰ ζητεῖν τὸ φῶς· ὁ δὲ, τῷ φωτὸς ἐλθόντος εἰς αὐτὸν, ἔτι προσεδρεύων τῷ σκότει, πάσης ἀπολογίας ἐξέρηται. ψυχῆς γὰρ διεφθαρμένης, μύειν πρὸς τὸ φῶς καὶ ἐθελουσίως σκοτίζεσθαι, καὶ μὴ μόνον μὴ αὐτὸν ἐλθεῖν πρὸς τὸ φῶς, ἀλλὰ καὶ τἀναντίον, τῷ φωτὸς μᾶλλον πρὸς αὐτὸν ἐλθόντος, φεύγειν καὶ ἀποστρέφεσθαι τὴν ἑαυτῷ σωτηρίαν. εἶτα τίθησι καὶ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἠγάπησαν τὸ σκότος.

Vers. 19. Ἦν — ἔργα. Διὰ τοῦτο οὖν ἔφυγον τὸ φῶς, ἵνα μὴ φανερώσῃ αὐτά. καίτοι οὐκ ἦλθεν, ἵνα ἐξετάσῃ, ἀλλ' ἵνα συγχωρήσῃ. διὸ καὶ μᾶλλον ἔδει προσδραμεῖν.

Vers. 20. Πᾶς — φῶς. Ἕως ἂν φαῦλα πράσσοι, ἕως τούτοις ἐγκαταμένοι.

Vers. 20. Καὶ — αὐτοῦ. Φοβούμενος, δηλονότι.

Vers. 21. Ὁ — φῶς. Ὁ πράττων τὸ εὐθὲς, ὁ πολιτευόμενος ὀρθῶς, ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἀγαπᾷ τὸ φῶς.

Vers. 21. Ἵνα — ἔργα. Ὑπὸ[2]) τοῦ φωτός. οὐκ ἐπαισχύνεται γὰρ αὐτά.

Vers. 21. Ὅτι — εἰργασμένα. Ὅτι κατὰ θεόν εἰσιν, ὅτι ἀρεσκὰ τῷ θεῷ.

Τὸ δὲ ἵνα φανερωθῇ εἴρηται, οὐχ ὡς ἐκείνου τοῦτο ζητοῦντος, ἀλλ' ὡς τῆς ἀκολουθίας τοῦ πράγματος τοῦτο ποιούσης. εἰώθασι γὰρ τὸ φῶς φανεροῦν τὰ ἐγγίζοντα.

Vers. 22. Μετὰ ταῦτα — ἐβάπτιζον. Αὐτοὶ ἐβάπτιζον, οὐκ ἐκεῖνος. φησὶ γὰρ προϊὼν ὁ

[2]) Sic correxi, pro ὑπέρ.

euangelista, quod ipse Iesus non baptizabat, sed discipuli eius. Siquidem, vt eos qui crediturierant nec concurrebant, hoc modo congregarent, (quod in Simone fecit Andreas, et in Nathanaël Philippus) baptizare iussi sunt, vt multos simul coadunare possent: quos etiam ea, quae de Christo erant edocentes, Saluatori, qui prope aderat, offerebant.

Quaedam autem exemplaria habent, Et baptizabat, quod etiam ipsum intelligitur, quod non per seipsum, sed per discipulos suos hoc faceret.

Vers. 23. *Erat* — v. 24. *Iohannes.* AEnon et Salim, loca quaedam erant ita nominata.

Praeterea Iohannes baptizabat donec in carcerem coniiceretur, vt continue posset docere de Christo, et baptizatos ad eum transmittere. Et ne ztio aut ita cessasse videretur, sed potius de eo crederetur, quod Christi discipulis cooperaretur, baptizatosque ad eum adduceret. Et tertio, ne discipulos suos ad maiorem aemulationem accenderet. Nam si millies clamans, semperque primas Christo concedens, et tantum sese deiiciens, non persuasit eis, quod illius praecursor esset, si deinceps baptizare cessasset, procul dubio omni postposito pudore sub praetextu honorandi magistri, eumque praeponendi, contra Christum et Apostolos multa deblateraſſent. Quod etiam sciens Christus tunc praecipue coepit praedicare, quum Iohannes e medio sublatus est.

Vnde

[3]) Scilicet Euthymius, pro vulgari ἐβάπτιζεν, hic in contextu habet ἐβάπτιζον. Ergo alteram etiam lectionem memorat. Lectionem autem ἐβάπτιζον sumsit ex Chrysost. Tom. VIII. p. 164. D. quam quilibet intelligit esse spuriam ac pro tempore fictam. Vulgatum seruat et explicat Theo-

εὐαγγελιστής· ὅτι[k]) Ἰησοῦς αὐτὸς οὐκ ἐβάπτιζεν, ἀλλ' οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. ἵνα γὰρ μὴ περιτρέχοντες, ἕτω συνάγωσι τοὺς ὀφείλοντας πιστεύειν, ὅπερ ἐπὶ τοῦ σίμωνος ὁ ἀνδρέας ἐποίησε, καὶ ἐπὶ τοῦ ναθαναὴλ ὁ φίλιππος· τὸ βαπτίζειν ἐνεχείρησαντο, δυνάμενον πολλοὺς ἅμα συνάγειν, οἷς ὁμοῦ τὰ περὶ τοῦ χριστοῦ διδάσκοντες, προσέφερον αὐτὸν ἐγγὺς ὄντι τῷ σωτῆρι.

k) Io. 4, 2.

Τινὰ[3]) δὲ τῶν ἀντιγράφων, καὶ ἐβάπτιζε γράφουσιν, ὃ καὶ αὐτὸ νοεῖται, ὅτι οὐ δι' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ διὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ.

Veros item adoratores dicit eos, qui in se credunt, qui de ecclesia sunt, tanquam vere colentes, et non in vmbris seruientes, sicut Iudaei et Samaritani: nam omnis horum seruitus vmbra erat et figura veritatis. Veri ergo adoratores adorabunt patrem non in corpore, sed in spiritu, hoc est, non per corporales victimas, sed per spirituales: nec in vmbris et figuris, sed in veritate: nec cultum loco circumscribentes, veluti Iudaei et Samaritani, sed in omni loco dominationis eius benedicentes dominum.

De solo autem patre facit nunc mentionem, propter mulieris imbecillitatem: neque enim repentinum dogma proponere ei oportebat.

Vers. 23. *Nam et — ipsum.* Puta non figuratiuos, sed veros: non corporaliter, sed spiritualiter immolantes. Dicens autem, Quaerit, ostendit, quod legis immolatio displiceret, et sane olim condescendendo statuerat illam, et vsque ad id tempus sustinuerat, propter Hebraeorum imbecillitatem et crassitudinem.

Vers. 24. *Spiritus — adorare.* Spiritus, hoc est, incorporeus: ideo etiam colentes eum, spiritualiter colere oportet, non in vmbra, sed in veritate: haec enim conueniens est, ac Deum decet. Spiritualis autem cultus, siue latria, est animi modestia, sacrificium, inquit, Deo spiritus contritus: et oratio, sacrifica, ait, Deo sacrificium laudis: Et, vt vno verbo dicam, omnis virtus spiritualis, Tunc acceptabis, inquit, sacrificium iustitiae: vbi dictio Iustitiae, pro omni virtute accipitur, per quam homo iustus efficitur.

Vers. 25.

[8]) Forte λατρεύσουσιν, vt habet Hentenius. In textu etiam est προσκυνήσουσιν.

Ἀληθινοὺς δὲ προσκυνητὰς λέγει, τὲς πιστεύοντας εἰς αὐτόν, τὲς τῆς ἐκκλησίας, ὡς ἀληθῶς σέβοντας, καὶ ἐκ ἐν σκιαῖς λατρεύοντας, ὡς Ἰουδαῖοι καὶ Σαμαρεῖται. πᾶσα γὰρ ἡ λατρεία τότων, σκιὰ ἦν καὶ προτύπωσις τῆς ἀληθείας. οὗτοι γὰν οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ λατρεύουσι[8]) τῷ πατρὶ, ἐκ ἐν σώματι, ἀλλ' ἐν πνεύματι, τότεσιν, ἐ διὰ σωματικῶν θυσιῶν, ἀλλὰ διὰ πνευματικῶν, καὶ ἐκ ἐν σκιαῖς καὶ τύποις, ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἐ τόπῳ τὴν λατρείαν περιγράφοντες, ὡς Ἰουδαῖοι καὶ Σαμαρεῖται, ἀλλ' ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας αὐτῦ εὐλογῦντες τὸν κύριον.

Περὶ τῦ πατρὸς δὲ μόνου νῦν ποιεῖται τὸν λόγον, διὰ τὴν ἀθένειαν τῆς γυναικός. ἐκ ἔδει γὰρ ἀθρόον αὐτῇ τὸ δόγμα προσαγαγεῖν.

Verſ. 23. Καὶ γὰρ — αὐτόν. Ἤγουν, ἐ τυπικοὺς, ἀλλ' ἀληθινοὺς, ἐ σωματικῶς θύοντας, ἀλλὰ πνευματικῶς. εἰπὼν δὲ, ὅτι ζητεῖ, ἐνέφηνεν, ὅτι ἀπαρέσκεται τῇ νομικῇ λατρείᾳ, καὶ λοιπὸν συγκαταβατικῶς αὐτὴν ἐνομοθέτησε πάλαι, καὶ συνεχώρησεν ἄχρι τότε, διὰ τὴν τῶν ἑβραίων παχύτητα καὶ ἀθένειαν.

Verſ. 24. Πνεῦμα — προσκυνεῖν. Πνεῦμα, τότεσιν, ἀσώματος. διὸ καὶ τὲς λατρεύοντας αὐτῷ, πνευματικῶς χρὴ λατρεύειν, καὶ ἐκ ἐν σκιᾷ, ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ. τῦτο γὰρ θεοπρεπὴς καὶ κατάλληλος λατρεία. πνευματικὴ δὲ λατρεία ἐστὶν, ἡ ταπεινοφροσύνη. θυσίαν,[y]) γάρ φησι, τῷ θεῷ, πνεῦμα συντετριμμένον· καὶ ἡ προσευχὴ, θῦσον,[z]) γάρ φησι, τῷ θεῷ, θυσίαν αἰνέσεως· καὶ ἁπλῶς πᾶσα πνευματικὴ ἀρετή· τότε, γάρ φησιν, εὐδοκήσεις[a]) θυσίαν δικαιοσύνης. ἐνταῦθα δικαιοσύνης νοουμένης καθολικῶς, πάσης ἀρετῆς, δι' ἧς ὁ ἄνθρωπος δικαιῦται.

y) Pſ. 50, 19.

z) Pſ. 49, 14.

a) Pſ. 50, 21.

Verſ. 25. *Ait — omnia.* Inhiabat ad eorum, quae dicta ſunt, ſublimitatem, ſed modo deſperat, poſſe de illis audire. Sed vnde Samaritanis expectatio aduentus Chriſti? A Moſaicis ſcripturis. Scripſit enim Moſes, Prophetam ſuſcitabit vobis Deus de fratribus veſtris: tanquam me illum audietis.

Verſ. 26. *Dicit — tecum.* Iudaeis inſtantibus ac dicentibus, Quoadusque animam noſtram ſuſpenſam tenes, dic nobis, an tu ſis Chriſtus? non reſpondit hoc manifeſte: huic autem protinus ſe ipſum manifeſtauit: nam haec aequior illis erat. Siquidem ipſi non, vt crederent, diſcere quaerebant, ſed vt reprehenderent: ipſa vero ſtatim, poſtquam didicit, credidit.

Verſ. 27. *Et — eius.* In hoc, id eſt, his dictis.

Verſ. 27. *Ac — loqueretur.* Quod quum talis eſſet, cum vili muliere diſputaret.

Verſ. 27. *Nemo — illa?* Tacuerunt, honorem ipſi deferentes: ſiquidem inſtructi erant, ne omnia magiſtri facta curioſe inquirerent: ſimul etiam ſciebant, quod ſpiritualibus illius vulneribus pharmacum apponeret.

Verſ. 28. *Reliquit — v. 29. Chriſtus?* Venerat ad ſenſibilem fontem, et inuenit intellectualem: atque accenſa eſt igne ſpiritualium vndarum, adeo, vt et hydriam relinqueret et neceſſitatem, propter quam acceſſerat, curreretque in ciuita-

*) Non cepit hoc Hentenius. Eſt enim vertigine corripi, quod ſolet accidere iis, qui excelſa intuentur, aut ex loco edito deorſum ſpectant. Reddi-

dit

Vers. 25. Λέγει — πάντα. Ἰλιγγίασε[9]) πρὸς τὸ τῶν ῥηθέντων ὕψος, καὶ λοιπὸν ἀπαγορεύει τὴν περὶ τῶν τοιούτων ἀκρόασιν. ἀλλὰ πόθεν σαμαρείτις προσδοκία τῆς τοῦ χριστοῦ ἐπιδημίας; ἀπὸ τῶν μωσαϊκῶν γραφῶν. ἔγραψε γὰρ μωϋσῆς· προφήτην[b]) ὑμῖν ἀναστήσει κύριος ὁ θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ. αὐτοῦ ἀκούσεσθε. b) Deut. 18, 15.

Vers. 26. Λέγει — σοι. Τοῖς μὲν ἰουδαίοις ἐπικειμένοις καὶ λέγουσιν· ἕως[c]) πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις; εἰπὲ ἡμῖν, εἰ σὺ εἶ ὁ χριστός; ἐκ ἀπεκρίνατο τοῦτο σαφῶς. ταύτῃ δὲ αὐτίκα ἑαυτὸν ἐφανέρωσεν. εὐγνωμονεστέρα γὰρ αὐτῶν ἦν. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ, ἐχ ἵνα πιστεύσωσιν ἐζήτουν μαθεῖν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ κωμῳδῆσαι αὐτόν. αὕτη δὲ μαθοῦσα, ἐπίστευσε. c) Io. 10, 24.

Vers. 27. Καὶ — αὐτοῦ. Ἐπὶ τούτῳ, ἀντὶ τοῦ, τούτων λεγομένων.

Vers. 27. Καὶ — ἐλάλει. Ὅτι, τηλικοῦτος ὢν, μετὰ γυναικὸς εὐτελοῦς διελέγετο.

Vers. 27. Οὐδεὶς — αὐτῆς; Ἐσίγησαν, τιμῶντες αὐτόν. πεπαιδευμένα γὰρ, τὸ μὴ πάντα τὰ τοῦ διδασκάλου περιεργάζεσθαι. ἅμα δὲ καὶ ἐγίνωσκον, ὅτι τοῖς ψυχικοῖς τραύμασιν αὐτῆς φάρμακον ἐπιτίθησιν.

Vers. 28. Ἀφῆκεν — v. 29. χριστός; Ἦλθεν ἐπὶ τὴν αἰθητὴν πηγὴν, εὑροῦσα δὲ τὴν νοητὴν, ἵτως ἀνήφθη τῷ πυρὶ τῶν πνευματικῶν νομάτων, ὡς καὶ τὸ ἄγγος ἀφεῖναι, καὶ τὴν χρείαν, δι' ἣν παρεγένετο, καὶ δραμεῖν εἰς τὴν πόλιν,

dit ita, ac si repererit κέχηνε, quod ipsum non absurdum est, quo sensu Gregorius Naz. p. 159. dixit, πρὸς τοὺς ἀέρας.

ciuitatem, ac populum omnem ad Iesum attraheret: docens nos, quum spiritualia nacti fuerimus, temporalia cuncta despicere.

Et videte mulieris sapientiam. Non dixit, Venite, videte Christum, quum tamen crederet esse Christum: ne de huiusmodi re a seipsa iudicare videretur: maximum enim videbatur, cognoscere eum, qui expectabatur, sed alios vocat iudices. Vtque illos magis attrahat, offert eis veluti quandam escam, suorum videlicet peccatorum detectionem. Sciebat enim, quod si sermones illius vel solum gustarent, protinus et ipsi irretirentur. Num hic est Christus? hoc est, Num fortassis hic est? Nam haesitando loquitur, tanquam addubitans, vt ab illis detur sententia.

Vers. 30. *Exierunt* — v. 31. *comede.* Videntes eum ab itinere defessum, et ab imminente solari ardore, rogabant eum. Nam hoc in loco ἠρώτων idem significat, quod Deprecabantur: id autem vehementis est amoris, non temeritatis.

Vers. 32. *At ille* — v. 33. *quod ederet?* Ipse quidem cibum dicebat, hominum salutem: discipuli vero de cibo sensibili intelligentes, haesitant inter se: nam illum interrogare verebantur. Tunc ergo verbum interpretatur.

Vers. 34. *Dicit* — *opus.* Voluntas patris, qui ipsum miserat, et opus illius Christo iniunctum, salus est hominum: hanc autem vocat cibum suum, ostendens per hanc vocem desiderium, quod de hominum habebat salute. Nam sicut qui edit, cibum concupiscit: ita et ipse hominum salutem. Dicit autem se a patre missum,

vel

πόλιν, καὶ πάντα τὸν δῆμον ἐλκύσαι πρὸς τὸν ἰησοῦν, παιδεύσασα ἡμᾶς, ὅταν ἐντύχωμεν πνευματικοῖς, ὑπερορᾶν πάντων τῶν βιωτικῶν.

Καὶ ὅρα σοφίαν γυναικός. ἐκ εἶπε, δεῦτε, ἴδετε τὸν χριστόν· καίτοι πιστεύουσα, ὅτι ὁ χριστός ἐστιν· ἵνα μὴ δόξῃ κρίνειν ἀφ' ἑαυτῆς περὶ τηλικούτου πράγματος· μέγιστον γὰρ ἐδόκει, τὸ ἐπιγνῶναι τὸν προσδοκώμενον· ἀλλ' ἑτέρας καλεῖ κριτάς, ἵνα καὶ μᾶλλον αὐτὰς ἐπισπάσηται. προτείνει δὲ τέτοις, καθάπερ τι δέλεαρ, τὴν ἀποκάλυψιν τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν. ἐγίνωσκε γὰρ, ὡς εἰ μόνον γεύσωνται τῶν λόγων αὐτοῦ, σαγηνευθήσονται καὶ αὐτοὶ παραυτίκα. τὸ δὲ, μήτι οὗτός ἐστιν ὁ χριστός; ἀντὶ τοῦ, μήποτε οὗτός ἐστιν; ὑποκρίνεται γὰρ, οἷον ἐπιδιστάζειν, ὥστε παρ' αὐτῶν γενέσθαι τὴν κρίσιν.

Verſ. 30. Ἐξῆλθον — v. 31. Φάγε. Ὁρῶντες αὐτὸν κεκμηκότα, ὑπό τε τῆς ὁδοιπορίας καὶ τῆς ἐπικειμένης ἡλιακῆς φλογὸς, ἠρώτων αὐτὸν, ἤτοι, παρεκάλουν φαγεῖν. τοῦτο δὲ φιλοτοργίας ἦν, καὶ προπετείας.

Verſ. 32. Ὁ δὲ — v. 33. Φαγεῖν; Αὐτὸς μὲν βρῶσιν ἔλεγε, τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων· οἱ μαθηταὶ δὲ περὶ βρώσεως αἰθητῆς νοοῦντες, ἀπορεῦσι πρὸς ἀλλήλους. ἠυλαβοῦντο γὰρ ἐκεῖνον ἐρωτῆσαι. λοιπὸν ἓν ἑρμηνεύει τὸν λόγον.

Verſ. 34. Λέγει — ἔργον. Θέλημα τοῦ πέμψαντος αὐτὸν πατρὸς, καὶ ἔργον αὐτοῦ ἐπιταγὴν αὐτῷ, ἡ σωτηρία τῶν ἀνθρώπων. ταύτην δὲ βρῶσιν ἑαυτοῦ καλεῖ, διὰ τῆς λέξεως ταύτης ἐμφαίνων τὴν ἐπιθυμίαν τῆς σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων. ὥσπερ γὰρ ὁ τρώγων ἐπιθυμεῖ τῆς βρώσεως· ἔτω καὶ αὐτὸς τῆς σωτηρίας ἡμῶν. πεμφθῆναι δὲ παρὰ τοῦ πατρός, φησιν, ὡς ἄνθρωπος,

vel tanquam homo, vel ſicut verbum quod a patre generatur, vel patri honorem deferendo.

Verſ. 35. *Nonne — iam.* Diſcipuli quidem de ſenſibili meſſe dicebant, ipſe vero de intellectuali nunc loquitur, et hanc oſtendit inſtare. Regiones appellans multitudinem venientium ad ſe Samaritanorum: albas autem dicit eas, tanquam ad fidem paratos illos. Nam et fides meſſis eſt, quae ab infidelitate metitur vel ſeparatur, et confertur ad Chriſtum. Quemadmodum enim albae ſegetes paratae ſunt ad meſſem, ita et illi ad fidem.

Verſ. 36. *Et — accipit.* Et qui tales metit regiones, retributionem a Deo ſumit: vniuerſalius namque loquitur hic de omnibus Samaritanis ac Iudaeis, qui erant crediturі.

Verſ. 36. *Et — aeternam.* Qui ſenſibilem metit agrum, congregat fructum ad vitam temporalem, hic autem ad vitam aeternam.

Verſ. 36. *Vt — qui metit.* Vt congregato ibi tali fructu, et qui ſeminauit ſimul gaudeat, et qui meſſuit, videntes ſcilicet, eum ibi congregatum, ac mercedem ex eo referentes: ille quidem, tanquam qui ſeminauit, iſte vero, ſicut qui meſſuit.

Seminantes itaque ſunt prophetae, Moſes et qui poſt illum fuerunt, vt qui vaticinia de Chriſto ſeminauerunt: metentes autem Apoſtoli, qui meſſuerunt homines ab infidelitate, ac retulerunt ad horrea aeternorum tabernaculorum.

Verſ. 37. *In — qui metit.* Verus eſt ſermo prouerbii.

Verſ. 38.

[b]) τῆς, omittit. B.

πος, ἢ καὶ ὡς λόγος ἐκ τῦ γεννήσαντος νῦ, ἢ καὶ ὡς τιμῶν τὸν πατέρα.

Verſ. 35. Οὐχ — ἤδη. Οἱ μαθηταὶ μὲν περὶ τῦ αἰσθητῦ θερισμῦ ἔλεγον· αὐτὸς δὲ νῦν περὶ τῦ νοητῦ φησὶ, καὶ δείκνυσι τῦτον ἐνεσῶτα· χώρας μὲν ὀνομάζων, τὰ πλήθη τῶν ἐρχομένων ἤδη πρὸς αὐτὸν σαμαρειτῶν· λευκὰς δὲ αὐτὰς καλῶν, ὡς ἑτοίμας πρὸς πίστιν. θερισμὸς γὰρ καὶ ἡ πίστις, θερίζεσα ἀπὸ τῆς [1]) ἀπιστίας, καὶ συγκομίζεσα πρὸς τὸν χριστόν. ὥσπερ γὰρ τὰ λευκὰ γήδια ἕτοιμα πρὸς θερισμόν εἰσιν· ἕτω κἀκῶνοι πρὸς πίστιν.

Verſ. 36. Καὶ — λαμβάνει. Καὶ ὁ θερίζων τοιαύτας χώρας, ἀμοιβὴν ἐκ θεῦ λαμβάνει. καθολικώτερον γὰρ ἐνταῦθα περὶ πάντων λέγει τῶν μελλόντων πιστεύειν σαμαρειτῶν καὶ ἰουδαίων.

Verſ. 36. Καὶ — αἰώνιον. Ὁ μὲν θερίζων αἰσθητὸν γήδιον, συνάγει καρπὸν εἰς ζωὴν πρόσκαιρον· ἕτος δὲ, εἰς ζωὴν αἰώνιον.

Verſ. 36. Ἵνα — θερίζων. Ἵνα, συναχθέντος ἐκεῖ τῦ τοιῦτῦ καρπῦ, καὶ ὁ σπείρας ὁμῦ χαίρῃ καὶ ὁ θερίσας, βλέποντες αὐτὸν συναχθέντα ἐκεῖ, καὶ τοὺς ὑπὲρ αὐτῦ μισθοὺς ὁμοῦ κομιζόμενοι, ὁ μὲν, ὡς σπείρας, ὁ δὲ, ὡς θερίσας.

Σπείροντες μὲν ἂν εἰσιν, οἱ προφῆται, μωυσῆς καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον· οἷα σπείραντες τὰς περὶ χριστῦ προρρήσεις· θερίζοντες δὲ, οἱ ἀπόστολοι· θερίσαντες τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τῆς ἀπιστίας, καὶ συγκομίσαντες εἰς τὰς ἀποθήκας τῶν αἰωνίων σκηνῶν.

Verſ. 37. Ἐν — θερίζων. Ὁ λόγος ὁ ἀληθινὸς, τῆς παροιμίας.

Verſ. 38.

Verſ. 38. *Ego — laboraſtis.* Id eſt, ad quod vos non laboraſtis.

Verſ. 38. *Alii — introiſtis.* Haec dicit, oſtendens, quod opus illis commiſſum facile et in promtu eſt, ac confidentiam eis inde immittens: vtpote perfecto eo, quod laborioſius eſt: Seminare namque cum labore fit et tarditate, metere vero cum requie et velocitate: et ſementis fructus eſt meſſis.

Frequenter autem vſus eſt in euangelio figuratiuis ac metaphoricis dictionibus, efficaciorem reddens doctrinam, et memoriam eorum, quae dicuntur, ſtabiliorem, per notas ſimilitudines et exempla: tum quod iucundius id in aures ingreditur, tum quod profundius cordi inprimitur: et ſermones quidem ſunt ſenſibiles: intellectus vero ſpirituales.

Verſ. 39. *Ex — feci.* Quaecunque, intellige de viris, et de eo, qui non erat vir eius. Aut etiam alia fortaſſis multa dixit ei, quae erant occulta.

Verſ. 40. *Quum — apud ſe ipſius.* Hic rurſum ἠρώτων, idem ſignificat, quod Obſecrabant.

Verſ. 40. *Et* — v. 41. *ipſius.* Sermonem autem ipſius, hoc eſt, doctrinam illius.

Verſ. 42. *Et — Chriſtus.* Ex his, quae eum docentem audiuerant, cognouerunt, quod hic vere eſſet ſaluator mundi Chriſtus, quod orbe perdito, veniſſet hic, vt ipſum ſaluaret. Fuerunt autem

[2]) τῆς διδασκαλίας.
[3]) τῆς μνήμης.
[4]) Hoc et proximum ſcholium apud Hentenium coniunctum eſt.

Vers. 38. Ἐγὼ — κεκοπιάκατε. Εἰς ὃ οὐχ ὑμεῖς κεκοπιάκατε.

Vers. 38. Ἄλλοι — εἰσεληλύθατε. Ταῦτα λέγει, δεικνύων, ὅτι τὸ ἐγχειρισθὲν τούτοις ἔργον, ῥᾴδιόν ἐστι καὶ εὔκολον, καὶ θάρσος αὐτοῖς ἐντεῦθεν ἐμβάλλων, ὡς τοῦ ἐπιπονωτέρου προανυθέντος. τὸ σπείρειν μὲν γὰρ, μετὰ πόνου καὶ βραδέως γίνεται· τὸ θερίζειν δὲ, μετὰ ἀνέσεως καὶ ταχέως, καὶ τοῦ σπόρου ἔργον, τὸ θέρος.

Τροπικαῖς δὲ καὶ μεταφορικαῖς κέχρηται λέξεσι πολλαχοῦ τοῦ εὐαγγελίου, ποιῶν τὴν διδασκαλίαν ἐμφαντικωτέραν, καὶ τὴν μνήμην τῶν λεγομένων μονιμωτέραν, διὰ τῶν γνωρίμων εἰκόνων καὶ παραδειγμάτων· τῆς [2]) μὲν ἡδύτερον εἰσδυομένης ταῖς ἀκοαῖς· τῆς [3]) δὲ βαθύτερον ἐντυπουμένης τῇ καρδίᾳ. καὶ αἰσθητὰ μὲν τὰ ῥήματα· πνευματικὰ δὲ τὰ νοήματα.

Vers. 39. Ἐκ — ἐποίησα. Πάντα, νόησον, τὰ περὶ τοὺς ἄνδρας, καὶ τὸν οὐκ ἄνδρα. ἢ καὶ ἄλλα ἴσως εἶπεν αὐτῇ πολλὰ κεκρυμμένα.

Vers. 40. Ὡς — παρ' αὐτοῖς. [4]) Παρεκάλουν αὐτόν.

Vers. 40. Καὶ — v. 41. αὐτοῦ. Τὸν τῆς διδασκαλίας.

Vers. 42. Τῇ — χριστός. Ἐξ ὧν ἤκουσαν αὐτοῦ διδάσκοντος, ἔγνωσαν, ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ σωτὴρ τοῦ κόσμου, ὁ χριστὸς, ὅτι, τῆς οἰκουμένης ἀπολωλυίας, ἦλθεν οὗτος σῶσαι αὐτήν.

autem Samaritani multo aequiores Iudaeis: illi enim exiuerunt ad eum et orabant illum, vt veniret ad se, quumque nullum vidissent signum, crediderunt in eum: Iudaei vero ad se magis venientem persequebantur, et apud se manere volentem, grauiter ferebant, quumque multa vidissent signa, non credebant. Quomodo ergo aequum erat, vt hos praeteriret? aut qua iustitia fieri poterat, vt illis, qui se odio habebant, adesset, hos autem, qui amabant, desereret?

Alio autem tempore Samaritani non exceperunt eum, vtpote amicum Iudaeorum, qui aduersus se inimicitias exercebant. Nam hoc scripsit Lucas trigesimo secundo capite. Sed illi erant alii ab istis: illi siquidem vicum quendam Samariae inhabitabant, isti vero ciuitatem.

Vers. 43. *Post* — v. 44. *haberet.* Cur non abierit tunc recta Capernaum, quae patria ipsius habebatur, causam reddit: quia videlicet hi, qui in ea morabantur, animum non applicabant, nec obtemperabant illi, vtpote familiares: siquidem familiaritas facile causat despectum.

Quomodo autem testatus sit Iesus, quod propheta in patria sua honorem non habeat, quaere in fine vigesimi quarti capitis euangelii iuxta Matthaeum et inuenies. Nazaret quidem patria eius erat, patria videlicet matris ipsius, in qua etiam nutritus fuerat. Capernaum vero habebatur patria illius, quod in ea habitaret. Ait enim Matthaeus, quod relicta Nazaret, veniens habitauit Capernaum.

Vers. 45.

5) καθόλου μὲν ἀπῆλθεν εἰς τὴν γαλιλαίαν, ἧς ἦ καπερναούμ· οὐκ ἰδικῶς δὲ, ἤτοι ἐξαιρέτως, ἦλθεν εἰς καπερναούμ.

τὴν. εὐγνωμονέστεροι δὲ πολλῷ τῶν Ἰουδαίων οἱ σαμαρεῖται. οὗτοι μὲν καὶ ἐξῆλθον πρὸς αὐτὸν, καὶ παρεκάλουν αὐτὸν, μεῖναι παρ' αὐτοῖς, καὶ μηδὲν σημεῖον ἰδόντες ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν· ἐκεῖνοι δὲ, ἐρχόμενον μᾶλλον πρὸς αὐτοὺς ἐδίωκον, καὶ θέλοντα μένειν παρ' αὐτοῖς ἐβαρύνοντο, καὶ πολλὰ σημεῖα βλέποντες, ἠπίστουν. πῶς οὖν εἰκὸς, τούτους παραδραμεῖν, ἢ ποίας δικαιοσύνης, τοῖς μὲν μισοῦσι προσεδρεύειν, τῶν δὲ ἀγαπώντων ἀποπηδᾶν;

Ἐν ἑτέρῳ δὲ καιρῷ οἱ σαμαρεῖται οὐκ ἐδέξαντο αὐτὸν, ὡς Φίλων Ἰουδαίων, τῶν ἐχθραινόντων αὐτοῖς. τοῦτο γὰρ ὁ λουκᾶς d) ἱστόρησεν ἐν τῷ τριακοστῷ δευτέρῳ κεφαλαίῳ. ἀλλ' ἐκεῖνοι ἕτεροι ἦσαν παρὰ τούτους. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ κώμην τινὰ τῆς σαμαρείας ᾤκουν· οὗτοι δὲ, πόλιν. d) Luc. 9, 52. 53.

Vers. 43. Μετὰ — v. 44. ἔχει. Διότι τότε ἐκ παλαιστίνης ἐξῆλθεν ἰδικῶς e) εἰς καπερναούμ, τὴν δοκοῦσαν πατρίδα αὐτῷ, τίθησιν αἰτίαν, ὅτι ἐπροσεῖχον αὐτῷ οἱ ἐν αὐτῇ, καταφρονοῦντες, ὡς συνήθους. τὸ σύνηθες γὰρ εὐκαταφρόνητον.

Πῶς δὲ ὁ ἰησοῦς ἐμαρτύρησεν, ὅτι προφήτης ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι τιμὴν ἐκ ἔχει; f) καὶ ζήτησον ἐν τῷ τέλει τοῦ εἰκοστοῦ τετάρτου g) κεφαλαίου τοῦ κατὰ ματθαῖον, καὶ εὑρήσεις. καὶ γὰρ ἡ μὲν ναζαρὲτ ἦν πατρὶς αὐτοῦ, ὡς πατρὸς τῆς μητρὸς αὐτοῦ καὶ τοῦ δοκοῦντος πατρὸς αὐτοῦ, καὶ ὡς ἐν αὐτῇ τεθραμμένου· ἡ δὲ καπερναούμ ἐδόκει πατρὶς αὐτοῦ, ὡς κατοικοῦντος εἰς αὐτήν. φησὶ γὰρ ὁ ματθαῖος, ὅτι h) καταλιπὼν τὴν ναζαρὲτ, ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς καπερναούμ. e) Matt. 13, 57. f) Matth. 4, 13.

e) καὶ, abest. A. Nec agnoscit Hentenius. Idem paullo ante, loco τοῦ, videtur legisse πῶς.

Verſ. 45. *Quum — feſto.* Galilaeam intellige reliquas Galilaeae ciuitates ac vicos, praeter eam quae proprie ciuitas eius dicebatur. Feſtum vero, paſcha, veluti ſecundo capite ſignificatum eſt.

Verſ. 45. *Nam et ipſi — feſtum.* Nam omnes ſimul Iudaei Ieroſolymam vndique concurrentes feſtum celebrabant.

Cap. VI. De regio.

Verſ. 46. *Venit — vinum.* In Galilaeam quidem venit propter eorum inuidiam, qui Iudaeam inhabitabant: in patriam autem ſuam non abiit, quia ei non auſcultabant, et ne maior eis accederet condemnatio. In Cana venit: primum quidem inuitatus ad nuptias, nunc vero, vt fidem quae ex facto prius miraculo acceſſerat, ſua praeſentia confirmaret: imo potius eos attraheret, veniens non vocatus, ac patriae ſuae eos praeponens.

Verſ. 46. *Et — Capernaum.* Regius dicebatur, vel quod regio eſſet genere, vel quod dignitatem nactus erat, a qua Regius cognominabatur, vel quod miniſter eſſet regius. Quidam itaque dicunt, hunc fuiſſe Centurionem, de quo apud Matthaeum et Lucam facta eſt mentio. Non eſt autem ita. Siquidem, vt alias eorum differentias omittamus, ille Centurio erat, hic Regius: illius ſeruus aegrotabat, huius filius: et ibi morbus erat paralyſis, hic autem febris.

Verſ. 47. *Hic — morituru.* Rurſum ἠρώτα, ſignificat, Deprecabatur.

Verſ. 48.

[7]) Γὰρ ergo, quod vnus meorum omittit, Codex Hentenii videtur habuiſſe.

[8]) ἐρχόμενοι. A.

Vers. 45. Ὅτε — ἑορτῇ. Γαλιλαίαν νόει, τὰς ἄλλας πόλεις καὶ κώμας τῆς γαλιλαίας, παρὰ τὴν δηλωθεῖσαν ἰδικῶς πατρίδα αὐτοῦ· ἑορτὴν δὲ, τὴν τῶ πάσχα, ὡς ἐν τῷ δευτέρῳ κεφαλαίῳ δεδήλωται.

Vers. 45. Καὶ αὐτοὶ γὰρ [7]) — ἑορτήν. Ὁμῶ γὰρ ἐν ἱεροσολύμοις ἑβραῖοι πάντες πανταχόθεν [8]) συνερχόμενοι ἑόρταζον.

Κεφ. ς. Περὶ τοῦ βασιλικοῦ.

Vers. 46. Ἦλθεν — οἶνον. Εἰς τὴν γαλιλαίαν μὲν ἦλθε, διὰ τὸν φθόνον τῶν κατοικούντων τὴν ἰουδαίαν· εἰς τὴν ξηθεῖσαν δὲ πατρίδα αὐτῶ ἐκ ἀπῆλθεν, ὡς μὴ προσέχουσαν αὐτῷ, καὶ ἵνα μὴ μεῖζον αὐτῇ γένηται τὸ κρίμα. εἰς τὴν κανὰ δὲ ἦλθε, πρῶτον μὲν, κληθεὶς εἰς τὸν γάμον· νῦν δὲ, τὴν ἀπὸ τῶ προγεγονότος θαύματος ἐγγενομένην πίστιν βεβαιῶν τῇ παρουσίᾳ, καὶ μᾶλλον αὐτὸς ἐφελκόμενος, ὡς ἐλθὼν αὐτόκλητος καὶ προτιμήσας αὐτὸς τῆς πατρίδος.

Vers. 46. Καὶ — καπερναούμ. Βασιλικὸς ἐλέγετο, ἢ ὡς ἐκ γένους βασιλικῶ, ἢ ὡς ἀξίωμά τι κεκτημένος, ἀφ' οὗπερ ἐκαλεῖτο βασιλικὸς, ἢ ὡς ὑπηρέτης βασιλικός. τινὲς μὲν οὖν φασὶν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ παρὰ τῷ ματθαίῳ [9]) καὶ τῷ λουκᾷ μνημονευόμενος ἑκατόνταρχος· ἐκ ἔστι δέ. καὶ γὰρ, ἵνα τὰς ἄλλας ἐάσωμεν διαφορὰς αὐτῶν, ἐκεῖνος μὲν ἑκατόνταρχος· οὗτος δὲ βασιλικός· κἀκεῖνῳ μὲν δῶλος ἠθέλει· τούτῳ δὲ υἱός· καὶ ἐκεῖ μὲν ἡ νόσος παράλυσις· ἐνταῦθα δὲ πυρετός.

[9]) Matth. 8, 5. Luc. 7, 2.

Vers. 47. Οὗτος — ἀποθνήσκειν. Ἠρώτα, ἤτοι, παρεκάλει.

Verſ. 48. *Ait — credetis.* Non interrogatiue, ſed affirmatiue legendum. Nam hoc dixit generaliter quidem deprimendo Iudaeos cum Samaritanis collatos: quod illi absque ſignis et prodigiis credidiſſent: particularius autem Regium obiurgando: etſi enim fidei erat, quod abiiſſet et deprecatus eſſet, ac vrgeret eum. Siquidem euangeliſta quoque ait, quod quum dixiſſet Ieſus, Vade filius tuus viuit, credidit homo ſermoni, quem dixerat ei: nondum tamen recte credebat: et hoc manifeſtum eſt, eo quod interrogauerit, quando aegrotantem reliquiſſet febris: volebat namque diſcere, vtrum caſu, an Chriſti iuſſu, hoc factum eſſet.

Verſ. 49. *Dicit* — v. 50. *ibat.* Deſcende, inquit, priusquam moriatur: exiſtimabat enim, quod poſt mortem eum reſuſcitare non poſſet.

Verſ. 51. *Iam* — v. 52. *habuiſſet.* Quanquam κομψὸς dicatur ſcitus, induſtrius aut eloquens: hic tamen comparatiuum κομψότερον ſignificat facilius, leuius, tolerabilius.

Verſ. 52. *Et — febris.* Nam procul a Cana erat Capernaum: itaque non potuerunt eodem die perferre nuntium de ſalute filii eius.

Verſ. 53. *Cognouit — viuit.* Quod in illa hora, puta, reliquerat eum febris.

Verſ. 53. *Et — tota.* Nunc perfecte credidit, vbi ſanatus eſt filius ipſius. Merito ergo obiurgauit eum Chriſtus, qui cor illius nouerat, dicens: Niſi ſigna et prodigia videritis, nequaquam credetis.

Signa

9) Non eſt ſollicitandum hoc vocabulum, etſi Hentenius reddiderit, *tolerabilius.* Nam ἐλευθέριος recen-

Vers. 48. Εἶπεν — πιστεύητε. Οὐ κατ' ἐρώτησιν ἀναγνωστέον, ἀλλὰ κατὰ ἀπόφασιν. εἶπε γὰρ τοῦτο κοινῶς μὲν, τῶν σαμαρειτῶν ὑποβιβάζων τοὺς ἰουδαίους, ὡς ἐκείνων πιστευσάντων δίχα σημείων καὶ τεράτων· ἰδιαίτερον δὲ, τὸν βασιλικὸν καθαπτόμενος. εἰ γὰρ καὶ πίστεως ἦν, τὸ ἀπελθεῖν, καὶ παρακαλεῖν, καὶ ἐπείγειν αὐτόν· καὶ γὰρ καὶ ὁ εὐαγγελιστής φησιν· ὅτι h) εἰπόντος h) Io. 4, 50.
τοῦ ἰησοῦ· πορεύου, ὁ υἱός σου ζῇ· ἐπίστευσε τῷ λόγῳ αὐτοῦ· ἀλλ' ἓν οὐχ ὑγιῶς ἐπίστευσε. καὶ τοῦτο δῆλον ἀπὸ τοῦ πυνθάνεσθαι, πότε ἀφῆκε τὸν πυρετὸν ὁ πυρετός. ἐβούλετο γὰρ μαθεῖν, εἴτε αὐτομάτως, εἴτε κατ' ἐπιταγὴν τοῦ χριστοῦ τοῦτο γέγονε.

Vers. 49. Λέγει — v. 50. ἐπορεύετο. Κατάβηθι, φησι, πρὶν ἀποθανεῖν τὸ παιδίον μου. προσεδόκα γὰρ, ὅτι μετὰ τὸ ἀποθανεῖν, οὐ δύναται ἀναστῆσαι αὐτό.

Vers. 51. Ἤδη — v. 52. ἔσχε. Κομψότερον ἐνταῦθα λέγει, τὸ ῥᾳδιότερον, τὸ κουφότερον, τὸ i) ἐλευθεριώτερον. i) recentiores etiam vsurpant de conualescentibus.

Vers. 52. Καὶ — πυρετός. Πέρῥω γὰρ τῆς κανὰ ἡ καπερναούμ ἦν, ὥστε μὴ δυνηθῆναι αὐτοὺς ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ κομίσαι τὰ εὐαγγέλια τῆς ζωῆς τοῦ παιδίου.

Vers. 53. Ἔγνω — ζῇ. Ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, δηλονότι ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ πυρετός.

Vers. 53. Καὶ — ὅλη. Νῦν ἐπίστευσεν ὑγιῶς, μετὰ τὸ ὑγιάναι τὸν υἱὸν αὐτοῦ. καλῶς ἓν καθήψατο αὐτοῦ, ὁ τὴν καρδίαν αὐτοῦ γινώσκων χριστὸς, εἰπών· ὅτι i) ἐὰν μὴ σημεῖα καὶ τέρατα i) Io. 4, 48.
ἴδητε, οὐ μὴ πιστεύσητε.

Signa quidem proprie sunt, quae secundum naturam fiunt, vt sanare aegrotum: prodigia vero, quae supra naturam, vt viuificare mortuos, visum praestare caecis, quanquam abusiue etiam dicantur ediuerso.

Vers. 54. *Hoc — Galilaeam.* Et prius quum dixisset, Venit rursum Iesus in Cana Galilaeae, vbi fecerat ex aqua vinum, non frustra miraculi fecit mentionem: sed vt ostenderet, quod etiam facto illo signo Samaritanis inferiores in fide inuenti sunt. Et nunc quoque dicens, Hoc iterum secundum signum edidit Iesus, similiter carpit illos, quia etiam secundo signo viso, non potuerunt ad mensuram peruenire fidei Samaritanorum, qui nullum viderant.

Hoc autem dixit secundum, non quod post primum nullum aliud ediderit in tota Palaestina, sed quod post primum, hoc secundum in Cana factum sit.

Cap. V. v. 1. *Post — Iudaeorum.* Pentecoste.

Vers. 1. *Et — Ierosolyma.* Continue in festis ad hanc ciuitatem ventitabat: partim quidem, vt cum caeteris festum celebraret secundum legem: partim vero, vt simplicium multitudinem attraheret. Nam in festis ex omni plebe confluebant.

Vers. 2. *Est — Bethesda.* Est Ierosolymis piscina in loci situ, qui dicitur Probatica: aut simpliciter ita dicto iuxta veterum traditionem, aut vt quidam dicunt, quod oues (quae Graecis πρόβατα

[1]) οἱ ἐν τῇ γαλιλαίᾳ.
[2]) ἀφικέσθαι. A. male. Forte tamen ita reperierit interpres.

Κυρίως δὲ σημεῖα μέν εἰσι, τὰ κατὰ φύσιν, ὡς τὸ ὑγιάζειν νοσοῦντας· τέρατα δὲ, τὰ ὑπὲρ φύσιν, ὡς τὸ ζωοποιεῖν νεκροὺς καὶ ὀμματοῦν τυφλούς. καταχρηστικῶς δὲ λέγονται καὶ τοὐναντίον.

Vers. 54. Τοῦτο — γαλιλαίαν. Καὶ πρότερον εἰπών· ὅτι ἦλθε k) πάλιν ὁ ἰησοῦς εἰς τὴν κανὰ τῆς γαλιλαίας, ὅπου ἐποίησε τὸ ὕδωρ οἶνον· ἀμάτην ἀνέμνησε τοῦ θαύματος, ἀλλ' ἐμφαίνων, ὅτι καὶ τούτου γεγονότος, ἐλάττες [1]) τῶν σαμαρειτῶν εἰς πίστιν ἐφάνησαν. καὶ νῦν δὲ λέγων· ὅτι τοῦτο πάλιν δεύτερον σημεῖον ἐποίησεν ὁ ἰησοῦς· ὁμοίως καθάπτεται αὐτῶν, ὅτι καὶ δεύτερον σημεῖον ἰδόντες, οὐκ ἠδυνήθησαν ἐφικέσθαι [2]) τοῦ μέτρου τῆς πίστεως τῶν οὐδὲν ἑωρακότων σαμαρειτῶν. k) Io. 4, 46.

Δεύτερον γὰρ τοῦτο εἶπεν, οὐχ ὡς μετὰ τὸ πρῶτον [3]) μηδενὸς ἑτέρου παρὰ τοῦτο γεγονότος ἐν ὅλῃ τῇ παλαιστίνῃ, ἀλλ' ὅτι μετὰ τὸ πρῶτον δεύτερον τοῦτο ἐν κανὰ γέγονε.

Cap. V. v. 1. Μετὰ — ἰουδαίων.

Ἡ πεντηκοστή.

Vers. 1. Καὶ — ἱεροσόλυμα. Συνεχῶς ἐν ταῖς ἑορταῖς ἐπιχωριάζει τῇ πόλει ταύτῃ, τοῦτο μὲν, συνεορτάζων διὰ τὸν νόμον· τοῦτο δὲ, τὰ πλήθη τῶν ἀπονήρων ἐπισπώμενος. ἐν ταῖς ἑορταῖς γὰρ ἐκεῖ πανδημεὶ συνέρρεον.

Vers. 2. Ἔστι — βηθεσδά. Ἔστιν ἐν ἱεροσολύμοις κολυμβήθρα, ἐπὶ τῇ τοποθεσίᾳ τῇ καλουμένῃ προβατικῇ. οὕτω δὲ ταύτην ὀνόμαζον ἁπλῶς, κατὰ παράδοσιν ἀρχαίαν. ἢ ὥς τινες

[3]) μηδέν. B.

προβατα appellantur) olim illuc congregarentur, quae in festis erant immolandae: et harum intestina in aqua illa purgarentur.

Vers. 2. *Quinque porticus habens.* Fornices aut testudines: has autem in circuitu habebat. Sicut ergo diuina prouidentia, quae ibi operabatur, piscina fabricata erat, ita et porticus propter aegrotantes.

Vers. 3. *In* — v. 4. *morbo.* Per enumeratos morbos alii quoque significati sunt. Dicens autem, statuto tempore descendebat, docuit, quod non semper fiebat miraculum, sed certis temporibus: hominibus quidem incognitis, verum frequenter, vt opinor, in anno: propter hoc siquidem in porticibus decumbebat multitudo magna languentium.

Verum caeteri sane, vtpote claudi et aridi, poterant tempus obseruare: nam videbant turbari aquam: caeci autem quomodo factam aquae turbationem cognoscebant? Habebant certe ministros, qui id obseruarent.

Illa vero piscina figura erat piscinae sacri baptismi: sicut enim illa morbos sanabat, ita et ista: sed illa quidem corporales: haec vero spirituales: illa statuto tempore, haec autem semper: illa descendente angelo, haec adueniente spiritu sancto: nam maiora sunt noua veteribus.

Cap.

4) Immo γ. Vide Eustath. ad Hom. p. 1390. v. 54. edit. Rom.

λέγουσι, διὰ τὸ ἐκεῖσε τὰ πρόβατα συνάγεσθαι πάλαι, τὰ μέλλοντα ἐν ταῖς ἑορταῖς θυσιάζεσθαι, καὶ τὰ τέτων ἔγκατα ἐξ ἐκείνου τῦ ὕδατος ἀποπλύνεσθαι.

Vers. 2. Πέντε στοὰς ἔχουσα. Στοά ἐστιν, ἡ παρ' ἡμῖν λεγομένη καμάρα, ἢ καὶ [4]) ὁ θόλος· κύκλῳ δὲ ταύτας εἶχεν. ὡς ἓν θείας δυνάμεως ἐνεργούσης ἐκεῖ, κολυμβήθρα κατεσκεύασο, καὶ στοαί, διὰ τὺς νοσῦντας.

Vers. 3. Ἐν — v. 4. νοσήματι. Διὰ μὲν τῶν ἀπηριθμημένων, καὶ τὰ ἄλλα νοσήματα δεδήλωται. εἰπὼν δὲ, ὅτι κατὰ καιρὸν κατέβαινεν, ἐδίδαξεν, ὅτι ἀ πάντοτε τὸ θαῦμα ἐγίνετο, ἀλλὰ κατὰ καιρὸν μὲν ἄγνωστον τοῖς ἀνθρώποις· πολλάκις δὲ οἶμαι τῦ ἐνιαυτῦ. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἐν ταῖς στοαῖς κατέκειτο πολὺ πλῆθος τῶν ἀδενόντων.

Ἀλλ' οἱ μὲν χωλοὶ καὶ ξηροὶ ἠδύναντο παρατηρεῖν τὸν καιρόν. ἑώρων γὰρ ταρασσόμενον τὸ ὕδωρ· οἱ δὲ τυφλοὶ, πῶς; ἀπὸ τῦ γινομένυ θορύβυ τῦτο ἐμάνθανον. εἶχον δὲ καὶ ὑπηρέτας [5]) παρατηρῦντας.

Ἐκείνη δὲ ἡ κολυμβήθρα, τύπος ἦν τῆς κολυμβήθρας τῦ ἁγίου βαπτίσματος. ὥσπερ γὰρ ἐκείνη νόσους ἴατο, ἔτω καὶ αὕτη. ἀλλ' ἐκείνη μὲν σωματικὰς, αὕτη δὲ ψυχικάς. καὶ ἐκείνη μὲν κατά τινα καιρὸν, αὕτη δὲ ἀεί. κἀκείνη μὲν καταβαίνοντος ἀγγέλου, αὕτη δὲ ἐπιφοιτῶντος τοῦ ἁγίου πνεύματος. μείζονα γὰρ τῶν παλαιῶν τὰ καινά.

Κεφ.

[5]) ὑπηρετοῦντας. B.

Cap. VII. De eo, qui triginta et octo annos morbo tenebatur.

Vers. 5. *Erat — morbo.* Morbus vero erat paralysis. Alius tamen erat hic a paralytico, de quo apud Matthaeum fit mentio, sicut in enarratione decimi tertii capitis illius euangelii apertissime significatum est.

Vers. 6. *Quum hunc vidisset — fieri?* Eum, qui multo tempore assiduus fuerat ac tolerantissimus, caeteris praeponit: tum quod miseratione dignior esset, tum etiam docens, quod inter eos, qui superno egent medicamine, Deum magis flectunt, qui sunt constantissimi. Non dixit autem, Vis, vt te curem: quia erat ab arrogantia alienus, et quia is, qui morbo tenebatur ipsum nequaquam cognoscebat: ideo etiam nec fidem ab eo requisiuit.

Interrogat autem, non vt disceret: superuacaneum enim erat de re manifesta discere: sed vt per responsionem omnibus ostendatur eius constantia: vide enim, quid respondeat.

Vers. 7. *Respondit — descendit.* Suspicabatur, quod hoc propterea ipsum interrogabat, vt argueret, quod prae segnitie frustraretur sanitate: aut quod in hoc prodesse sibi vellet, vt eum in piscinam immitteret: ideo etiam respondet, quod ob id salutem non consequeretur, quia hominem non haberet.

Dicens autem, Dum venio ego, alius ante me descendit, suam ostendit perseuerantiam, qua tot annis frustratus, adhuc tamen perseuerabat et non desperabat, idque non segnis, sed detrusus et offensus, nec sic negligentior efficiebatur.

Nos

a) κατοικέμενον, pro χρώμενον. A

Κεφ. Ζ. Περὶ τοῦ τριάκοντα ὀκτὼ ἔτη ἔχοντος ἐν τῇ ἀσθενείᾳ.

Vers. 5. Ἦν — ἀσθενείᾳ. Πάρεσις ἦν, ἡ ἀσθένεια. ἕτερος δέ ἐστιν οὗτος παρὰ τὸν ὑπὸ [1]) Matth. 9, 2. ματθαίου μνημονευθέντα παραλυτικὸν, ὡς ἐν τῇ ἐξηγήσει τῶ τρισκαιδεκάτου κεφαλαίου αὐτῶ σαφέσατα δεδήλωται.

Vers. 6. Τοῦτον ἰδὼν — γενέσθαι; Τὸν πολυχρονίῳ προσεδρείᾳ χρώμενον [2]) καὶ καρτερικώτατον προτιμᾷ τῶν ἄλλων, τῶτο μὲν, ὡς ἐλεεινότερον, τῶτο δὲ καὶ διδάσκων, ὅτι τῶν δεομένων τῆς ἄνωθεν ἰατρείας, οἱ καρτερικώτατοι μᾶλλον ἐπικάμπτουσι τὸν θεόν.

Οὐκ εἶπε δὲ, θέλεις, θεραπεύσω σε, διὰ τὸ ἀκόμπαστον, καὶ διότι ἐκ ἐγνώριζε τῶτον ὅλως ὁ ἀσθενῶν. διὰ τῶτο γὰρ οὐδὲ πίστιν αὐτὸν ἀπήτησεν.

Ἐρωτᾷ δὲ, οὐχ ἵνα μάθῃ· περιττὸν γὰρ περὶ προδήλου πράγματος μανθάνειν· ἀλλ' ἵνα διὰ τῆς ἀποκρίσεως φανῇ πᾶσιν ἡ καρτερία αὐτῶ. ὅρα γὰρ, τί ἀποκρίνεται.

Vers. 7. Ἀπεκρίθη — καταβαίνει. Ὑπώπτευσεν, ὅτι διὰ τῶτο αὐτὸν ἠρώτησε τῶτο, ἵνα ἐλέγξῃ, διὰ ῥᾳθυμίαν προϊέμενον τὴν ἴασιν, ἢ ὅτι βελόμενος χρησιμεῦσαι πρὸς τὸ βαλεῖν αὐτὸν εἰς τὴν κολυμβήθραν. διὸ καὶ ἀπολογεῖται, ὅτι παρὰ τὸ μὴ ἔχειν ἄνθρωπον ἀποτυγχάνει.

Εἰπὼν δὲ· ὅτι ἐν ᾧ ἔρχομαι ἐγὼ, ἄλλος πρὸ ἐμῦ καταβαίνει· ἔδειξε τὴν καρτερίαν αὐτῶ, πῶς ἐν τοσούτοις ἔτεσιν ἀποτυγχάνων, ἔτι παρέμενε, καὶ ἐκ ἀφίστατο, καὶ ταῦτα ἐ ῥᾳθυμῶν, ἀλλὰ παραγκωνιζόμενός τε καὶ ἐπηρεαζόμενος, καὶ ὅδε οὕτω ναρκῶν.

Ἡμεῖς

Nos autem breui aliquo tempore diligenter Deo adſtantes, ſi non aſſequimur, quod optamus, ſtatim omittimus ac recedimus, pigrioresque reddimur. At laborioſum eſt, inquies, continue orare. Et quae virtus non eſt laborioſa? Verum ſicut laborem habet, ita et lucrum adfert.

Verſ. 8. *Ait — ambula.* Non ſolum erigit, ſed et grabbatum tollere iubet, vt miraculum eſſe credatur, et non appareat phantaſia aliqua. Niſi enim membra firmiter compacta forent, nequaquam grabbatum ferre poſſent.

Hoc autem pluries fecit, eorum, qui impudentes eſſe vellent, ora obſtruens. Nam et in paralytico, de quo apud Matthaeum, ſimiliter fecit: et in panibus eadem de cauſa, vt plurima fragmenta relinquerentur, ordinauit: et ei, qui a lepra mundatus eſt, iuſſit, vt ſe ſacerdoti oſtenderet: et quum ex aqua vinum feciſſet, praecepit, vt haurirent, ferrentque architriclino: et quum mortuam ſuſcitaſſet, praecepit, vt darent illi, quod ederet: inſenſatis ſuadens per omnia huiusmodi, ſe non eſſ impoſtorem, ſed verum ſaluatorem communis hominum naturae.

Verſ. 9. *Et — ambulabat.* Simul et audiuit, et ſanitatem ſentiens erectus eſt: itaque nullius habita ratione, tulit lectum ſuum et ambulabat.

Verſ. 9. *Erat — v. 11. ambula.* Vide libertatem: neque enim ſolum non obediuit illis, ſed et beneficii autorem praedicauit, ac omnibus praeſtantiorem demonſtrauit dicens: Ipſe mihi dixit, ipſi obediui: ſiquidem eum, qui me ſanum fecit, maiorem cunctis ducere decreui.

Verſ. 12.

Ἡμεῖς δὲ βραχύν τινα καιρὸν προσεδρεύοντες τῷ θεῷ σπουδαίως, ἐὰν μὴ τύχωμεν, ὀκνοῦμεν λοιπόν, καὶ ἀποφοιτῶμεν, καὶ ἀναπίπτομεν. ἀλλ' ἐπίπονόν, φησιν, ἡ διηνεκὴς προσευχή· καὶ ποία ἀρετὴ ἐκ ἐπίπονος; διότι δὲ ἐπίπονος, διὰ τοῦτο καὶ ἐπικερδής.

Vers. 8. Λέγει — περιπάτει. Οὐ μόνον ἀνίστησιν, ἀλλὰ καὶ τὸν κράββατον ἆραι κελεύει, ἵνα πιστωθῇ τὸ θαῦμα, καὶ μὴ δόξῃ φαντασία τις. εἰ γὰρ μὴ συνεπάγη τὰ μέλη βεβαίως, ἐκ ἂν τὸν κράββατον ἠδύνατο φέρειν.

Τοῦτο δὲ πολλαχοῦ πεποίηκεν, ἐπισωμίζων τοὺς ἀναισχυντεῖν βουλομένους. καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ παρὰ τῷ ματθαίῳ παραλύτου, ὁμοίως m) πεποίηκε· καὶ ἐπὶ τῶν ἄρτων, διὰ τοῦτο λείψανα πολλὰ παρεσκεύασεν n) ὑπολειφθῆναι· καὶ τῷ καθαρισθέντι λεπρῷ προσέταξε, o) δεῖξαι ἑαυτὸν τῷ ἱερεῖ· καὶ τὸ ὕδωρ οἶνον ποιήσας, εἶπεν ἀντλῆσαι p) καὶ ἐνεγκεῖν τῷ ἀρχιτρικλίνῳ· καὶ νεκρὸν ἀναστήσας, ἐνετείλατο δοῦναι q) αὐτῷ φαγεῖν· διὰ τῶν τοιούτων πάντων πείθων τοὺς ἀνοήτους, ὅτι ἐκ ἔστιν ἀπατεών, ἀλλὰ σωτὴρ ἀληθὴς τῆς κοινῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως.

m) Matth. 9, 6.
n) Matt. 14, 20.
o) Matth. 8, 4.
p) Io. 2, 8.
q) Luc. 8, 55.

Vers. 9. Καὶ — περιεπάτει. Ἅμα τὲ ἤκουσε, καὶ ἅμα τῆς ὑγείας αἰσθόμενος, ἠγέρθη, καὶ λοιπὸν μηδὲν ὑπολογισάμενος, ἦρε τὸν κράββατον αὐτοῦ, καὶ περιεπάτει.

Vers. 9. Ἦν — v. 11. περιπάτει. Ὁρᾶ παῤῥησίαν. ἐ μόνον γὰρ ἐκ ἐπείθη τούτοις, ἀλλὰ καὶ τὸν εὐεργέτην ἀνεκήρυξε, καὶ προτιμότερον πάντων ἀπέφηνε, λέγων· ἐκεῖνός μοι εἶπεν, ἐκείνῳ πείθομαι. καὶ γὰρ ἐκεῖνός με ἰασάμενος, ἐκεῖνον μείζονα πάντων νομίζειν παρεσκεύασεν.

Vers. 12.

Verſ. 12. *Interrogauerunt* — v. 13. *loco.* Simul vt hominem ſanauerat, ſubduxerat ſe propter turbam: partim quidem fugitans laudem aequorum, partim vero inuidiam amputans iniquorum. Solet enim frequenter ſolus eius conſpectus, cui quis inuidet, multam infundere flammam irae.

Verſ. 14. *Poſthaec — contingat.* Quum iam et miraculi rumor defeciſſet et tumor Iudaeorum, occurrit ei, qui ſanatus fuerat, volens animam quoque illius meliorem reddere, reperit eum non in otio et ſegnitie, ſed in templo, orantem, vt opinor, ac Deo gratias agentem: et admonet illum, ne deinceps peccet, oſtendens, quod propter peccata aegrotabat. Minatur autem grauius puniendum, ſi peccauerit: docens eos, qui poſt poenam peccati rurſus delinquunt, atrocius puniendos, tanquam inſenſatos ac contemtores, ſiue in praeſenti vita, ſiue in futura, ſiue in vtraque.

Quod ſi peccatorum ſupplicium durauit hic triginta et octo annos, quidnam poterit quispiam dicere de futuro ſupplicio? vtique, quod aeternum erit ac fine carens. Neque tamen omnes morbi a peccatis oriuntur, neque omnes peccatores aegrotant. Paralyticus quoque, de quo apud Matthaeum fit mentio, propter peccatum aegrotabat: ideo etiam dixit illi, Remiſſa ſunt tibi peccata tua. Per tales autem admonet omnes: eos quidem, qui nondum aegrotauerunt, vt timeant, ne morbo corripiantur, et ita corrigantur: eos vero, qui iam morbo ſubiacuerunt, vt timeant, ne deterius aegrotent, et deinceps cautius viuant.

Quisque

7) ἑαυτοῦ. B.

Vers. 12. Ἠρώτησαν — v. 13. τόπῳ. Ἅμα τῷ θεραπεῦσαι τὸν ἄνθρωπον, ἐξένευσε, διὰ τὸν ὄχλον, τοῦτο μὲν, φεύγων τὸν παρὰ τῶν εὐγνωμονεστέρων ἔπαινον· τοῦτο δὲ, περικόπτων τὸν παρὰ τῶν ἀγνωμονεστέρων φθόνον. εἰώθε γὰρ πολλάκις ὄψις μόνον τοῦ φθονουμένου, πολλὴν ἐνιένναι φλόγα.

Vers. 14. Μετὰ ταῦτα — γένηται. Παρακμάσαντος ἤδη καὶ τοῦ θαύματος, καὶ τοῦ θυμοῦ τῶν ἰαθέντων, ἐντυγχάνει λοιπὸν τῷ θεραπευθέντι, θέλων βελτιῶσαι καὶ τὴν ψυχὴν [7]) αὐτοῦ. εὑρίσκει δὲ αὐτὸν, οὐκ ἐν ἀνέσει καὶ ῥᾳθυμίᾳ, ἀλλ' ἐν τῷ ἱερῷ, προσευχόμενον, οἶμαι, καὶ εὐχαριστήρια τῷ θεῷ ἀποδιδόντα. καὶ παραινεῖ μὲν, μηκέτι ἁμαρτάνειν, δεικνύων ὅτι ἐξ ἁμαρτιῶν ἐνόσει· ἀπειλεῖ δὲ, εἰ πάλιν ἁμαρτήσει, χείρονα κόλασιν, διδάσκων, ὡς οἱ μετὰ τὴν ἐξ ἁμαρτίας τιμωρίαν πάλιν ἁμαρτάνοντες, χαλεπώτερον τιμωρηθήσονται, ὡς ἀναίθητοι καὶ καταφρονηταὶ, εἴτε ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ, εἴτε ἐν τῇ μελλούσῃ, εἴτε καὶ ἐν ἀμφοτέραις.

Εἰ δὲ ἐνταῦθα κόλασις ἁμαρτιῶν παρετάθη εἰς τριακονταοκτὼ ἔτη, τί ἂν τις εἴποι περὶ τῆς ἐκεῖ κολάσεως; ὄντως γὰρ ἀτελεύτητός ἐστι καὶ αἰώνιος. ἅτε δὲ πᾶσαι αἱ νόσοι ἐξ ἁμαρτιῶν τίκτονται, ἅτε πάντες οἱ ἁμαρτάνοντες νοσοῦσι. καὶ ὁ μνημονευόμενος δὲ ὑπὸ ματθαίου παραλυτικὸς, ἐξ ἁμαρτιῶν ἐνόσει, καθὼς ἐκεῖ δεδήλωται· διὸ καὶ πρὸς ἐκεῖνον εἴρηκεν, ἀφέωνταί σοι [r]) αἱ ἁμαρτίαι σου. διὰ τῶν τοιούτων δὲ παραγγέλλει πᾶσι, τοῖς μὲν μήπω νοσήσασι, φοβεῖσθαι, μὴ νοσήσωσι, καὶ διορθοῦσθαι· τοῖς δὲ ἤδη νοσήσασι, φοβεῖσθαι, μὴ νοσήσωσι χεῖρον, καὶ ἀσφαλίζεσθαι πρὸς τὸ μέλλον.

r) Matth. 9, 2.

Quisque ergo noſtrum, ſi iam aegrotauit, dicat apud ſeſe, Ecce ſanus factus es, non pecces deinceps, ne quid deterius tibi contingat. Quod ſi nondum morbo detentus eſt, apoſtolicum oraculum apud ſe decantet, Bonitas Dei ad poenitentiam te inuitat, ſed iuxta duritiem tuam et cor impoenitens, iram tibi recondis. Non ſolum autem corporis membra adſtringens ſuam oſtendit diuinitatem, ſed etiam dicens, Non pecces deinceps: ſiquidem omnia ſe noſſe ſignificauit, quantumuis etiam arcana.

Verſ. 15. *Abiit — ſanum.* Abiit et nuntiauit: non tanquam iniquus, vt proderet, ſed tanquam gratus, vt benefactorem diuulgaret: nam beneficium ac minae ſufficiebant, vt eum in officio continerent: nec his tantum alligatus erat, verum etiam timebat, ne quid deterius pateretur. Praeſertim quod ſi eum prodere voluiſſet, nequaquam dixiſſet, quod Ieſus eſſet, qui ſe ſanaſſet: ſed quod Ieſus eſſet, qui dixiſſet ei, Tolle grabbatum tuum et ambula. Ipſe ergo, quia crimen incurrere ſe putabat, ſi tacuiſſet, beneficium praedicauit. Gratus itaque ac libere loquens cenſendus eſt hic homo, omnique carens accuſatione.

Verſ. 16. *Ac — Sabbatho.* Quantum ad id, quod apparebat, propter hoc: quantum vero ad id, quod occultum erat, propter inuidiam.

Verſ. 17. *Ieſus autem — operor.* Vtrinque ſeipſum Deo aequalem eſſe oſtendit: et dicens Deum patrem ſuum, et dicens, ſe operari ſicut illum:

Καὶ ἡμῶν οὖν ἕκαστος, εἰ μὲν ἤδη νενόσηκε, λεγέτω πρὸς ἑαυτόν· ἴδε ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται· εἰ δὲ ἔπω νενόσηκεν, ἐπαδέτω ἑαυτῷ τὸ ἀποστολικὸν λόγιον· ὅτι τὸ[s]) χρηστὸν τοῦ θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει. κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργήν. οὐ μόνον δὲ τῷ σφίγξαι τὸ σῶμα παρέσχεν αὐτῷ τῆς οἰκείας θεότητος ἀπόδειξιν, ἀλλὰ καὶ τῷ εἰπεῖν· μηκέτι ἁμάρτανε. καὶ γὰρ ἐδήλωσεν, ὅτι πάντα οἶδε, καὶ τὰ ἀπόρρητα. s) Rom. 2, 4. 5.

Vers. 15. Ἀπῆλθεν — ὑγιῆ. Ἀπῆλθε καὶ ἀνήγγειλεν, οὐχ ὡς ἀγνώμων, ἵνα προδώσει, ἀλλ' ὡς εὐγνώμων, ἵνα ἀνακηρύξῃ τὸν εὐεργέτην. ἱκανὴ γὰρ καὶ ἡ εὐεργεσία καὶ ἡ ἀπειλὴ ἐπισχεῖν αὐτόν. καὶ οὐ μόνον ἠδέσθη ἄν, ἀλλὰ καὶ ἐφοβήθη, μήτι χεῖρον πάθῃ, μεγίστην λαβὼν ἀπόδειξιν τῆς τοῦ εὐεργέτου δυνάμεως. ἄλλως τε καὶ, εἰ προδοῦναι τοῦτον ἐβέλετο, οὐκ ἂν εἶπεν· ὅτι ἰησοῦς ἐστιν ὁ ποιήσας με ὑγιῆ· ἀλλ' ὅτι ἰησοῦς ἐστιν, ὁ εἰπών μοι, ἆρον τὸν κράββατόν σου καὶ περιπάτει. οἱ γὰρ ἰουδαῖοι μαθεῖν ἐζήτουν, ἃ τίς ἐποίησεν αὐτὸν ὑγιῆ, ἀλλὰ τίς ὁ εἰπὼν αὐτῷ, ἆρον τὸν κράββατόν σου καὶ περιπάτει. οὗτος δὲ, τὸ δοκοῦν ἔγκλημα σιγήσας, τὴν εὐεργεσίαν ἐδημοσίευσεν. εὐγνώμων οὖν, καὶ πεπαῤῥησιασμένος ὁ ἄνθρωπος οὗτος, καὶ μέμψεως ἁπάσης ἐκτός.

Vers. 16. Καὶ — σαββάτῳ. Τῷ φαινομένῳ μὲν, διὰ τοῦτο· τῷ κεκρυμμένῳ δὲ, διὰ τὸν Φθόνον.

Vers. 17. Ὁ δὲ ἰησοῦς — ἐργάζομαι. Ἔδειξεν[8]) ἑαυτὸν ἴσον τῷ θεῷ ἑκατέρωθεν, ἀπό τε τοῦ εἰπεῖν, πατέρα ἴδιον τὸν θεὸν, καὶ ἀπὸ

[8]) αὐτόν, A.

illum: ne deinceps tanquam puro homini auſcultarent ei, ſed tanquam Deo. Itaque, quod dicitur, Ad hoc vsque temporis, continuitatem operationis ſignificat.

Quum autem duplex intelligatur Dei operatio: vna ſiquidem ſignificat naturarum ab exordio creationem, altera autem poſt illam, gubernationem ac prouidentiam, earumque conſeruationem. Primo quidem ſignificato, ceſſauit die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis: ſecundo vero ſemper operatur, creaturam gubernans, prouidens ac conſeruans illam. Nec vetat vlla lex legislatorem ſemper operari creaturarum ſuarum ſalutem.

Obſerua autem, quod de Sabbathi ſolutione variis locis accuſatus, interdum quidem tanquam Deus reſpondet, prout nunc: quandoque vero, tanquam homo: volebat namque, vt crederetur vtrumque, puta et ſua diuinitas et incarnatio.

† † Sancti Maximi: Deus cum ſemel, vti ipſe nouit, rerum conditarum rationes et naturas rerum in vniuerſum conſtituiſſet, adhuc operatur, non tantum iſtarum rerum perdurationem, ſed et efficacem creationem et propagationem partium, quae iſta praedita ſunt facultate. In materia enim, hoc eſt, in vniuerſa rerum eſſentia, facultatem habent partes per partes ex iſta materia factae, quarum generationem deus ſemper operatur. Praeterea etiam operatur partium ad totum conformationem, hoc eſt, coniunctionem omnium hominum, ſecundum vnam mentis ad bonum motionem, ad naturae rationem, vt fiat, ſicut vna et eadem

9) πάντων, addit. A.

1) Haec vterque Codex in margine habet. Hentenius non agnoſcit. Videtur autem plura huiusmodi ſcholia Maximi propter difficultatem et obſcuritatem in interpretatione praetermiſiſſe.

τοῦ εἰπεῖν, ἐργάζεθαι, καθὼς ἐκεῖνος, ἵνα μηκέτι, ὡς ἀνθρώπῳ ψιλῷ, τούτῳ προσέχωσιν, ἀλλὰ καὶ ὡς θεῷ. τὸ μὲν οὖν ἕως ἄρτι, τὸ διηνεκὲς τῆς ἐργασίας δηλοῖ.

Διττῆς δὲ νοουμένης ἐπὶ θεᾷ τῆς ἐργασίας· ἡ μὲν γὰρ σημαίνει, τὴν κατ' ἀρχὰς δημιουργίαν τῶν φύσεων· ἡ δὲ, τὴν μετ' ἐκείνην οἰκονομίαν καὶ πρόνοιαν καὶ συντήρησιν αὐτῶν· κατὰ μὲν τὸ πρῶτον σημαινόμενον, κατέπαυσεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ[9]) τῶν ἔργων αὐτοῦ· κατὰ δὲ τὸ δεύτερον ἀεὶ ἐργάζεται, οἰκονομῶν τὴν κτίσιν καὶ προνοούμενος καὶ συνέχων αὐτήν, καὶ νόμος θεῖος κωλύει τὸν νομοθέτην ἐργάζεθαι πάντοτε τὴν σωτηρίαν τῶν κτισμάτων αὐτοῦ.

Παρατήρησον δὲ, ὅτι διαφόρως περὶ τῆς τοῦ σαββάτου λύσεως ἐγκαλέμενος, ποτὲ μὲν, θεοπρεπῶς ἀπολογεῖται, καθάπερ καὶ νῦν· ποτὲ δὲ, ἀνθρωποπρεπῶς. ἐβέλετο γὰρ ἀμφότερα πιστεύεθαι, καὶ τὴν θεότητα αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐνανθρώπησιν.

[Τοῦ ἁγίου[1]) μαξίμου· τὰς μὲν πράτους τῶν γεγονότων λόγους ὁ θεὸς, καὶ τὰς καθόλου τῶν ὄντων οὐσίας, ἅπαξ, ὡς οἶδε, συμπληρώσας, ἔτι ἐργάζεται, οὐ μόνον τὴν τούτων αὐτῶν πρὸς τὸ εἶναι συντήρησιν, ἀλλὰ καὶ τὴν κατ' ἐνέργειαν δημιουργίαν τῶν ἐν αὐτοῖς δυνάμει μερῶν. ἐν γὰρ τῇ ὕλῃ, τουτέστι, τῇ καθόλου τῶν ὄντων οὐσίᾳ, δυνάμει ὑπάρχουσι τὰ κατὰ μέρος, ἐκ τῆς ὕλης[2]) γινόμενα μερικὰ, ὧν τὴν γένεσιν ἀεὶ ὁ θεὸς ἐργάζεται. ἔτι μὴν ἐργάζεται καὶ τὴν πρὸς τὰ καθόλου τῶν μερικῶν ἐξομοίωσιν, λέγω δὴ, τὴν πάντων ἀνθρώπων, κατὰ μίαν τῆς γνώμης ἐπὶ τὰ καλὰ κίνησιν, πρὸς τὸν λόγον τῆς φύσεως ἕνωσιν, ἵνα γένηται πάντων, ὥσπερ μία καὶ ἡ αὐτὴ φύ-

[2]) γενόμενα. A.

eadem natura, ita et vna sententia, consentiens et eodem directa, omnibus et deo et sibi inuicem iunctis, per diuinam prouidentiam.

Vers. 18. *Propter hoc — deo.* Dicens enim, Pater meus, legitimum se ostendebat: legitimus autem filius aequalis est patri, quoad substantiam et naturam.

Vers. 19. *Respondit — facientem.* Quia sublimia de seipso dicens persequutionem sustinebat, quod illi ad eorum, quae dicebantur, celsitudinem peruenire non possent, sed tanquam Deo contrarium eum persequerentur, condescendit imbecillitati mentis illorum, et humilia dispensatiue de se loquitur, vt per haec facile susciperentur: deinde rursus ad sublimia sermonem reducit, et iterum hunc ad humilia demittit: rursumque ad id, quod sublimius est, denuo ad id, quod humilius: et ita per sublimia simul et humilia verba, tum aequalitatem demonstrantia, tum minoritatem demonstrare apparentia, suum texit sermonem, atque hunc iudicio dispensat, vt et qui mente sunt acutiores ac benigni, sumant a sublimibus intellectum conuenientem etiam de humilibus: et qui obtusiores sunt aut insulsi, ab humilibus consolationem accipiant, et quasi de homine haec intelligentes, non turbentur.

Veruntamen quanquam verba sint humilia, hoc etiam modo sub his excelsae occultantur sententiae: et verbis quidem causam tradere videtur aduersariis, sensibus vero nequaquam. Quid ergo nunc dicit? Non potest filius a se facere quicquam, nisi quid viderit patrem facientem: his quidem, qui sunt intellectu crassiores, potentiae minorationem prae se fert hic sermo, propter dictam dispensationem: subtilibus autem aequalitatem potius

σις, ἔτω καὶ γνώμη μία, σύμφωνός τε καὶ ταυτοκίνητος, θεῷ τε καὶ ἀλλήλοις συναφθέντων, διὰ τῆς προνοίας αὐτοῦ.]

Vers. 18. Διὰ τοῦτο — θεῷ. Λέγων γὰρ, ὅτι ὁ πατήρ μου, τὸ γνήσιον ἐνέφαινεν· ὁ δὲ γνήσιος υἱὸς, ἴσος τῷ πατρὶ κατ' οὐσίαν καὶ φύσιν.

Vers. 19. Ἀπεκρίνατο — ποιοῦντα. Ἐπειδήπερ, ὑψηλὰ περὶ ἑαυτοῦ λέγων, ἐδιώκετο, μὴ δυναμένων ἐκείνων ἐφικέσθαι τοῦ ὕψους τῶν λεγομένων, ἀλλ' ὡς ἀντίθεον αὐτὸν διωκόντων, συγκαταβαίνει τῇ ἀσθενείᾳ τῆς διανοίας αὐτῶν, καὶ ταπεινὰ φθέγγεται κατ' οἰκονομίαν, ἵνα εὐπαράδεκτος αὐτοῖς γένηται. εἶτα πάλιν ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ τὸν λόγον ἀνάγει, καὶ αὖθις ἐπὶ τὰ ταπεινὰ τεῖνον κατάγει· καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ ὑψηλότερον, καὶ αὖθις ἐπὶ τὸ ταπεινότερον· καὶ ἔτω δὶ ὑψηλῶν ὁμοῦ καὶ ταπεινῶν ῥημάτων, τῶν μὲν ἰσότητα ἐμφαινόντων, τῶν δὲ ἐλάττωσιν ἐμφαίνειν δοκούντων, ὑφαίνει τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ οἰκονομεῖ τοῦτον ἐν[3]) κρίσει, ὥστε τοὺς μὲν ὀξυτέρους τὴν διάνοιαν καὶ εὐγνώμονας, ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν, καὶ περὶ τῶν ταπεινῶν τὴν προσήκουσαν ἔννοιαν λαμβάνειν· τοὺς δὲ ἀμβλυτέρους καὶ ἀγνώμονας, ἀπὸ τῶν ταπεινῶν παραμυθεῖσθαι, καὶ ὡς περὶ ἀνθρώπου ταῦτα νοοῦντας, μὴ ταράττεσθαι.

Πλὴν, εἰ καὶ ταπεινὰ τὰ ῥήματα, ἀλλὰ καὶ οὕτως ὑψηλὰ τὰ ὑποκεκρυμμένα[4]) τούτοις νοήματα· καὶ ταῖς μὲν λέξεσι καθυφῆσι· τοῖς δὲ νοήμασιν, ἐδαμῶς. τί οὖν φησι νῦν; ἃ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ ἐδὲν, ἐὰν μήτι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα. τοῖς μὲν παχύτερον νοοῦσιν, ἐλάττωσιν δυνάμεως ὁ λόγος προφαίνει, διὰ τὴν ῥηθεῖσαν οἰκονομίαν· τοῖς δὲ λεπτότερον, ἰσότη-

3) i. e. εὐλόγως.
4) ἀποκεκρυμμένα. B.

tius et identitatem, propter veritatem. Non potest enim, non ob potentiae defectum, sed propter inseparabilitatem: nam impossibile est, filium quicquam facere, quod non facit pater: quia non est alia filio potentia ab ea, quae patris est, sed eadem: quod si eadem est, aequalis certe filius est patri.

Ait autem Gregorius Theologus, quod earundem rerum formas intelligentes praebet pater, filius vero perficit, non tanquam seruus aut insipiens, sed tanquam dominus ac prudens, et vt magis proprie dicatur, modo paterno, siue iuxta patris dominium ac scientiam.

Propter praedicta ergo dictum est, Non potest filius a se facere quicquam, nisi quid viderit patrem facientem. Quod si non propter haec, quomodo potentia non potest? aut quomodo sapientiae est opus praeceptore? quomodo etiam omnia per ipsum facta sunt? siue quo pacto etiam hominibus non erit imbecillior, qui multa a seipsis faciunt? Nam et virtutem a nobisipsis eligimus et vitium. Multa quoque variis ex locis consequentur absurda.

De praedicto sane verbo subtilius disputauit Gregorius Theologus sexto secundi libri capite.

Vers. 19. *Quaecunque — facit.* Rursum ab humilibus transit ad sublimia, vt praedictum est: nam si quaecunque ille fecerit, haec filius

*) ἀνεγχείρητον. B. Vtrumque dici potest. Sed ἀνεγχείρητον est, quod quis non suscipiat, quod aliqua de caussa non euentum habeat aut factu indignum sit: ἀνεγχώρητον, quod fieri non possit. Redit ergo fere eodem. Sed probo ἀνεγχώρητον, propter proximum ἀνένδεκτον. Ita quoque Hentenius videtur reperisse. Sed male reddidit *in-*

sepa-

τα μᾶλλον καὶ ταυτότητα, διὰ τὴν ἀλήθειαν. οὐ δύναται γὰρ, ὃ κατ' ἔλλειψιν δυνάμεως, ἀλλὰ κατὰ τὸ [5]) ἀνεγχώρητον· ἀνένδεκτον γὰρ ποιεῖν τι τὸν υἱὸν, ὧν ὁ ποιεῖ ὁ πατὴρ, διότι ἐκ ἔστι τῷ υἱῷ δύναμις ἰδία παρὰ τὴν τοῦ πατρὸς, ἀλλ' ἡ αὐτή· εἰ δὲ ἡ αὐτὴ, ἴσος ἄρα ὁ υἱὸς τῷ πατρί.

Φησὶ δὲ ὁ θεολόγος [6]) γρηγόριος, ὅτι τῶν αὐτῶν πραγμάτων τὸς τύπους ἐνσημαίνεται μὲν ὁ πατὴρ, ἐπιτελεῖ δὲ ὁ υἱὸς, ὁ δηλικῶς, ὁδὲ ἀμαθῶς, ἀλλ' ἐπιστημονικῶς τε καὶ δεσποτικῶς, καὶ οἰκειότερον εἰπεῖν, πνευματικῶς, ἤτοι κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἐπιστήμην καὶ δεσποτείαν.

Διὰ τὰ ῥηθέντα ὃν εἴρηται, τὸ ὁ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ ὁδὲν, ἐὰν μήτι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα. εἰ γὰρ μὴ διὰ ταῦτα, πῶς ἡ δύναμις ὁ δύναται, ἢ πῶς ἡ σοφία δεῖται διδασκάλου, ἢ πῶς πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, ἢ πῶς ὁ καὶ τῶν ἀνθρώπων ἀσθενέστερος ἔστι, τῶν πολλὰ ποιούντων ἀφ' ἑαυτῶν; καὶ γὰρ καὶ ἀρετὴν ἀφ' ἑαυτῶν αἱρούμεθα, καὶ κακίαν, καὶ πολλὰ πολλαχόθεν ἄτοπα ἐπακολουθήσει.

Περὶ μέντοι τοῦ δηλωθέντος ῥητοῦ λεπτομερέστερον διέλαβεν ὁ θεολόγος γρηγόριος ἐν τῷ ἕκτῳ κεφαλαίῳ τοῦ περὶ υἱοῦ δευτέρου λόγου.

Vers. 19. [a]Α — ποιεῖ. [b]Ἀπὸ τῶν ταπεινῶν ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ μετέβη πάλιν, ὡς προδεδήλωται. εἰ γὰρ, ἃ ἂν ἐκεῖνος ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ

separabilitatem. Minus enim probabile est, illum legisse ἀχώριστον. Οὐκ ἐγχωρεῖ, *fieri nequit*, satis notum est. Ἀνεγχώρητος autem habet Gregor. Naz. p. 215. fin. quem locum fortasse in mente habuit Euthymius. Ibi sic: οὕτως ἀδύνατον καὶ ἀνεγχώρητον ποιεῖν τι τὸν υἱὸν, ὃ οὐ ποιεῖ ὁ πατήρ. Supra ad Luc. 16, 26, est ἀνεπιχείρητος.

[6]) Gregor. Naz. p. 216, init.

filius similiter facit, vtique hic aequalis est illi. Praeponitur autem non vulgari modo dictio similiter, sed vt discamus, quod cum aequali scientia et dominio facit, vt praedictum est.

Vers. 20. *Pater — facit.* Iterum a sublimibus ad humilia descendit: Diligit autem filium, non solum tanquam vnigenitum, sed etiam tanquam eadem facientem, et nihil, quod pater nolit, operantem. Neque vero superius dictionem Viderit, de filio: neque hoc in loco dictionem Demonstrat, de patre, humano modo intelligere oportet, sed diuino et supernaturali. Neque enim filius videt, sicut discipulus, neque pater demonstrat, sicut praeceptor: sed hic quidem demonstrat, sicut mens, quae formas earundem rerum intelligendas praebet: ille autem videt, sicut sermo, qui ea, quae ad intelligendum data sunt, perficit: et ita eis communes sunt omnes diuinae res et causae.

Vers. 20. *Et — admiremini.* Nam quia paralytici membra confirmauerat, magnum quidem erat, quod factum erat: sed etiam mortuum excitaturus erat, et ideo ait, quod etiam maiora his demonstrabit ei opera, vt vos amplius admiremini, et ad credendum adducamini.

Vers. 21. *Sicut — viuificat.* Ab humilibus rursus ascendit ad sublimia. Nam si, vt ille, ita et hic, quos vult, viuificat, aequalis vtique potentiae filius est cum patre. Viuificare itaque sicut pater, potentiae docet aequalitatem: quod autem additur, Quos vult, autoritatis immutabilitatem. Verum si et potest, et autoritatem habet, quomodo non potest filius a se facere quicquam? Non

υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ, ἴσος ἄρα ἔστος ἐκείνῳ. τὸ δὲ ὁμοίως πρόσκειται, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἵνα μάθωμεν, ὅτι μετὰ τῆς ἴσης ἐπιστήμης καὶ δεσποτείας, ὡς προείρηται.

Verſ. 20. Ὁ γὰρ πατὴρ — ποιεῖ. Πάλιν ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν ἐπὶ τὰ ταπεινὰ μετεχώρησε. φιλεῖ δὲ τὸν υἱὸν, οὐ μόνον, ὡς μονογενῆ, ἀλλὰ καὶ, ὡς τὰ αὐτὰ ποιοῦντα, καὶ μηδὲν ἀθέλητον τῷ πατρὶ ἐργαζόμενον. ὅτε δὲ ἄνω, ἐπὶ τοῦ υἱοῦ, τὸ βλέπειν, ὅτε ἐνταῦθα, ἐπὶ τοῦ πατρὸς, τὸ δείκνυσιν, ἀνθρωπίνως χρὴ νοεῖν, ἀλλὰ θεοπρεπῶς καὶ ὑπερφυῶς. ὅτε γὰρ ὁ υἱὸς βλέπει, ὡς μαθητὴς, ὅτε ὁ πατὴρ δείκνυσιν, ὡς διδάσκαλος· ἀλλ' ὁ μὲν δείκνυσιν, ὡς νοῦς τῶν αὐτῶν πραγμάτων τοὺς τύπους ἐνσημαινόμενος· ὁ δὲ βλέπει, ὡς λόγος, ἐπιτελῶν τὰ ἐνσημανθέντα, καὶ οὕτω κοινὰ τούτοις πάντα τὰ θεοπρεπῆ πράγματα.

Verſ. 20. Καὶ — θαυμάζητε. Ἐπειδὴ παράλυτον ἔσφιγξε, καὶ ἦν μέγα τὸ γεγονὸς, ἔμελλε δὲ καὶ νεκρὸν ἐγείρειν, διὰ τοῦτο εἶπεν, ὅτι καὶ μείζονα τούτων δείξει αὐτῷ ἔργα, ἵνα ὑμεῖς θαυμάζητε μεῖζον, καὶ οὕτως ἐναχθῆτε[7]) πρὸς τὸ πιστεύειν.

Verſ. 21. Ὥσπερ — ζωοποιεῖ. Ἀπὸ τῶν ταπεινῶν μετῆλθεν αὖθις ἐπὶ τὰ ὑψηλά. εἰ γὰρ, ὥσπερ ἐκεῖνος, οὕτω καὶ οὗτος, ὃς θέλει, ζωοποιεῖ, ἰσοδύναμος ἄρα ὁ υἱὸς τῷ πατρί. τὸ μὲν ἓν, ὥσπερ ὁ πατὴρ ζωοποιεῖν, τῆς δυνάμεως διδάσκει τὴν ἰσότητα· τὸ δὲ, ὃς θέλει, τῆς ἐξουσίας τὴν ἀπαραλλαξίαν. ἐπεὶ δὲ καὶ δύναται, καὶ ἐξουσίαν ἔχει, πῶς ἂν δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ ἐδέν; ἂν δύναται ἓν χωρὶς τοῦ πατρὸς, διότι

7) ἀναχθῆτε. A. Vtrumque probum. Ex Hentenio nihil licet colligere.

Non potest ergo sine patre, quia vna et eadem est ipsis potentia et voluntas.

Vers. 22. *Neque* — v. 23. *patrem.* A sublimibus iterum descendit ad humilia. Et hic ergo verbum Dedit, intelligendum est prout Deum decet: talia enim, vt diximus, dispensatiue dicit: non solum curans ex hoc imbecillitatem Iudaeorum: verum etiam, vt causam videamus, et ne naturalem non esse filium suspicemur, neque in Sabellii morbum decidamus, qui eundem esse patrem et filium ac spiritum sanctum intelligit, et vnicam esse sanctae trinitatis personam insane praedicat.

Quando vero dedit iudicium filio? De hoc, quando id fuerit, res est admodum occulta: et quanquam audenter respondere oporteat, quod simul vt hic genitus est: attamen quando hic genitus est? Quando pater genitus non est. Non potest siquidem, non potest, inquam, inueniri temporis, aut seculi alicuius intelligentia, qua ad extremum aliquod peruenire possimus, etiamsi maxime vrgeamus.

Iudicium autem omne dedit filio, vt timentes propter hoc, honorent eum, sicut honorant patrem. Et quum Omne dixit, significauit et iudicium puniendi et iudicium honorandi, quos voluerit. Nec tamen patrem iudicandi autoritate priuauit. Nam si omnia, quae habet pater, filii sunt, praeterquam genitum non esse, manifestum est, quod etiam omnia quae habet filius, patris sunt, praeterquam esse genitum. Iudicat ergo filius, approbante quidem patre, cooperante autem et spiritu sancto, veluti sane intelligimus in omnibus eius operibus.

Verum

[8] ἀγέννητος γὰρ ὁ πατήρ.

διότι μία καὶ ἡ αὐτὴ τέτοις δύναμίς τε καὶ βέλησις.

Vers. 22. Οὐδὲ — v. 23. πατέρα. Ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν μετέση πάλιν ἐπὶ τὰ ταπεινά. κἀνταῦθα τοίνυν τὸ δέδωκε θεοπρεπῶς νοητέον. τὰ τοιαῦτα γὰρ, καθὼς εἰρήκαμεν, οἰκονομικῶς λέγει, ἐ μόνον ἐντεῦθεν θεραπεύων τὴν ἀσθένειαν τῶν ἰουδαίων, ἀλλὰ καὶ, ἵνα τὸν αἴτιον εἰδῶμεν, καὶ μὴ ἀγέννητον εἶναι τὸν υἱὸν ὑπολάβωμεν, μηδ' εἰς τὴν σαβελλίου νόσον καταπέσωμεν, τὸν αὐτὸν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα νοοῦντος, καὶ ἓν πρόσωπον τὴν ἁγίαν τριάδα δογματίζοντος ἀνοήτως.

Πότε δὲ τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ υἱῷ; ὑπὲρ τὸ πότε, ἡ ἀπόκρισις. εἰ δὲ χρή τι καὶ τολμηρῶς ἀποκριθῆναι, ἅμα τῷ τέτον γεγεννῆθαι. πότε δὲ αὗτος γεγέννηται; ὅτε ὁ πατὴρ ἐ γεγέννηται, ἐκ ἔσι γὰρ, ἐκ ἔσιν εὑρεῖν ἔννοιάν τινα χρόνου ἢ αἰῶνος, καθ' ἣν ἐφικέσθαι τινὸς ἄκρου δυνηθείημεν, εἰ καὶ ὅτι μάλισα βιαζοίμεθα.

Τὴν κρίσιν δὲ πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ, ἵνα διὰ τέτο φοβέμενοι, τιμῶσιν αὐτὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα. πᾶσαν δὲ εἰπὼν, ἐδήλωσεν ἅμα τήν τε τῦ κολάζειν, καὶ τὴν τῦ τιμᾶν, ἧς ἂν ἐθέλῃ. ἐ μὴν ἐξέβαλε τὸν πατέρα τῆς ἐξσίας τῦ κρίνειν. εἰ γὰρ πάντα, ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, τῦ υἱῦ ἐσι, πλὴν ἀγεννησίας,[8]) πρόδηλον, ὅτι καὶ πάντα, ὅσα ἔχει ὁ υἱὸς, τῦ πατρός ἐσι, πλὴν[9]) γεννήσεως. κρινεῖ τοίνυν ὁ υἱὸς, εὐδοκῦντος μὲν τῦ πατρὸς, συνεργῦντος δὲ τῦ ἁγίου πνεύματος, ὥσπερ ἄρα νοοῦμεν καὶ ἐπὶ πάντων αὐτοῦ τῶν ἔργων.

Χρὴ

8) γεννητὸς γὰρ ὁ υἱός.

Verum ſcire oportet, quod dictiones ſic, ſicut et ſimiles, in increata quidem trinitate aequalitatem ſignificant, in creatis vero ſaepius etiam ſimilitudinem, ac partialem quandam aſſimilationem. Quare autem dedit iudicium filio? Quia hic hominem formauit, perditumque reformauit, ac ſalutaria dedit praecepta: et vt, qui homo factus eſt, homines iudicaret: non ſolum, tanquam Deus, qui hominum nouit naturam, verum etiam, vt homo, qui in ea forma tentatus eſt. Et quare filius formauit hominem? Quia ipſe eſt ſapientia, verbum et potentia patris. Et quare filius et non pater, nec ſpiritus ſanctus humanitatem aſſumſit? Quia oportebat, vt qui in ſupernis filius erat, maneret etiam in infernis filius, ne duo eſſent filii: et quia oportebat etiam creatorem renouare confractam ſuam creaturam: et quia opus erat, vt rationale per rationem ſiue verbum liberaretur ab irrationalitatis affectionibus: et quia decebat per immutabilem patris imaginem, eum, qui ad Dei imaginem factus fuerat, eamque mutauerat, ad priſtinam reparari dignitatem, vt ita conuenienti modo omnia fierent.

Verum ſi eum honorauerimus, ſicut honoramus et patrem, omnino etiam patrem hunc appellabimus? Nequaquam, ſed filium eum ſcientes, patrem non appellabimus, ne proprietates confundamus: honorabimus tamen, ſicut patrem: nam de honore ſermo eſt, non de appellatione. Abuſiue vero et hunc patrem vocamus, tanquam creatorem et procuratorem ac magiſtrum noſtrum.

Vidiſti ſapientiſſimam et admirabilem contexturam ſublimium humiliumque verborum: vt et de

[1]) καὶ, interponit. A.
[2]) τιμήσομεν. B.

Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι τὸ ὥσπερ, καὶ τὸ καθὼς, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐπὶ μὲν τῆς ἀκτίστου τριάδος, τὴν ἰσότητα δηλοῦσιν· ἐπὶ δὲ τῶν κτιστῶν πολλάκις, καὶ εἰκασίαν, καὶ ὁμοιότητά τινα μερικήν. διατί δὲ [1]) τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ υἱῷ; διότι ἔτος τὸν ἄνθρωπον ἔπλασε, καὶ φθαρέντα ἀνέπλασε, καὶ τὰς σωτηρίους ἐντολὰς ἔδωκε, καὶ ἵνα ὁ ἐνανθρωπήσας, κρίνῃ τοὺς ἀνθρώπους, μὴ μόνον, ὡς θεὸς, εἰδὼς τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ, ὡς ἄνθρωπος, πεπειραμένος αὐτῆς. καὶ διατί ἔπλασεν ὁ υἱὸς τὸν ἄνθρωπον; διότι αὐτός ἐστι σοφία καὶ λόγος καὶ δύναμις τοῦ πατρός. καὶ διατί ὁ υἱὸς, ἀλλ' οὐχ ὁ πατὴρ, ἢ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐνηνθρώπησε; διότι ἔδει τὸν ἄνω υἱὸν, μένειν καὶ κάτω υἱὸν, ἵνα μὴ δύο εἶεν υἱοὶ, καὶ διότι ἔδει τὸν δημιουργὸν, ἀνακαινίσαι τὸ συντριβὲν αὐτοῦ δημιούργημα, καὶ διότι ἔδει τὸν λογικὸν, διὰ τοῦ λόγου ἐλευθερωθῆναι τῆς ἀλογίας τῶν παθῶν, καὶ διότι πρέπον ἦν διὰ τῆς ἀπαραλλάκτου εἰκόνος τοῦ πατρὸς, τὸν κατ' εἰκόνα θεοῦ πεποιημένον καὶ παραλλάξαντα αὐτὴν, εἰς τὸ πρότερον ἐπαναχθῆναι ἀξίωμα, καὶ οὕτω καταλλήλως πάντα γενέσθαι.

Εἰ δὲν τιμήσωμεν [2]) αὐτὸν, καθὼς τιμῶμεν τὸν πατέρα, πάντως καὶ πατέρα τοῦτον προσαγορεύσομεν; [3]) ἐδαμῶς. ἀλλ' υἱὸν αὐτὸν εἰδότες, πατέρα μὲν οὐκ ὀνομάσομεν, ἵνα μὴ συγχέωμεν τὰς ἰδιότητας· ὡς τὸν πατέρα δὲ τιμήσομεν· [4]) περὶ γὰρ τιμῆς ὁ λόγος, οὐ περὶ προσηγορίας. καταχρησικῶς δὲ, καὶ πατέρα τοῦτον καλοῦμεν, ὡς ποιητὴν καὶ κηδεμόνα καὶ διδάσκαλον ἡμῶν.

Εἶδες τὴν σοφωτάτην καὶ θαυμασίαν πλοκὴν τῶν ὑψηλῶν ἅμα καὶ ταπεινῶν ῥημάτων· ὥστε καὶ τοὺς

[3]) προσαγορεύσωμεν. A.
[4]) τιμήσωμεν. A.

de his, quae tunc facta sunt, sermo facile suscipiatur, et his nullo sint impedimento ea, quae postmodum fient. Nisi enim sese demittens humilia dixisset, quare etiam sublimia attexuisset. Nam qui de se magna dicere debet, quum parua loquutus fuerit, pro excusatione habet dispensationem: siquidem dispensatorie hoc facit. Quem vero parua dicere conuenit, quam ob causam magna loquitur? non enim dispensationis hoc est, sed extremae arrogantiae. Quod si etiam minor erat filius, sicut Ariani nugabantur, quare aequalem patri honorem expetebat? nec tantum expetebat, verum etiam terrorem incutiebat, dicens:

Vers. 23. *Qui — illum.* Qui non honorat, modo quo superius dixit, hoc est, sicut patrem. Addidit autem, Qui misit illum, non sui minorationem significans, sed ora Iudaeorum obturans. Propter hoc etiam continue ad patrem refugit, ponens interim et suae naturae nobilitatem. Siue enim omnia secundum sui dignitatem loquutus fuisset, nequaquam suscepissent, existimantes, eum Deo esse contrarium, quum etiam ob pauca huiusmodi verba illum persequerentur, vellentque lapidare: siue omnia sese demittendo loquutus fuisset, habito illorum respectu, multi sane detrimentum inde suscepissent. Ideo, vt diximus, miscet ac temperat doctrinam. Vt enim facile reciperetur, non tantum excelsa loquebatur, quantum humilibus permiscebat. Itaque quum voces humiles reperimus, dispensatorias eas existimemus, vel etiam eius humanitati adaptemus, sicut et excelsas diuinitati.

Vers. 24.

5) γε, abest. B.

τοῖς τότε γίνεσθαι τὸν λόγον εὐπαράδεκτον, καὶ τοὺς μετὰ τοῦτο μὴ βλάπτεσθαι. εἰ γὰρ μὴ διὰ συγκατάβασιν τὰ ταπεινὰ ἔλεγε, διατί καὶ τὰ ὑψηλὰ προσέπλεκεν; ὁ μὲν γὰρ ὀφείλων μεγάλα περὶ ἑαυτοῦ λέγειν, ὅταν μικρὰ φθέγγηται, πρόφασιν ἔχει τὴν οἰκονομίαν· οἰκονομικῶς γὰρ τοῦτο ποιεῖ· ὁ δὲ μικρὰ λέγειν ὀφείλων, τίνος ἕνεκεν μεγάλα φθέγγεται; τοῦτο γὰρ οὐκ ἔστιν οἰκονομίας, ἀλλ' ἐσχάτης ἀλαζονείας. εἰ δὲ καὶ ἐλάττων ἦν ὁ υἱὸς, ὡς οἱ περὶ τὸν Ἄρειον ἐλήρουν, διατί τὴν ἴσην τῷ πατρὶ τιμὴν ἀπήτει; καὶ οὐκ ἀπήτει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐφόβει, λέγων.

Vers. 23. Ὁ — αὐτόν. Ὁ μὴ τιμῶν, ὡς ἔλεγεν ἀνωτέρω, ἤγουν, καθὼς τὸν πατέρα. τὸν πέμψαντα δὲ εἶπεν, οὐκ ἐλάττωσιν ἑαυτοῦ ἐμφαίνων, ἀλλὰ τὰ σώματα τῶν Ἰουδαίων ἐμφράττων. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ συνεχῶς ἐπὶ τὸν πατέρα καταφεύγει, τιθεὶς μεταξὺ τὴν οἰκείαν εὐγένειαν. εἴ τε γὰρ πάντα πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ἀξίαν ἐλάλει, οὐκ ἂν παρεδέξαντο, νομίζοντες ἀντίθεον, ὅπου[5]) γε καὶ ἀπὸ βραχέων τοιούτων ῥημάτων ἐδίωξαν αὐτὸν καὶ ἐλίθασαν· εἴτε πάντα συγκαταβατικῶς ἐφθέγγετο, ὑφορώμενος αὐτοὺς, πολλοὶ ἂν ἐβλάβησαν. διόπερ, ὡς εἰρήκαμεν, ἀναμίγνυσι καὶ κιρνᾷ τὴν διδασκαλίαν. πρὸς γὰρ τὸ εὐπαράδεκτον γενέσθαι αὐτὴν, οὐ τοσοῦτον τὰ ὑψηλὰ, ὅσον τὰ ταπεινὰ συνεβάλλετο. λοιπὸν οὖν, ὅταν εὑρίσκωμεν ταπεινὰς φωνὰς, οἰκονομικῶς αὐτὰς λογιζώμεθα, ἢ καὶ τῇ ἀνθρωπότητι αὐτοῦ ταύτας προσάπτωμεν, ὥσπερ καὶ τὰς ὑψηλὰς, τῇ θεότητι.

Verſ. 24. *Amen — aeternam.* Rurſum diſpenſatorie loquitur: Neque enim dixit, Et credit mihi, ne gloriari videretur. (†† Sed qui me miſit, ne videatur a ſe ipſo loqui, ſed ab eo, qui ipſum miſit, vt ita credant ſermoni eius, credentes per eum ei, qui ipſum miſit. Vides, quam vtile ſit ſublimibus dicere humiliter.)

Verſ. 24. *Et — veniet.* (†† In condemnationem poenae. Qui enim credit ſermoni eius, profecto eum etiam obſeruabit. Relinquitur ergo, vt, qui eum non obſeruet, ei nec credat. Perhorreſcamus ergo nos, qui praecepta dei non ſeruamus. Cum infidelibus enim collocabimur. Quaere vero etiam tertio capite iſtud: Qui in eum credit, non iudicatur.)

Verſ. 24. *Sed — vitam.* (†† Mortem dicit non eam, quae hic eſt, ſed quae ibi, id eſt, poenam. Sicut etiam vitam, fruitionem, quae ibi eſt. Transgreſſus enim ab incredulitate ad fidem, transiit reliquum etiam ab poena incredulorum ad fruitionem fidelium.)

Verſ. 25. *Amen — viuent.* (†† Cum ſuperius dixiſſet: Quemadmodum pater ſuſcitat mortuos et viuificat: ita et filius, quos vult, viuificat: ne videretur gloriari,) promittit nunc, quod non

6) Hic et in proximis ſcholiis defectu laborat interpretatio Hentenii. Hunc defectum hic in textu Graeco his ſignis [ ] notaui.

7) Ab ἀλλὰ ad finem ſcholii deſunt apud Hentenium. Eorum vero loco legitur: *Non ſolum autem hic, ſed in ſequentibus quoque frequenter inueniemus, quo pacto et metu, et promiſſione, vt ſibi credatur, admoneat.*

8) μὴ δόξῃ ἀΦ'. A.

9) ταπεινόν. B.

Verſ. 24. Ἀμὴν — αἰώνιον. Πάλιν οἰκονομικῶς φησιν. οὐκ εἶπε γὰρ, καὶ πιστεύων ἐμοὶ, ἵνα μὴ δόξῃ κομπάζειν·[6]) [ἀλλὰ[7], τῷ πέμψαντί με, ἵνα[8]) δόξῃ μὴ ἀφ' ἑαυτῦ λέγειν, ἀλλ' ἀπὸ τῦ πέμψαντος αὐτὸν, καὶ οὕτω πιστεύσωσι τῷ λόγῳ αὐτοῦ, ὡς δι' αὐτοῦ τῷ πέμψαντι αὐτὸν πιστεύοντες. ὁρᾷς, πῶς τὸ[9]) ταπεινὰ λέγειν, λυσιτελεῖ τοῖς ὑψηλοῖς.

Verſ. 24. Καὶ — ἔρχεται. Εἰς[1]) κατάκρισιν κολάσεως. ὁ γὰρ πιστεύων τῷ λόγῳ αὐτοῦ, πάντως καὶ τηρεῖ αὐτόν· λοιπὸν οὖν, ὁ μὴ τηρῶν αὐτὸν, ἃ πιστεύει αὐτῷ. φρίξωμεν οἱ μὴ φυλάσσοντες τὰς ἐντολὰς τοῦ θεῦ. μετὰ τῶν ἀπίστων γὰρ τεταγμεθα. ζήτησον δὲ καὶ ἐν τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ τὸ, ὁ[t]) πιστεύων εἰς αὐτὸν, ἃ κρίνεται. t) Io. 3, 18.

Verſ. 24. Ἀλλὰ — ζωήν. Θάνατον, ἃ τὸν[2]) ἐνταῦθά φησιν, ἀλλὰ τὸν ἐκεῖ, τουτέστι τὴν κόλασιν· ὥσπερ καὶ ζωὴν, τὴν ἀπόλαυσιν τὴν ἐκεῖ. μεταβὰς γὰρ ἀπὸ τῆς ἀπιστίας εἰς τὴν πίστιν, μεταβέβηκε λοιπὸν καὶ ἀπὸ τῆς κολάσεως τῶν ἀπίστων ἐπὶ τὴν ἀπόλαυσιν τῶν πιστῶν.

Verſ. 25. Ἀμὴν — ζήσονται. Εἰπὼν ἀνωτέρω, ὅτι ὥσπερ[v]) ὁ πατὴρ ἐγείρει τὲς νεκρὲς καὶ ζωοποιεῖ, ἕτω καὶ ὁ υἱὸς, ἕς θέλει, ζωοποιεῖ· ἵνα μὴ δόξῃ κομπάζειν,[3])] ἐπαγγέλλεται νῦν v) Io. 4, 21.

N 2 οὐκ

[1]) Hoc toto ſcholio caret Hentenius. Eius loco autem ſubiiciuntur haec: *Non condemnabitur in iudicio, nec punietur. Non negat autem, quin morituri ſint credentes, ſed de morte loquitur perpetua, ſimiliter et de vita aeterna.*

[2]) Etiam hoc ſcholio caret Hentenius.

[3]) Hic rurſus incipit conuenire Hentenius. Scriba ergo eius ſaltum fecerat ab κομπάζειν ad κομπάζειν, deinde vero, errore animaduerſo, alia interpoſuit.

non longo post tempore viuificaturus sit mortuos, sermonemque opere comprobaturus. Ad Samaritanam quoque dicens similiter, Venit tempus, siue hora, pari modo addidit, Et nunc est, significans futurae rei propinquitatem.

Mortui autem audituri sunt vocem eius: quomodo? Simulac ipse voluerit, conuersa cuiusque anima ad proprium corpus, mortui qui audierint, vitam rursus in mundo viuent. Hic ergo, vbi dixit excelsa, seipsum Dei filium vocando, rursum sermonem obscurat, attexens humilia.

Vers. 26. *Sicut — semetipso.* Verbum dedit, humile est et dispensatorium. Habet autem vitam in semetipso, hoc est, ad modum fontis scaturire facit vitam.

Vers. 27. *Et — faciendi.* Iudicium eorum, quae ab vnoquoque in vita peracta sunt. Frequenter autem repetit Iudicium, magis eos exterrens, vt paulatim iudicem hunc esse credentes, ad eum accurrant, mansuetum sibi iudicem inde parantes.

Vers. 27. *Quia* — v. 28. *hoc.* Quia homo est, qui iudicium sumsit hominum, et praedicta de se ipso docuit, quae magna et non tantum supra hominem sunt, sed supra angelos quoque, et ad solum Deum pertinent, nolite mirari: praedictum est enim, quod etiam filius Dei sit: Non ergo offendi oportet: nam quae odiosa appa-

4) Pro, *Et diximus ibi causſam*, alia habet interpres.

5) Euthymius ergo sequitur distinctionem Chrysostomi, qui contra Paulum Samosatenum disputat. Vide Chrysost. T. VIII. p. 230. A. Huc spectat etiam scholium, quod ex Codice Vindobonensi edidit

οὐκ εἰς μακρὰν ζωοποιῆσαι νεκρούς, καὶ τὸν λόγον ἔργῳ πιστώσασθαι. καὶ ἐπὶ τῆς σαμαρείτιδος δὲ ὁμοίως εἰρηκὼς, ὅτι x) ἔρχεται ὥρα, προσέθηκεν, ὅτι καὶ νῦν ἐστι. καὶ a) εἰρήκαμεν ἐκεῖ τὴν αἰτίαν. x) Io. 4. 23.

Οἱ νεκροὶ δὲ ἀκούσονται τῆς φωνῆς αὐτοῦ, πῶς; ἅμα τῷ θελῆσαι αὐτὸν, τῆς ἑκάστου ψυχῆς ἐπιστραφείσης εἰς τὸ ἴδιον σῶμα· καὶ οἱ ἀκούσαντες νεκροὶ, ζήσονται πάλιν τὴν ἐν τῷ κόσμῳ ζωήν. ὑψηλὰ οὖν εἰρηκὼς ἐνταῦθα, τῷ καλέσαι ἑαυτὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, πάλιν ἐπισκιάζει τὸν λόγον, προσπλέκων ταπεινά.

Vers. 26. b) Ὥσπερ — ἑαυτῷ. Τὸ ἔδωκε, ταπεινὸν καὶ οἰκονομικόν· ἔχει δὲ ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, ἀντὶ τοῦ πηγάζει.

Vers. 27. Καὶ — ποιεῖν. Κρίσιν, τὴν τῶν βεβιωμένων ἑκάστῳ. συνεχῶς δὲ στρέφει τὴν κρίσιν, ἐπὶ πλέον ἐκφοβῶν αὐτοὺς, ἵνα κατὰ μικρὸν πειθόμενοι, τοῦτον εἶναι κριτὴν, προσδράμωσιν αὐτῷ, κατασκευάζοντες ἐντεῦθεν ἥμερον ἑαυτοῖς τὸν δικαστήν.

Vers. 27. c) Ὅτι — v. 28. τοῦτο. Διότι 5) δὲ ἄνθρωπός ἐστιν, ὁ τὴν κρίσιν τῶν ἀνθρώπων λαβὼν, καὶ τὰ προῤῥηθέντα διδάξας περὶ ἑαυτοῦ, τὰ μεγάλα, καὶ μὴ μόνον ὑπὲρ ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἄγγελον, καὶ μόνου ὄντα θεοῦ, μὴ θαυμάζετε τοῦτο. προείρηται γὰρ, ὅτι καὶ υἱὸς θεοῦ ἐστι, καὶ λοιπὸν ὃ χρὴ σκανδαλίζεσθαι.

edidit ad h. l. Birchius. Confer etiam Theophylact. p. 632. A. Cyrilli explicatio T. IV, p. 235. 236. ambigua est. Credo, illum data opera fumum fecisse. Origenis, cuius ad hunc locum interpretatio intercidit, tamen T. IV. p. 359. et 360. ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστιν ad superiora refert, quae vulgaris est distinctio.

apparent propter humanae naturae humilitatem, ea appareant tolerabilia propter diuinae naturae celsitudinem. Deinde aliam quoque de seipso proponit tremendam et arcanam potestatem.

Vers. 28. *Quia* — v. 29. *condemnationis.* Tempus dicit consummationis seculi et vniuersalis iudicii: eos autem, qui sunt in monumentis, dicit mortuos, quos simul omnes repente ac virtute arcana coaptabit, animabit, ac excitabit voce sua, sine iussu, quo tunc per archangelum clamabit, In iussu, inquit, in voce archangeli, et in tuba Dei.

Atqui non omnes sunt in monumentis, sed ab his, qui sunt in monumentis, etiam eos significauit, qui non sunt in monumentis, ab his videlicet, qui naturaliter sepulti sunt, eos etiam, qui naturaliter sepulti non sunt. Ex monumentis autem prodibunt, hi quidem in resurrectionem vitae aeternae, illi vero in resurrectionem condemnationis: isti ad fruitionem sempiternam, illi ad supplicium perpetuum. Alibi autem dixit, Et abibunt hi in supplicium aeternum, iusti vero in vitam aeternam.

Vers. 30. *Non possum — iudico.* Quemadmodum superius de operando dicebat, Non potest filius a se facere quicquam, nisi quid viderit patrem facientem: ita et nunc de iudicando ait, Non possum ego a meipso facere quicquam, sicut audio iudico: hoc est, non iudico a meipso, sed sicut audio a patre, vel sicut pater: quod etiam aequalitatem ad patrem ac indifferentiam innuit. Sicut enim in superioribus Videre, ita et hic Audire, intelligendum est dispensatorie, et

*) Inclusa exciderunt. A.

ἀ γὰρ Φορτικὰ φαίνεται, διὰ τὸ ταπεινὸν τῆς ἀνθρωπείας φύσεως, ταῦτα Φορητὰ φαινέσθω, διὰ τὸ ὕψος τῆς θείας. εἶτα προστίθησι περὶ ἑαυτῆ καὶ ἑτέραν Φοβερὰν, καὶ ἄῤῥητον δύναμιν.

Verſ. 28. Ὅτι — v. 29. κρίσεως. Ὥραν μὲν λέγει, τὸν καιρὸν τῆς συντελείας τῦ κόσμου, τὸν τῆς παγκοσμίου κρίσεως. ἐν τοῖς μνημείοις δέ, Φησι, τὰς νεκρὰς, ἃς ὁμῦ πάντας ἀθρόον καὶ ἀῤῥήτῳ δυνάμει συμπήξει, καὶ ψυχώσει, καὶ ἐξαναστήσει ἡ Φωνὴ αὐτῦ, ἤτοι, τὸ κέλευσμα τὸ διὰ τῦ ἀρχαγγέλου τηνικαῦτα Φωνούμενον. ἐν κελεύσματι, y) γάρ Φησιν, ἐν Φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι θεῦ. y) 1 Theſ. 4, 16.

Καὶ μὴν ἃ πάντες ἐν τοῖς μνημείοις εἰσὶν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς μνημείοις [ἐδήλωσε 6) καὶ τὰς ἃ κ ἐν τοῖς μνημείοις,] ἀπὸ τῶν κατὰ Φύσιν ταΦέντων, καὶ τὰς μὴ κατὰ Φύσιν ταΦέντας. ἐκ τῶν μνημείων δὲ πορεύσονται, οἱ μὲν, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς αἰωνίου· οἱ δὲ, εἰς ἀνάστασιν κατακρίσεως· οἱ μὲν, εἰς τὸ ἀπολάυειν ἀεί· [οἱ δὲ, 7) εἰς τὸ κολάζεθαι ἀεί.] ἀλλαχοῦ δὲ ἔλεγε· καὶ z) ἀπελεύσονται ἤτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον· οἱ δὲ δίκαιοι, εἰς ζωὴν αἰώνιον. z) Matt. 25, 46.

Verſ. 30. Οὐ δύναμαι — κρίνω. Ὥσπερ ἀνωτέρω περὶ τῦ ἐργάζεθαι ἔλεγεν· ἃ a) δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀΦ' ἑαυτῦ ἃδὲν, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιῦντα· ἵτω καὶ νῦν περὶ τῦ κρίνειν Φησίν· ἃ δύναμαι ἐγὼ ποιεῖν ἀπ' ἐμαυτῦ οὐδέν. καθὼς ἀκούω, κρίνω, τετέχθαι, ἃ κρίνω ἀπ' ἐμαυτῦ, ἀλλὰ καθὼς ἀκούω παρὰ τῦ πατρὸς, ἤγουν, ὡς ὁ πατὴρ, ὅπερ ὑποδηλοῖ τὸ πρὸς τὸν πατέρα ἴσον καὶ ἀπαράλλακτον, ὥσπερ γὰρ ἄνω τὸ βλέπειν· ἵτω καὶ ταῦθα τὸ ἀκέειν νοητέ- a) Io. 5, 19.

7) Incluſa exciderunt. A.

et vt Deo conueniat. Siquidem neque videre ei opus est, neque audire, quum Deus nulla re indigeat.

Vers. 30. *Et — patris.* Iuste, inquit, iudico, quia non iudico secundum voluntatem meam, neque ego propriam habeo voluntatem, sed secundum patris voluntatem: nam illa etiam mea est: vna siquidem et eadem est patris et filii voluntas: si ergo pater iustus est iudex, et filius vtique iustus est iudex.

Oportet itaque in huiusmodi verbis, quae demissionem ac dispensationem significant, non ad ipsa tantum respicere, sed etiam ad causam ipsorum: in his enim causa est imbecillitas mentis audientium, et ne Deo contrarius videretur, sicut variis in locis diximus.

Vers. 31. *Si — verum.* Oportet eos, qui sacras legunt scripturas, intentionem loquentis habitumque audientis exquirere, tempora quoque ac loca aduertere, insuper idiomata obseruare: nec simpliciter et vno modo cuncta aggredi, si legitimos sensus velint deprehendere, et non in nudis manere verbis, ac falli circa electiones. Siquidem propositus statim campus thesaurum habet copiosum: habet autem hunc multa obrutum obscuritate. Quis enim repente turbari non posset audiens Christum dicentem, si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum. Siquidem ipse dixit, Ego sum veritas: quod si veritas verum non loquitur, quisnam erit qui vera loquatur? Si quae de seipso testificatus est, vera non sunt, nobis omnino perit praedica-

tionis

*) Hic addit A. τὸ ἐμόν. οὐδὲ γὰρ ἔχω θέλημα. Bis ergo idem scripsit.

εἰ· εἰκονόμικῶς μὲν, θεοπρεπῶς δέ. ὲ γὰρ δεῖται τῦ ἀκέειν. ἀνενδεὴς γὰρ ὁ θεός.

Verſ. 30. Καὶ — πατρός. Κρίνω δίκαιά, φησι, διότι ὲ κρίνω κατὰ τὸ θέλημα τὸ ἐμόν. οὐδὲ γὰρ ἔχω θέλημα [8]) ἴδιον, ἀλλὰ κατὰ τὸ τῦ πατρός. τῦτο γὰρ καὶ ἐμόν. ἓν γὰρ καὶ τὸ αὐτὸ θέλημα πατρὸς καὶ υἱῦ. καὶ λοιπὸν, εἰ ὁ πατὴρ κριτὴς δίκαιος, καὶ ὁ υἱὸς ἄρα κριτὴς δίκαιος.

Χρὴ τοίνυν ἐπὶ τῶν τοιῶτων συγκαταβατικῶν τε καὶ οἰκονομικῶν ῥημάτων, μὴ πρὸς αὐτὰ βλέπειν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἐῤῥήθησαν. αἰτία γὰρ ἐπὶ τῶτων, ἡ ἀσθένεια τῆς διανοίας τῶν ἀκουόντων, καὶ τὸ μὴ δοκεῖν αὐτὸν ἀντίθεον, ὡς διαφόρως εἰρήκαμεν.

Verſ. 31. Ἐὰν — ἀληθής. Χρὴ τοὺς τὰς ἱερὰς γραφὰς ἀναγινώσκοντας, τόν τε σκοπὸν τῦ λέγοντος, καὶ τὴν ἕξιν τῦ ἀκούοντος ἐξετάζειν, καὶ καιροῖς καὶ τόποις ἔσιν, ὅτε προσέχειν, καὶ τὰ ἰδιώματα παρατηρεῖν, καὶ μὴ ἁπλῶς καὶ καθ' ἕνα τρόπον ἐπιέναι πάντα, εἰ βέλοιντο τὰ γνήσια νοήματα καταλαμβάνειν, καὶ μὴ ψιλοῖς τοῖς ῥήμασιν ἐναπομένειν, καὶ πλανᾶσθαι κατὰ τοὺς αἱρετικούς. αὐτίκα γὰρ τὸ προκείμενον χωρίον ἔχει μὲν πολὺν θησαυρὸν, ἔχει δὲ τῦτον πολλῇ κατακεχωσμένον ἀσαφείᾳ. τίς γὰρ οὐκ ἂν εὐθέως θορυβηθείη, ἀκέων τῦ χριτῦ λέγοντος· ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔσιν ἀληθής. καὶ γὰρ αὐτὸς ἔλεγεν· ἐγώ [b]) εἰμι ἡ ἀλήθεια. καὶ ἐὰν ἡ ἀλήθεια οὐκ ἀληθεύῃ, [9]) τίς ἀληθεύσει; ἐὰν, ἃ περὶ ἑαυτῦ μεμαρτύρηκεν, ἔκ εἰσιν ἀληθῆ, πάντως οἴχεται ἡμῖν τὸ κεφάλαιον τῦ κηρύγματος. ἵνα γὰρ b) Io. 14, 6.

9) ἀληθεύει. A.

tionis ſumma. Nam, vt caetera ſinamus, quae ſunt innumera et fidem contingentia: vbinam ponemus ea, quae paulo ante de ſeipſo teſtificatus eſt, quod filius ſit Dei, quod aequalis illi natura, potentia et voluntate: quod creator, quod viuificator, quod iudex aliaque ſimilia?

Quid ergo dicendum eſt? Quod quia talia de ſeipſo teſtificatus fuerat, cognouit Iudaeos habere in animo opponere ſe ei ac dicere, ſi tu teſtimonium perhibes de teipſo, teſtimonium tuum non eſt verum. Nemo ſiquidem, qui de ſeipſo fert teſtimonium, fide dignus eſt apud homines, propter ſuſpicionem de nimio ſui ipſius amore, ideo praeuenit ac dixit, quod illi dicturi erant, dicens, Si ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimonium meum non eſt verum, vt vobis apparet. Itaque teſtes adducit, etiam in hoc ſe demittens ad imbecillitatem illorum, et ex abundanti cautione ſilentium illis imponens.

Quod ergo ait, Teſtimonium meum non eſt verum, non quaſi affirmando dixit, ſed quod illi hoc dicere pararent. Quod autem haec ita ſe habeant, inde manifeſtum eſt. Quum enim in ſequentibus loquutus fuiſſet dicens, Ego ſum lux mundi: dicentibus phariſaeis, Tu de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum, contradixit dicens, Etſi ego teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimonium meum verum eſt. Manifeſtum ergo eſt, quod illud, oppoſitionis illorum erat, hoc autem intellectus eius. Siquidem illi putabant, eum non eſſe fide dignum, qui de ſe ipſo ferret teſtimonium, vtpote hominem: ipſe vero ediuerſo ſeſe fide dignum dixit, tanquam Deum. Primum itaque diſſoluit excogitatam ipſorum oppoſitionem, dicens id, quod ipſi dicere parabant, et oſtendens, quod cogita-

tiones

γὰρ ἐάσωμεν τἄλλα, μυρία ὄντα, καὶ συνεκτικὰ τῆς πίστεως, ποῦ θήσομεν, ἃ πρὸ βραχέος ἐμαρτύρησε περὶ ἑαυτοῦ· ὅτι υἱός ἐστι τοῦ θεοῦ, ὅτι ἴσος αὐτῷ κατὰ φύσιν καὶ δύναμιν καὶ θέλησιν, ὅτι δημιουργός, ὅτι ζωοποιός, ὅτι κριτὴς καὶ ὅσα τοιαῦτα.

Τί οὖν ἐστιν εἰπεῖν; ὅτι ἐπειδὴ τοιαῦτα περὶ ἑαυτοῦ μαρτυρήσας, ἔγνω τοὺς Ἰουδαίους ἐνθυμουμένους ἀντιθεῖναι καὶ εἰπεῖν· ὅτι [1]) ἐὰν σὺ μαρτυρεῖς περὶ [2]) σεαυτοῦ, ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής. οἶδεις γὰρ, ἑαυτῷ μαρτυρῶν, ἀξιόπιστος ἐν ἀνθρώποις, διὰ ὑποψίαν φιλαυτίας· προέλαβε, καὶ εἶπεν, ὃ ἔμελλον εἰπεῖν ἐκεῖνοι, λέγων· ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής, ὡς ὑμῖν δοκεῖ· καὶ λοιπὸν παράγει πάρτυρας, συγκαταβαίνων κἀνταῦθα τῇ ἀσθενείᾳ αὐτῶν, καὶ ἐκ περιουσίας ἐπισωμίζων αὐτούς.

Ὥστε τὸ ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής, οὐχ ὡς ἀποφαινόμενος εἶπεν, ἀλλ' ὡς ἐκείνων τοῦτο εἰπεῖν ἐνθυμουμένων. ὅτι δὲ ἀληθῆ ταῦτα, δῆλον ἐντεῦθεν. ἐπεὶ γὰρ προϊὼν ἐλάλησε λέγων· ἐγώ εἰμι [c]) τὸ φῶς τοῦ κόσμου καὶ τὰ ἑξῆς· εἰπόντων τῶν Φαρισαίων, σὺ [d]) περὶ σεαυτοῦ μαρτυρεῖς· ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής· ἀντεῖπε, κἂν [e]) ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία μου. πρόδηλον οὖν, ὅτι ἐκεῖνο μὲν τῆς ἐκείνων ἀντιθέσεως ἦν· τοῦτο δὲ, τῆς τούτου γνώμης. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ᾤοντο, μὴ ἀξιόπιστον αὐτὸν εἶναι περὶ ἑαυτοῦ μαρτυροῦντα, ὡς ἄνθρωπον· οὗτος δὲ τἀναντίον ἔλεγεν ἀξιόπιστον ἑαυτὸν, ὡς θεόν. πρῶτον μὲν οὖν κατέλυσε τὴν μελετωμένην ἀντίθεσιν αὐτῶν, εἰπὼν, ὅπερ εἰπεῖν ἐνεθυμοῦντο, καὶ δείξας, ὅτι γινώσκει τὰς διανοίας αὐτῶν· εἶτα

c) Io. 8, 12.
d) Io. 8, 13.
e) Io. 8, 14.

[1]) Et id ſane infra 8, 13. ei opponunt.
[2]) περὶ ἑαυτοῦ. A.

tiones eorum cognoſceret. Deinde etiam teſtes adducit manifeſtos, et quibus contradici nequeat: Iohannem, opera propria, ac patrem. Primum autem ponit debilius teſtimonium puta Iohannis.

Verſ. 32. *Alius — me.* Scio hunc, inquit, quod apud omnes ſit fide dignus, nempe propheta Dei, et a Deo accipiens, quae loquitur. Deinde, ne quis opponat dicens, Quid ſi ad gratiam teſtimonium perhibuit? hanc etiam tollit obiectionem dicens:

Verſ. 33. *Vos — veritati.* In primordiis euangelii ſui poſt ſermonem de Deo habitum, dixit euangeliſta, Miſerunt Iudaei ab Ieroſolymis ſacerdotes et leuitas, vt interrogarent eum, Tu quis es? et caetera. Tunc ergo multa et magna teſtificatus eſt de Chriſto. Ideo nunc dicit, Vos miſiſtis ad Iohannem, interrogantes eum: non autem miſiſſetis, niſi eum fide dignum cognouiſſetis: teſtimonium ergo eius refellere non poteſtis.

Verſ. 34. *Ego — accipio.* Hoc eſt, humano teſtimonio non indigeo, quum ſim Deus. Et quomodo in teſtimonium adduxit Iohannem, qui homo erat? Primum quidem, quia teſtimonium eius non erat ipſius, ſed Dei. Ait enim, Qui miſit me ad baptizandum in aqua, ipſe mihi dixit. Deinde et aliam ponit cauſam. Vide enim.

Verſ. 34. *Sed — ſalui ſitis.* Non quod humano, inquit, egeam teſtimonio, ſed de Iohannis teſtimonio diſpenſatorie loquor: vt ei credentes, qui et eſt, et vobis apparet fide dignus, ſalui ſitis.

Verſ. 35.

εἶτα καὶ μάρτυρας παράγει σαφεῖς καὶ ἀναντιῤῥήτους τρεῖς, τὸν ἰωάννην, τὰ οἰκεῖα ἔργα, καὶ τὸν πατέρα. πρώτην δὲ τίθησι τὴν ἐλάττω μαρτυρίαν, τὴν ἰωάννου.

Verſ. 32. Ἄλλος — ἐμοῦ. Οἶδα τοῦτό, φησιν, διότι παρὰ πάντων ἔχει τὸ ἀξιόπιστον, ὡς προφήτης θεοῦ, καὶ ὑπὸ θεοῦ ἐνηχθέντος, ἃ φθέγγεται. εἶτα, ἵνα μὴ ἀντιθήσει τις· τί οὖν, εἰ πρὸς χάριν μεμαρτύρηκε; προαναιρεῖ καὶ ταύτην τὴν ἀντίθεσιν, λέγων·

Verſ. 33. Ὑμεῖς — ἀληθείᾳ. Ἐν προοιμίοις, μετὰ τὴν θεολογίαν, φησὶν ὁ εὐαγγελιστής· ὅτε[3]) ἀπέστειλαν f) οἱ ἰουδαῖοι ἐξ ἱεροσολύμων f) Io. 1, 19.
ἱερεῖς καὶ λευίτας, ἵνα ἐρωτήσωσιν αὐτὸν, σὺ τίς εἶ; καὶ τὰ ἑξῆς· τότε οὖν ἐμαρτύρησε περὶ τοῦ χριστοῦ πολλὰ καὶ μεγάλα. διὰ τοῦτο λέγει νῦν, ὑμεῖς ἀπεστάλκατε πρὸς ἰωάννην ἐρωτῶντες· οὐκ ἂν δὲ ἀπεστείλατε, εἰ μὴ ἀξιόπιστον αὐτὸν ἐγινώσκετε. λοιπὸν οὖν ἐ δύναθε παραγράψαθαι τὴν μαρτυρίαν αὐτοῦ.

Verſ. 34. Ἐγὼ — λαμβάνω. Τουτέστιν, οὐκ ἀνθρωπίνης μαρτυρίας δέομαι, θεὸς ὤν. καὶ πῶς τὸν ἰωάννην μάρτυρα παράγεις, ἄνθρωπον ὄντα; πρῶτα μὲν, διότι ἡ μαρτυρία αὐτοῦ, οὐκ ἦν αὐτοῦ, ἀλλὰ τοῦ θεοῦ. εἶπε γὰρ, ὅτι ὁ g) πέμ- g) Io. 1, 33.
ψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι, ἐκεῖνός μοι εἶπεν. ἔπειτα δὲ τίθησι καὶ ἄλλην αἰτίαν. ὅρα γάρ.

Verſ. 34. Ἀλλὰ — σωθῆτε. Οὐκ ἀνθρωπίνης μαρτυρίας δέομαί, φησιν, ἀλλὰ τὰ περὶ τῆς μαρτυρίας τοῦ ἰωάννου λέγω οἰκονομικῶς, ἵνα τῷ καὶ ὄντι, καὶ δοκοῦντι ὑμῖν ἀξιοπίστῳ πειθόμενοι, σωθῆτε.

Verſ. 35.

[3]) ὅτι. B.

Verſ. 35. *Ille — lucens.* Lucerna accenſa a diuino ſpiritu, et lucens his, qui in tenebris erant peccati. Lucernam autem eum vocauit, tanquam obſcuratum excellenti lumine ſolis iuſtitiae. Ipſe ſiquidem de Chriſto dicebat, Illum oportet creſcere, me autem minui.

Aliam quoque ob cauſam appellauit eum lucernam, quia videlicet non ex ſe doctrinae lucem habebat, ſed ex gratia ſancti ſpiritus. De hoc autem, vt opinor, praedixit per os Dauid, Paraui lucernam Chriſto meo.

Verſ. 35. *Vos — eius.* Obiurgat hos, quod non vſque ad finem ſtudioſe illum obſeruauerint: voluiſtis, inquit, quodam tempore exultare in luce doctrinae illius, quando omnes vndique ad eum concurrebatis et poſtmodum refrixiſtis, quanquam hactenus illum admiramini: niſi enim refrixiſſetis, teſtimonio vtique illius credidiſſetis. Digni igitur eſtis, qui redarguamini, quod licet hunc fide dignum confiteamini, eius tamen teſtimonio non credideritis.

Verſ. 36. *Ego — miſerit.* Siquidem Iohannis teſtimonium poterat quispiam calumniari, tanquam ad gratiam factum: quanquam hoc vere dici non poterat aduerſus virum, qui omni cum diligentia ſuo fungebatur munere, et apud omnes vehementi in admiratione habebatur: Verum opera omni ſuſpicione libera, cunctorum ora contentioſa obturabant, puta paralytici confirmatio, caeteraque miracula: quum apud eos eſſent, qui curati erant, et plenam eis fidem faciebant. Opera, inquit, quae ego facio, teſtificantur de me, quod pater miſerit me.

Non

Vers. 35. Ἐκεῖνος — φαίνων. Ὁ λύχνος, ὁ ἀνακαιόμενος τῷ πυρὶ τῦ θείου πνεύματος, καὶ φαίνων τοῖς ἐν τῷ σκότει τῆς ἁμαρτίας. λύχνον δὲ αὐτὸν ἐκάλεσεν, ὡς ἀμαυρωθέντα τῷ ὑπερβάλλοντι φωτὶ τῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης. ἔφη γὰρ αὐτὸς περὶ τῦ χριστῦ· ὅτι ἐκεῖνον h) δεῖ αὐξάνειν, ἐμὲ δὲ ἐλαττῦσθαι. h) Io. 3, 30.

Καὶ ἑτέρως δὲ λύχνον αὐτὸν ὠνόμασεν, ὡς μὴ οἰκοθεν ἔχοντα τὸ φῶς τῆς διδασκαλίας, ἀλλ' ἐκ τῆς χάριτος τῦ ἁγίου πνεύματος. οἶμαι δὲ, περὶ τούτου προεῖπε διὰ τῦ δαυὶδ ὁ θεός· ἡτοίμασα i) λύχνον τῷ χριστῷ μου. i) Ps. 131, 17.

Vers. 35. Ὑμεῖς — αὐτῦ. Καθάπτεται τῶν, ὡς μὴ μέχρι τέλους τηρησάντων αὐτῷ τὴν σπουδήν. ἠθελήσατε γάρ, φησιν, ἀγαλλιαθῆναι πρὸς καιρόν τινα ἐν τῷ φωτὶ τῆς διδασκαλίας αὐτῦ, ὅτε πανταχόθεν πάντες πρὸς αὐτὸν συνετρέχετε· εἶτα ἐψυχράνθητε, εἰ καὶ μέχρι νῦν θαυμάζετε τῦτον. εἰ γὰρ μὴ ἐψυχράνθητε, πάντως ἂν ἐπιστεύσατε τῇ μαρτυρίᾳ αὐτοῦ· ἐλέγχεσθε οὖν, τὸν αὐτὸν καὶ ἀξιόπιστον ὁμολογῦντες, καὶ μὴ πιστεύοντες τῇ μαρτυρίᾳ αὐτῦ.

Vers. 36. Ἐγὼ — ἀπέσταλκε. Τὴν μὲν γὰρ τῦ ἰωάννου μαρτυρίαν ἠδύνατό τις διαβαλεῖν, ὡς πρὸς χάριν γεγενημένην, καίτοι οὐδὲ τῦτο ἐξῆν εἰπεῖν κατ' ἀνδρὸς μετὰ πάσης ἀκριβείας φιλοσοφῦντος, καὶ σφόδρα θαυμαθέντος αὐτοῖς· τὰ δὲ ἔργα, πάσης ὑποψίας ἀπηλλαγμένα, πᾶν ἐμφράττει στόμα φιλόνεικον, ἤγουν 4) ἡ τοῦ παραλύτου σύσφιγξις, καὶ τὰ λοιπὰ θαύματα παρ' αὐτοῖς ὄντων δὴ τῶν θεραπευθέντων, καὶ πληροφορέντων αὐτούς. αὐτά, φησι, τὰ ἔργα, ἃ ἐγὼ ποιῶ, μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ, ὅτι ὁ πατήρ με ἀπέσταλκεν.

Οὐκ

4) Malim οἷον, pro ἤγουν.

Non dixit autem, Teſtificantur, quod aequalis ſim patri, ſed, quod pater miſerit me. Atqui et hoc, et illud teſtificabantur. Verum etſi maius erat, vt crederetur aequalis eſſe patri: minus tamen poſuit, nempe id, quod tunc maxime intendebatur. Volebat namque primo credi, quod ſe Deus miſiſſet: hoc enim credito, reliquum facilius erat ad credendum.

Sed quomodo opera teſtificabantur, quod Deus eum miſiſſet? Teſtificabantur id, tanquam opera ſolius diuinae virtutis. Siquidem, qui Deo contrarius eſſet, huiusmodi facere non poterat: nam licet miraculis contradicere impudenter attentabant, ſicut vigeſimo ſecundo iuxta Matthaeum capite ſcriptum eſt, dicentes, Hic non eiicit daemonia, niſi per Beelzebul principem daemoniorum: ſed ibi citius os illis obſtruitur, et vane nugari conuincuntur.

Verſ. 37. *Et — me.* Vbi de ipſo teſtimonium perhibuit? In ſequentibus ſignificabit, quod in ſcripturis: quanquam etiam, dum baptizaretur, teſtimonium de eo perhibuit, dicens, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacitum eſt. Et rurſus, quum transformaretur. Sed quum baptizaretur, licet audierunt, dubitabant: quum autem transformaretur, ne audierunt quidem ipſi. Idcirco praetermiſſis huiusmodi teſtimoniis, ad ſcripturas eos transmittit, quas ſemper in manibus habebant, nec fas erat illis contradicere: ſed hoc in progreſſu facit: nunc autem, ne expetant Dei teſtimonium a propria voce, et a propria perſona dicentes, Neque vocem eius audiuimus vnquam, neque ſpeciem eius vidimus: confitetur, quod illi dicturi erant, confitendo vero

*) εἰ, abeſt. A. mox idem habet πιστευθήν.

Οὐκ εἶπε δὲ μαρτυρεῖ, ὅτι ἴσός εἰμι τῷ πατρὶ, ἀλλ' ὅτι ὁ πατήρ με ἀπέσταλκε· καίτοι καὶ τοῦτο κἀκεῖνο ἐμαρτύρουν, ὅμως, εἰ[5]) καὶ μεῖζον ἦν τὸ πιστευθῆναι, ὅτι ἴσός ἐστι τῷ πατρὶ, ἀλλά γε τὸ ἧττον τέθεικεν, ὡς μάλιστα τηνικαῦτα σπεδαζόμενον. ἐβέλετο γὰρ πρῶτον πιστευθῆναι, ὅτι ὁ θεὸς ἀπέσταλεν αὐτόν. τότε γὰρ πιστευθέντος καὶ τὸ ἄλλο ῥᾴδιον ἦν.

Ἀλλὰ πῶς τὰ ἔργα ἐμαρτύρουν, ὅτι ὁ θεὸς αὐτὸν ἀπέσταλκεν; ὡς μόνης ἔργα θείας δυνάμεως. τοιαῦτα γὰρ ἀντίθεος ποιεῖν οὐκ ἠδύνατο. εἰ γὰρ καὶ τοῖς θαύμασιν ἀνταπεῖν ἀναισχύντως ἐτόλμησαν, ὡς ἐν τῷ εἰκοστῷ δευτέρῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ ματθαῖον ἱστόρηται, λέγοντες· οὗτος[k]) οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν τῷ βεελζεβὲλ, ἄρχοντι τῶν δαιμονίων· ἀλλ' οὖν ταχέως ἐπεξομίσθησαν ἐκεῖ, καὶ μάτην φλυαρῆντες ἠλέχθησαν. k) Matt. 12, 24.

Vers. 37. Καὶ — ἐμοῦ. Ποῦ μεμαρτύρηκε περὶ αὐτοῦ, δηλώσει προϊών, ὅτι ἐν ταῖς γραφαῖς. καὶ μὴν καὶ βαπτιζομένου μεμαρτύρηκε περὶ αὐτοῦ, λέγων· οὗτός[l]) ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ[6]) εὐδόκησα· καὶ αὖθις μεταμορφωμένου. ἀλλὰ βαπτιζομένου μὲν, εἰ καὶ ἤκουσαν, ἀμφέβαλλον· μεταμορφωμένου δὲ, οὐδὲ ἤκουσαν αὐτοί. διὰ τοῦτο τὰς τοιαύτας μαρτυρίας παραβραμὼν, πρὸς τὰς γραφὰς αὐτοὺς παραπέμπει, τὰς ἐν χερσὶν οὔσας ἀεὶ, καὶ ἀναντιῤῥήτους. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ποιεῖ προϊών. νῦν δὲ, ἵνα μὴ ἀπαιτήσωσιν αὐτὸν αὐτόφωνον καὶ αὐτοπρόσωπον μαρτυρίαν τὸ θεῖ, λέγοντες· ὅτι ὅτε φωνὴν αὐτοῦ ἀκηκόαμεν πώποτε, ὅτε εἶδος αὐτοῦ ἑωράκαμεν· συνομολογεῖ μὲν, ὃ ἔμελλον λέγειν· διὰ l) Matth. 3, 17.

[5]) ηὐδόκησα. A.

vero, ad rectam eos doctrinam reducit: dans intelligendum, quod neque vox sit apud Deum, neque species: siquidem haec corporum sunt, Deus autem incorporeae est naturae, aut potius supra corpus et supra naturam.

Vers. 37. *Neque — vidistis.* Atqui multi vocem eius frequenter audiuerunt, et speciem eius viderunt, sicut in scripturis de diuersis scritum est variis in locis. Sed vox illa et species fuit, non secundum Dei naturam, sed in hominis similitudine.

Vers. 38. *Et — vobis.* Et quid, inquit, dico de voce, quae propria ipsius vox esset, aut specie propriae ipsius personae, quum neque sermonem eius habeatis manentem in vobis, quem per legem ac prophetas loquutus est, et putatis, hunc vos habere manentem in vobis, et de ipso gloriamini. Deinde confirmat, quod dixit, hoc modo illud ostendens.

Vers. 38. *Quem enim — creditis.* Nam quum sermo, qui per legem datus est, ac prophetas clamet, quod pater filium suum miserit ad salutem vestram, et quod vos illi credere oporteat, vos autem huic, quem ille misit non creditis, omnino non auscultatis praedicto eius sermoni: quum autem illi non auscultetis, non habetis eum, siue donum ipsius: auolauit enim a vobis. Verum, ne dicant, Si ergo vocem eius non audiuimus, quomodo ille testificatus est de te, ait:

Vers. 39. *Scrutamini scripturas.* Legales ac propheticas, inde enim est testimonium a patre. Vide autem, quod non dixerit, Legite, sed Scrutamini: illi siquidem legebant, at non scrutabantur,

διὰ δὲ τῦ συνομολογεῖν, εἰς φιλόσοφον αὐτοὺς ἀνάγει δόγμα, διδοὺς νοεῖν, ὅτι ἔστε φωνὴ περὶ θεοῦ, ἔστε εἶδος. ταῦτα μὲν γὰρ σωμάτων εἰσίν· ὁ δὲ θεὸς ἀσώματος φύσις, μᾶλλον δὲ, ὑπερασώματος καὶ ὑπερφυής.

Verſ. 37. Οὔτε — ἑωράκατε. Καὶ μὴν πολλοὶ πολλάκις καὶ φωνὴν αὐτοῦ ἤκουσαν, καὶ εἶδος αὐτοῦ ἑωράκασιν, ὡς ἐν ταῖς γραφαῖς περὶ διαφόρων διαφόρως ἱστόρηται. ἀλλὰ φωνὴν καὶ εἶδος, ἃ κατὰ φύσιν θεῦ, καθ' ὁμοίωσιν δὲ ἀνθρώπε.

Verſ. 38. Καὶ — ὑμῖν. Καὶ τί λέγω, φησὶ, περὶ φωνῆς αὐτοφώνου καὶ εἴδους αὐτοπροσώπου; ἀλλ' οὐδὲ τὸν λόγον αὐτοῦ ἔχετε μένοντα ἐν ὑμῖν, τὸν διὰ νόμου καὶ προφητῶν λαληθέντα, εἰ καὶ οἴεσθε, τῦτον ἔχειν μένοντα ἐν ὑμῖν, καὶ ἐπὶ τούτῳ σεμνύνεσθε. εἶτα κατασκευάζει, ὃ εἴρηκεν, ἀποδεικνύων αὐτό.

Verſ. 38. Ὅτι ὃν — πιστεύετε. Ἐπεὶ γὰρ ὁ μὲν διὰ νόμου καὶ προφητῶν δοθεὶς[7]) λόγος βοᾷ, ὅτι ὁ πατὴρ ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτῦ ἐπὶ σωτηρίᾳ ὑμῶν, καὶ ὅτι χρὴ ὑμᾶς τούτῳ πιστεύειν· ὑμεῖς δὲ, ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος, τούτῳ ἃ πιστεύετε· πάντως οὐ προσέχετε τῷ δηλωθέντι λόγῳ αὐτῦ. μὴ προσέχοντες δὲ αὐτῷ, ἃν ἔχετε αὐτὸν, ἤγουν, τὴν χάριν αὐτῦ. ἀπέπτη γὰρ ἀφ' ὑμῶν. ἵνα δὲ μὴ εἴπωσιν, ὅτι καὶ εἰ μὴ φωνὴν αὐτοῦ ἀκηκόαμεν, πῶς ἐμαρτύρησέ σοι, φησίν.

Verſ. 39. Ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς. Τὰς νομικὰς καὶ προφητικάς. ἐκεῖθεν γὰρ ἡ παρὰ τῦ πατρὸς[8]) μαρτυρία· ὅρα δὲ, πῶς οὐκ εἶπεν ἀναγινώσκετε, ἀλλ' ἐρευνᾶτε. ἀνεγίνωσκον μὲν γὰρ,

7) νόμος, pro λόγος. A.
8) σωτῆρος, pro πατρός. B.

tur, idcirco eos scrutari iubet: nam quum ea, quae de eo sunt, obscure scripta sint vtiliter et dispensatorie propter imbecillitatem progenitorum ipsorum, ne exciderent ad deorum multitudinem, iubet nunc eos fodere, vt ea quae alte in modum thesauri recondita sunt, possint inuenire.

Vers. 39. *Quia — habere.* Putatis habere, verum non habetis: quia superficietenus solum eas legentes, non inuenitis illum certum vitae aeternae fontem, qui est Christus. Quia ergo putatis in scripturis vitam aeternam habere, et propter dictam causam non habetis: scrutamini profunde, vt inuentam habeatis.

Vers. 39. *Et — me.* Testificantur, inquit, de me in persona patris, vtpote arcano modo a patre inspiratae his, qui eas scripserunt. Coniunctio Et, abundat, quod in Hebraico idiomate frequens est.

Vers. 40. *Et — habeatis.* Vitam videlicet sempiternam. Deinde, ne suspicarentur, quod amore gloriae talia diceret, ait.

Vers. 41. *Gloriam — accipio.* Non amans eam, aut ea indigens: neque enim sol lucernae lumine indiget. Verum quam ob causam haec dicebat? Vt omni modo ad fidem eos attraheret, per quam habituri essent vitam aeternam.

Vers. 42. *Sed — vobis.* Vos, inquit, tanquam Deum diligentes me repellitis, quod me ipsum faciam Deo aequalem: Sed mendacii arguimini: ego enim noui vos, quod Deum non diligatis. Quomodo? Quia de quo ille testimonium perhibet, et per Iohannem, et per opera, et per scriptu-

9) Forte τινὰ θησαυρόν.

οὐκ ἠρεύνων δέ. διὰ τοῦτο κελεύει ἐρευνᾶν. ἐπεὶ γὰρ συνεσκίαζο τὰ περὶ αὐτῆ γεγραμμένα, συμφερόντως καὶ οἰκονομικῶς, διὰ τὴν τῶν προγόνων αὐτῶν ἀσθένειαν, ἵνα μὴ ἐκπέσωσιν εἰς πολυθεΐαν, ἐπιτάττει νῦν διορύττειν, ἵνα τὸ ἐν τῷ βάθει κείμενα, καθάπερ τις [9]) θησαυρὸς, δυνηθῶσιν εὑρεῖν.

Verſ. 39. Ὅτι — ἔχειν. Δοκεῖτε μὲν ἔχειν, οὐκ ἔχετε δὲ, διότι ἐπιπολαίως ταύτας ἀναγινώσκοντες, οὐχ εὑρίσκετε ταύτην, ἥτις ἐστὶν ὁ χριστὸς, ἡ πηγὴ τῆς αἰωνίου ζωῆς. ἐπεὶ οὖν δοκεῖτε μὲν ἀπὸ τῶν γραφῶν ζωὴν αἰώνιον ἔχειν, ἐκ ἔχετε δὲ, διὰ τὴν ῥηθεῖσαν αἰτίαν, λοιπὸν ἐρευνᾶτε ταύτας εἰς βάθος, ἵνα εὑρόντες ἔχητε.

Verſ. 39. Καὶ — ἐμοῦ. Αἱ μαρτυροῦσαί, φησι, περὶ ἐμοῦ, προσώπῳ τοῦ πατρὸς, οἷα παρὰ τοῦ πατρὸς ἐμπνευσθεῖσαι ἀποῤῥήτως τοῖς γεγραφόσιν αὐτάς. περιττὸν δὲ ἐνταῦθα, τὸ καὶ, καθ' ἑβραϊκὸν ἰδίωμα.

Verſ. 40. Καὶ — ἔχητε. Ζωὴν αἰώνιον, δηλονότι. εἶτα, ἵνα μὴ ὑπολάβωσιν, ὅτι φιλοδοξῶν λέγει τὰ τοιαῦτά, φησιν.

Verſ. 41. Δόξαν — λαμβάνω. Οὐ φιλῶ, οἷα μὴ χρήζων αὐτῆς. ἐδὲ γὰρ ὁ ἥλιος δέεται λυχνιαίου φωτός. καὶ τίνος ἕνεκεν τὰ τοιαῦτα ἔλεγεν; ἵνα παντοιοτρόπως ἐπισπάσηται αὐτοὺς εἰς πίστιν, δι' ἧς ἔμελλον ἕξειν ζωὴν αἰώνιον.

Verſ. 42. Ἀλλ' — ἑαυτοῖς. Ὑμεῖς μέν, φησιν, ὡς δῆθεν ἀγαπῶντες τὸν θεὸν, ἀπωθεῖσθέ με, ὅτι ποιῶ ἐμαυτὸν ἴσον τῷ θεῷ· ἐλέγχεσθε δὲ ψευδόμενοι. ἔγνωκα γὰρ ὑμᾶς, ὅτι οὐκ ἀγαπᾶτε τὸν θεόν. πῶς; ὅτι περὶ ἐκείνου μαρτυρεῖ, καὶ διὰ τοῦ ἰωάννου, καὶ διὰ τῶν ἔργων,

ſcripturas, hunc vos non recipitis. Quemadmodum ergo primum arbitrati, quod eſſem Deo contrarius, me repellebatis: ita nunc, demonſtrata a dictis teſtibus veritate, debuiſſetis accurrere. Sed fruſtra iactatis, quod Dei zelo me auerſamini. Nam quum id inuidia faciatis, hoc modo iſtam occultare nitimini.

Verſ. 43. *Ego — me.* Nomine patris mei, ſiue miſſus a patre meo, ſicut ipſe teſtatur et ego confiteor, et non ſuſcipitis me.

Verſ. 43. *Si — recipietis.* De Antichriſto hoc dicit, qui veniet nomine proprio, ſiue a ſe ipſo, tanquam ipſe Deus eſſet, qui ſuper omnes eſt. Taxat ergo impudentiam Iudaeorum, quod eum repellerent, quum ſe diceret, noſſe Deum, et ab eo miſſum eſſe, nec conuinceretur Deo eſſe contrarius: illum vero, qui ſe diceret non noſſe Deum, et a ſeipſo venire ſe iactaret, ac manifeſtiſſime dignoſceretur eſſe Deo contrarius, reciperent.

Deinde ponit et cauſam infidelitatis eorum, quod propter gloriae amorem non crederent: nolentes enim Chriſtum ſupra ſe honorari a multitudine, obſurdeſcebant, et aures vltro claudebant ad veritatem: omniaque faciebant, ne a gloria, quam habebant apud multitudinem, exciderent.

Verſ. 44. *Quomodo — accipitis?* Nam ipſa impedimento eſt.

Verſ. 44. *Et — quaeritis?* Quam ſolam quaerere oportet, ea quae eſt ab hominibus poſthabita, etſi vos contrarium faciatis. Poſtquam ergo vndique ſilentium illis impoſuit, omnique venia

[1]) προτιθέναι αὐτὸν ὑπό. A.

καὶ διὰ τῶν γραφῶν, τοῦτον ὑμεῖς δὲ προσίεσθε. ὥσπερ ἓν πρότερον, νομίζοντες εἶναί με ἀντίθεον, ἠλαύνετε· ἕτω νῦν, ὑπὸ τῶν εἰρημένων μαρτυριῶν ἀποδειχθείσης τῆς ἀληθείας, ὠφείλετε προσδραμεῖν. ἀλλὰ μάτην κομπάζετε δι' ἀγάπην τοῦ θεοῦ ἀποστρέφεσθαί με. διὰ βασκανίαν γὰρ τοῦτο ποιοῦντες, συσκιάζειν ταύτην ἐπιχειρεῖτε.

Vers. 43. Ἐγὼ — με. Ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρός μου, ἤγουν, ἀποσταλεὶς παρὰ τοῦ πατρός μου, ὡς αὐτός τε μαρτυρεῖ, κἀγὼ ὁμολογῶ, καὶ δέχεσθέ με.

Vers. 43. Ἐὰν — λήψεσθε. Περὶ τοῦ ἀντιχρίστου τοῦτό φησιν, ὃς ἐλεύσεται ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, τουτέστιν, ἀφ' ἑαυτοῦ, ὡς δῆθεν αὐτὸς ὢν ὁ ἐπὶ πάντων θεός. καθάπτεται οὖν τῆς ἀναισχυντίας τῶν Ἰουδαίων, ὡς αὐτὸν μὲν, τὸν λέγοντα εἰδέναι τὸν θεὸν, καὶ ὁμολογοῦντα, ἀπεσάλθαι παρ' αὐτοῦ, καὶ μὴ ἐλεγχόμενον ἀντίθεον, ἀποσειομένων· τὸν δὲ φάσκοντα, μὴ εἰδέναι ἐκεῖνον, καὶ κομπάζοντα ἀφ' ἑαυτοῦ ἥκειν, καὶ προδηλότατα διαγινωσκόμενον ἀντίθεον, προσιεμένων.

Εἶτα τίθησι καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἀπιστίας αὐτῶν, ὅτι διὰ φιλοδοξίαν δὲ πιστεύουσι. μὴ θέλοντες γὰρ [1]) προτιμηθῆναι αὐτῶν ὑπὸ τοῦ πλήθους τὸν χριστὸν, ἐκώφευον, καὶ ἔμυον ἐθελοσίως πρὸς τὴν ἀλήθειαν, καὶ πάντα ἐποίουν, ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐκπεσεῖν τῆς δόξης, ἣν εἶχον παρὰ τοῦ πλήθους.

Vers. 44. Πῶς — λαμβάνοντες; Ἐμποδίζει γὰρ αὕτη.

Vers. 44. Καὶ — ζητεῖτε; Ἣν μόνην ἔδει ζητεῖν, τῆς παρὰ ἀνθρώπων καταφρονοῦντας, εἰ καὶ ὑμεῖς τοὐναντίον ποιεῖτε. πανταχόθεν τοίνυν ἐπισομίσας αὐτοὺς, καὶ ἀποδείξας πάσης

nia indignos esse demonstrauit, accusatorem deinceps illis adhibet, puta ipsum Mosem legislatorem eorum.

Vers. 45. *Num — patrem.* Iuxta vsitatam ac consuetam interrogationem est hic sermo, ac si dicat, Etsi me id oportebat facere, non tamen faciam, quia clemens sum.

Vers. 45. *Est — Moses.* Vtpote non credentes his, quae de me scripsit: et ita nec illi credentes.

Vers. 45. *In — speratis.* Tanquam in ductorem populi, tutorem ac mediatorem in his, quae ad Deum sunt. Sicut autem de scripturis dicebat, Putatis in ipsis vitam aeternam habere: ita quoque nunc de Mose ait, In quem vos speratis. Nam ab his, quae ipsi sua ducebant, illos aggrediebatur.

Vers. 46. *Si — scripsit.* Si fide dignum eum duceretis, credieretis vtique mihi: vobis enim praecepit ille, vt me audiretis.

Vers. 47. *Si — credetis?* Si illius scriptis increduli estis, quem vehementer vos honorare ac laudare iactatis: quomodo meis verbis credetis, quem vehementer inhonoratis et contumeliis appetitis? Sicut ergo prius de Iohanne, quem admirari videbantur, conuicti sunt, quod eum despicerent: ita et nunc de Mose, cui credere sibi videbantur, ostendit, quod ei essent increduli: et sagaciter semper in caput illorum torquet, quaecunque pro ipsis facere videntur. Quis ergo transgressor est, isne, qui coaccusatorem habet ipsum legislatorem, an ii, qui illum habent contra se accusatorem?

Cap. VI.

συγγνώμης ἀναξίους, λοιπὸν ἐφίσησιν αὐτοῖς κατήγορον αὐτὸν τὸν μωϋσέα, τὸν νομοθέτην αὐτῶν.

Vers. 45. Μὴ — πατέρα. Κατ' ἐρώτησιν ἠθικὴν ὁ λόγος, ὅτι εἰ καὶ ἔδει με τοῦτο ποιῆσαι, ἀλλ' ἐ ποιήσω, ἀνεξίκακος ὤν.

Vers. 45. Ἔστιν — μωϋσῆς. Ὡς ἀπιστούντων, οἷς περὶ ἐμοῦ ἔγραψε, καὶ οὕτως ἀπειθούντων αὐτῷ.

Vers. 45. Εἰς — ἠλπίκατε. Ὡς εἰς δημαγωγὸν καὶ προστάτην καὶ μεσίτην τὰ πρὸς θεόν. ὥσπερ δὲ περὶ τῶν γραφῶν ἔλεγε· δοκεῖτε ἐν αὐταῖς ζωὴν αἰώνιον ἔχειν· οὕτω καὶ περὶ μωϋσέως φησίν· εἰς ὃν ἠλπίκατε. ἀπὸ τῶν οἰκείων χειρούμενος αὐτούς.

Vers. 46. Εἰ — ἔγραψεν. Εἰ πιστὸν ἐκεῖνον ἐνομίζετε, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί. ἐνετείλατο γὰρ ὑμῖν ἐμὲ ἀκούειν.

Vers. 47. Εἰ — πιστεύσετε; Εἰ τοῖς ἐκείνου συγγραφεῦσιν ἀπιστεῖτε, ὃν διαφερόντως τιμᾶν καὶ εὐφημεῖν κομπάζετε, πῶς τοῖς ἐμοῖς ῥήμασι πιστεύσετε, ὃν διαφερόντως ἀτιμάζετε καὶ βλασφημεῖτε; ὥσπερ οὖν πρότερον, ἐπὶ τῶ ἰωάννου, δοκοῦντας αὐτὸν θαυμάζειν, ἤλεγξε καταφρονοῦντας· οὕτω καὶ νῦν ἐπὶ τῶ μωϋσέως, δοκοῦντας αὐτῷ πιστεύειν, ἔδειξεν ἀπιστοῦντας· καὶ ἀεὶ εὐμηχάνως εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτῶν περιτρέπει πάντα τὰ δοκοῦντα ὑπὲρ αὐτῶν. τίς ἦν παράνομος, ὁ συνήγορον ἔχων τὸν νομοθέτην, ἢ οἱ κατήγορον αὐτὸν ἔχοντες;

Cap. VI. v. 1. *Posthaec — Tiberiadis.*

Mare Galilaeae, siue Tiberiadis. Nam stagnum Tiberiadis vocat mare Galilaeae, sicut in euangelio iuxta Matthaeum dictum est. Abiit autem illuc, cedens furori principum populi, accenso ob praedicta verba.

Vers. 2. *Et — qui infirmabantur.* Quare signa particularius non enumerat? Quia hic euangelista circa doctrinas et conciones ac dogmata magis versatur. Propter signa autem, non propter dogmata turba haec sequebatur, crassius affecta: illa vero, de qua apud Matthaeum, obstupescebat in doctrina eius.

Vers. 3. *Ascendit — suis.* Ascendit in montem, docens nos requiescere a tumultu ac turbatione, quae in medio populi est. Nam ad philosophiam sacram apta est solitudo.

Frequenter quoque solus ipse montem petit, et pernoctans orat, docens nos, quod eum, qui maxime ad Deum accedit, oporteat ab omni liberum esse turbatione, et locum inquirere liberum a tumultu et turbatione.

Vers. 4. *Instabat autem — Iudaeorum.* Et quomodo non ascendit et ipse ad diem festum, sed quum omnes Ierosolyma proficiscerentur, ipse vadit in Galilaeam, nec solus ipse, sed et discipulos adducit? Quia figuratiuam legem tacite iam dissoluebat, occasione sumta ab inuidia Iudaeorum. Non post longum enim tempus finem erat impositurus figuratiuo paschae, vero deinceps tradito.

Cap.

a) ἠκολέθει. A.

Cap. VI. v. 1. Μετὰ ταῦτα — τιβεριάδος. Τῆς θαλάσσης τῆς γαλιλαίας, ἤτοι, τῆς τιβεριάδος. Θάλασσαν γὰρ τῆς γαλιλαίας, τὴν τιβεριάδα λίμνην φησὶν, ὡς ἐν τῷ κατὰ ματθαῖον δεδήλωται. ἀπῆλθε δὲ ἐκεῖ, ὑπεξισάμενος τῷ θυμῷ τῶν ἀρχόντων τοῦ λαοῦ, ἀπὸ τῶν εἰρημένων λόγων ἀναφθέντι.

Verſ. 2. Καὶ — ἀθενούντων. Διατί ἐκ ἀπαγγέλλει κατ' εἶδος τὰ σημεῖα; διότι ὁ εὐαγγελιστὴς οὗτος περὶ τὰς διδασκαλίας, καὶ δημηγορίας, καὶ τὰ δόγματα μᾶλλον καταγίνεται. διὰ τὰ σημεῖα δὲ, καὶ ὁ διὰ τὰς διδασκαλίας, ὁ ὄχλος οὗτος ἠκολούθησε,[2]) παχύτερον διακείμενος· ὁ δὲ παρὰ τῷ ματθαίῳ,[m]) ἐξεπλήσσετο ἐπὶ τῇ διδαχῇ τοῦ σωτῆρος. m) Matt. 7, 28. 22, 33.

Verſ. 3. Ἀνῆλθε — αὐτοῦ. Ἀνῆλθεν εἰς τὸ ὄρος, παιδεύων ἡμᾶς διαναπάυεσθαι ἀπὸ τῶν θορύβων καὶ τῆς ἐν μέσῳ ταραχῆς. ἐπιτήδειον γὰρ πρὸς φιλοσοφίαν ἡ ἐρημία.

Πολλάκις δὲ καὶ μόνος αὐτὸς τὸ ὄρος καταλαμβάνει, καὶ διανυκτερεύει, καὶ εὔχεται, διδάσκων ἡμᾶς, ὅτι δεῖ τὸν μάλιστα θεῷ προσιόντα πάσης ἀπηλλάχθαι ταραχῆς, καὶ τόπον ἐπιζητεῖν καθαρὸν θορύβου καὶ ταραχῆς.

Verſ. 4. Ἦν δὲ ἐγγὺς — ἰουδαίων. Καὶ πῶς ἐκ ἀναβαίνει καὶ αὐτὸς εἰς τὴν ἑορτὴν, ἀλλὰ πάντων ἐπειγομένων εἰς τὰ ἱεροσόλυμα, αὐτὸς ἔρχεται εἰς τὴν γαλιλαίαν; καὶ ἐκ αὐτὸς μόνος, ἀλλὰ καὶ τοὺς μαθητὰς ἐπαγόμενος; διότι ἠρέμα λοιπὸν ὑπεξέλυε τὸν τυπικὸν νόμον, ἀφορμὴν λαμβάνων ἀπὸ τοῦ φθόνου τῶν ἰουδαίων. καὶ γὰρ ἐκ εἰς μακρὰν ἔμελλε παυθῆναι τὸ τυπικὸν πάσχα, παραδιδομένου λοιπὸν τοῦ ἀληθινοῦ.

Cap. VIII. De quinque panibus.

Verſ. 5. *Quum ſuſtuliſſet ergo — iſti?* Dictum eſt de his in fine vigeſimi quinti capitis euangelii iuxta Matthaeum, vbi habetur, Ieſus autem dixit eis: Non eſt illis neceſſe egredi, date vos illis, quod edant.

Verſ. 6. *Hoc — quid eſſet facturus.* Ibi quoque de hoc diſputatum eſt. Quod autem ait, Tentans eum, humano quidem modo intelligitur iuxta datam ibi enarrationem: diuino autem modo, vt tantundem ſit, ac ſi dicatur, In deſperationem de remedio eum coniiciens: vt deſperationem faſſus, diligentius cognoſceret, fuiſſe miraculum, quod ipſe facturus erat: nam ſi vtcunque factum eſſet, nequaquam tale apparuiſſet. Siquidem tanquam Deus nouerat, quid reſponſurus eſſet Philippus.

Aiunt autem quidam, quod Deus aliquem tentare dicitur duobus modis: vel vt imbecillitatem eius arguat, ſicut nunc in Philippo: vel vt illius fortitudinem oſtendat, quemadmodum olim in Abraham: ſcriptum eſt enim, quod etiam tentauerit Deus Abraham, quum offerre ei filium ſuum in holocauſtum praecepit.

Verſ. 7. *Reſpondit — accipiat.* Vide imbecillitatem mentis Philippi, qui virtutem diuinitatis eius intelligere non poterat.

5) Extra numerum duodecim et ſeptuaginta, οἱ ἐν τάξει μαθητῶν ἠκολούθησαν αὐτῷ.

Verſ. 62. *Si — erat?* Deficit, quid Dicetis? Loquitur autem de futura ſui in coelum aſſumtione. Aſcendentem, quoad humanitatem: vbi prius erat, quoad diuinitatem. Qui enim poteſt hanc carnem reddere coeleſtem, poteſt vtique et ipſam cibum hominum efficere.

Verſ. 63. *Spiritus — quicquam.* Spiritum nunc vocat intellectum ſpiritualem eorum, quae dicta ſunt. Similiter et carnem, intelligere ea carnaliter: non enim de carne ipſius, quae viuificat, nunc ſermo eſt. Ait ergo, Haec ſpiritualiter intelligere, vitam praebet, quam ſupra dixi: carnaliter vero ea intelligere non prodeſt quicquam.

Verſ. 63. *Verba — ſunt.* Spiritualia et viuifica ſunt: oportet namque non ſimpliciter ea intueri, id enim eſt carnaliter intelligere, ſed aliud quippiam imaginari, et interioribus oculis ea aſpicere, tanquam myſteria, nam hoc eſt ſpiritualiter intelligere.

Verſ. 64. *Sed — ipſum.* Non ſolum praeſcientiam, ſed et clementiam ſuam oſtendit: quia non a tempore, quo murmurare coeperunt, verum etiam ab initio cognoſcebat credentes, et tamen omnes pariter docebat.

Verſ. 65. *Et — meo.* Propterea, quia videlicet ſunt quidam, qui non credunt. Continue autem Deum patrem ſuum nominat, docens, quod non ſit filius Joſeph, ſicut illi putabant.

Verſ. 66. *Ex — ambulabant.* Ex hoc, id eſt, ab eo tempore, abierunt retrorſum, hoc eſt, abſciſſi ſunt ab eo, qui videlicet antea murmura-

Vers. 62. Ἐὰν — πρότερον; Λείπει τὸ, τί ἐρεῖτε; ἔλεγε δὲ περὶ τῆς ἐς ὕστερον εἰς οὐρανὸν ἀναλήψεως αὐτοῦ. ἀναβαίνοντα, τῇ ἀνθρωπότητι· ὅπου ἦν τὸ πρότερον, τῇ θεότητι. ὁ γὰρ δυνάμενος τὴν σάρκα ταύτην οὐράνιον ποιῆσαι, δύναται πάντως αὐτὴν καὶ τροφὴν ἀνθρώπων ἀπεργάσασθαι.

Vers. 63. Τὸ πνεῦμα — ἀδέν. Πνεῦμα λέγει νῦν, τὸ πνευματικῶς νοεῖν τὰ ῥηθέντα. ὁμοίως δὲ καὶ σάρκα, τὸ σαρκικῶς νοεῖν αὐτά. οὐ γὰρ περὶ τῆς ζωοποιοῦ σαρκὸς αὐτῷ νῦν ὁ λόγος. φησὶ τοίνυν, ὅτι τὸ μὲν πνευματικῶς νοεῖν ταῦτα, ζωὴν παρέχει, τὴν ἀνωτέρω λεχθεῖσαν· τὸ δὲ σαρκικῶς νοεῖν αὐτά, οὐδὲν ὠφελεῖ.

Vers. 63. Τὰ ῥήματα — ἐσι. Πνευματικά ἐσι καὶ ζωηρά ἐσι, διὸ χρὴ, μὴ ἁπλῶς εἰς αὐτὰ βλέπειν· τοῦτο γάρ ἐσι τὸ σαρκικῶς νοεῖν· ἀλλ' ὑψηλότερόν τι φαντάζεσθαι, καὶ τοῖς ἔνδον ὀφθαλμοῖς αὐτὰ κατοπτεύειν, ὡς μυσήρια· τοῦτο γάρ ἐσι τὸ πνευματικῶς νοεῖν.

Vers. 64. Ἀλλ' — αὐτόν. Οὐ μόνον τὴν πρόγνωσιν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀνεξίκακον αὐτοῦ δείκνυσιν, ὅτι οὐκ ἀπὸ τοῦ γογγύσαι, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἄνωθεν ἐγίνωσκε, καὶ τοὺς πισεύοντας, καὶ τοὺς μὴ πισεύοντας, καὶ ὅμως κοινῶς πάντας ἐδίδασκε.

Vers. 65. Καὶ — μου. Διὰ τοῦτο, ποῖον; διὰ τὸ εἶναί τινας, οἳ δὲ πισεύουσι. συνεχῶς δὲ πατέρα ἑαυτοῦ, τὸν θεὸν ὀνομάζει, διδάσκων, ὅτι οὐκ ἔσιν υἱὸς τοῦ ἰωσὴφ, ὡς ἐκεῖνοι ᾤοντο.

Vers. 66. Ἐκ — περιεπάτουν. Ἐκ τούτου, ἀντὶ τοῦ, ἔκτοτε. ἀπῆλθον δὲ εἰς τὰ ὀπίσω, φασὶν, ἀπεσχίσθησαν, οἱ ἀνωτέρω γογγύσαντες.

murabant. Retrorsum autem intellige mihi, ad vitam priorem, ad quam reuersi sunt.

Vers. 67. *Ait — abire?* Non dixit, Abite et vos: nam id repellentis esset, sed blande interrogauit, ostendens sibi opus non esse ministerio illorum, neque se circumducere illos ad ostentationem, quodque nullum velit inuitum retinere. Sed neque aegre tulit aut redarguit illos, qui retrorsum abierant, veluti facere solemus, ducentes huiusmodi factum, contemtum aut iniuriam: quia omnia gloriae amore facimus.

Vers. 68. *Respondit — abibimus?* Petrus fratrum amator, pro fratribus omnibus respondet, Domine, ad quem abibimus? vehementem erga illum amorem demonstrans, quod videlicet neminem habeant, quem ei praeponant, non parentes, non cognatos, non amicos, et, vt semel dicam, neminem inter omnes. Deinde ne hoc dixisse videatur, quasi non sit, qui eos suscipiat, subiunxit.

Vers. 68. *Verba — habes.* Verba, quae vitam concilient aeternam. Vides, quod verba non erant quae praebuerant offendiculum, sed auditorum segnities: et quia carnaliter ea intelligebant, non spiritualiter. Consequens etenim ac necessarium fuerat, vt illa dicerentur propter Iudaeorum de manna sermonem. Oportuit autem auditores aut spiritualiter ea intelligere, aut, si id necdum poterant, his primum susceptis, postmodum de his diligenter interrogare.

Vers. 69. *Et — viui.* Trigesimo tertio iuxta Matthaeum capite dixit idem, Tu es Christus filius Dei viui. Sed tunc quidem Christus illum beatum praedicauit propter causam ibi dictam: nunc vero,

ὀπίσω δὲ νόει μοι, καὶ τὸν πρότερον βίον αὐτῶν, εἰς ὃν πάλιν ὑπέστρεψαν.

Vers. 67. Εἶπεν — ὑπάγειν; Οὐκ εἶπεν, ἀπέλθετε καὶ ὑμεῖς· τοῦτο γὰρ ἀπωθουμένου ἦν· ἀλλ' ὁμαλῶς ἠρώτησε, δεικνὺς, ὅτι δεῖται τῆς διακονίας αὐτῶν, οὐδὲ περιάγει τούτους, ἐπιδεικνύμενος, καὶ ὅτι οὐδένα, μὴ βουλόμενον, βούλεται κατέχειν, οὔτε δὲ ἐδειλίασεν, οὔτε κατηγόρησε τῶν ἀπελθόντων εἰς τὰ ὀπίσω, ὅπερ ποιεῖν εἰώθαμεν ἡμεῖς, καταφρόνησιν καὶ ὕβριν τὸ πρᾶγμα κρίνοντες, διότι μετὰ φιλοδοξίας ἅπαντα πράττομεν.

Vers. 68. Ἀπεκρίθη — ἀπελευσόμεθα; Ὁ Πέτρος, ὁ φιλάδελφος, ὑπεραπολογεῖται πάντων τῶν ἀδελφῶν· κύριε, πρὸς τίνα ἀπελευσόμεθα; τὸ πρὸς αὐτὸν φιλόστοργον ἐμφαίνων, ὅτι οὐκ ἔχουσιν ἕτερον τιμιώτερον αὐτοῦ, οὐ γονεῖς, οὐ συγγενεῖς, οὐ φίλους, οὐχ ἁπλῶς τινα τῶν ἁπάντων. εἶτα, ἵνα μὴ δοκῇ τοῦτο εἰπεῖν, ὡς ἐκ ἔντος τοῦ ὑποδεξομένου αὐτούς, ἐπήγαγε.

Vers. 68. Ῥήματα — ἔχεις. Ῥήματα ζωὴν αἰώνιον προξενοῦντα. ὁρᾷς, ὅτι οὐ τὰ ῥήματα ἦν τὰ σκανδαλίζοντα, ἀλλ' ἡ ἀπροσεξία τῶν ἀκουόντων, καὶ τὸ σαρκικῶς νοεῖν αὐτὰ, καὶ μὴ πνευματικῶς. ἀκόλουθον μὲν γὰρ, καὶ ἀναγκαῖον ἦν, ἐκεῖνα ῥηθῆναι, διὰ τὸν περὶ τοῦ μάννα λόγον τῶν Ἰουδαίων· ἔδει δὲ τοὺς ἀκόντας, ἢ πνευματικῶς ἀκούειν αὐτὰ, ἢ μὴ τοῦτο δυναμένους, δέχεσθαι μὲν ταῦτα, ὕστερον δὲ φιλομαθῶς ἐρωτῆσαι περὶ τούτων.

Vers. 69. Καὶ — ζῶντος. Καὶ ἐν τῷ τριακοστῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον τὸ αὐτὸ εἶπε· σὺ εἶ m) ὁ χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος· ἀλλὰ τότε μὲν ἐμακάρισεν αὐτὸν ὁ χρι-

m) Matt. 16, 16.

vero, quia communiter dixit, Nos credidimus et cognouimus, separat ab illis Iscarioten, tanquam iam fluctuantem.

Vers. 70. *Respondit — elegi?* Hoc interrogatiue legendum est.

Vers. 70. *Et* — v. 71. *duodecim.* Num ego vos, inquit, duodecim elegi? et tamen vnus ex vobis in nullo mea adiutus electione, vtpote liberum habens arbitrium ad virtutem et vitium, diabolus est, siue diabolicus, et diaboli ministet. Significat itaque in voluntate ac electione hominis situm esse, vt saluetur, aut pereat.

Quidam vero diabolum hoc in loco intellexerunt insidiatorem. Nihil ergo nouum, quod Iudas quum eligeretur bonam habuerit voluntatem, postea autem sit immutatus, tanquam libero vsus arbitrio.

Cap. VII. v. 1. *Et — interficere.*

Non enim poterat, id est, non erat securus, vt versaretur in Iudaea: tanquam de homine enim hoc dixit euangelista: nam sicut homo nunc formidat, non mortem fugiens, sed homicidis parcens, et quia tempus suae passionis nondum aduenerat. Siquidem oportebat eum interdum quidem manere inexpugnabilem, vtpote Deum, quandoque vero tanquam hominem dispensatorie cedere.

Vers. 2. *Erat — Scenopegia.* Haec celebrabatur in memoriam diei, quo primum Moses

6) εἰς ἀρετὴν. A.
7) δὲ, interponit. A.
8) Interpretatur ergo lectionem Chrysostomi, εἶχεν ἐξουσίαν, pro ἤθελε, quam recte hoc loco repudiauit

ὁ χριστὸς, διὰ τὴν ἐκεῖ ῥηθεῖσαν αἰτίαν· νῦν δὲ, ἐπειδὴ κοινῶς εἶπεν, ὅτι πεπιστεύκαμεν καὶ ἐγνώκαμεν, διαστέλλει τὸν ἰσκαριώτην ἀπ' αὐτῶν, ἤδη σαλευόμενον.

Verſ. 70. Ἀπεκρίθη — ἐξελεξάμην; Τοῦτο κατ' ἐρώτησιν ἀναγνωστέον.

Verſ. 70. Καὶ — v. 71. δώδεκα. Οὐκ ἐγώ, φησιν, ὑμᾶς τοὺς δώδεκα ἐξελεξάμην; καὶ ὅμως ἐξ ὑμῶν εἷς, ἐδὲν τῆς παρ' ἐμοῦ ἐκλογῆς ἀπονάμενος, ὡς αὐτεξέσιος [6]) πρὸς ἀρετὴν καὶ κακίαν, διάβολός ἐστιν, ἤγουν, διαβολικὸς, τοῦ διαβόλου ὑπουργός. δῆλον ἓν, ὅτι ἐν τῇ προαιρέσει τὸ ἀνθρώπου κεῖται, τὸ σώζεσθαι ἢ ἀπόλλυσθαι.

Τινὲς δὲ διάβολον νῦν, τὸν ἐπίβουλον ἐνόησαν. ἐδὲν [7]) οὖν καινὸν, ἐν τῷ ἐκλέγεσθαι μὲν, ἀγαθὴν προαίρεσιν ἔχειν τὸν ἰούδαν· ὕστερον δὲ μεταβληθῆναι τοῦτον, ὡς αὐτεξέσιον.

Cap. VII. v. 1. Καὶ — ἀποκτεῖναι.

Οὐ γὰρ εἶχεν [8]) ἐξουσίαν, ἤγουν, οὐκ εἶχεν ἄδειαν ἐν τῇ ἰουδαίᾳ περιπατεῖν. ὡς περὶ ἀνθρώπου γὰρ τοῦτο εἶπεν ὁ εὐαγγελιστής. ὡς γὰρ ἄνθρωπος ὑπεξέλλετο νῦν, ὁ φεύγων τὸν θάνατον, ἀλλὰ φειδόμενος τῶν φονέων, καὶ ὅτι οὔπω καιρὸς ἦν τῶ πάθους αὐτοῦ. ἔδει γὰρ αὐτὸν ποτὲ μὲν, ὡς θεὸν, μένειν ἀχείρωτον, ποτὲ δὲ, ὡς ἄνθρωπον, ὑποχωρεῖν οἰκονομικῶς.

Verſ. 2. Ἦν — σκηνοπηγία. Αὕτη ἑορτάζετο εἰς μνήμην τῆς ἡμέρας, καθ' ἣν ὁ μωϋ-

diauit Theophylactus. Flumen orationis hic abripuit Chryſoſtomum, deceptum fortaſſe loco ſimili Marc. 6, 5. Largior certe erat dicendi materia, explicandis illis, οὐκ εἶχεν ἐξουσίαν.

ſes diuinum fixit tentorium, quod a Beſeleel fabricatum eſt.

Verſ. 3. *Dixerunt — eius.* Filii Ioſephi, qui adoptione pater eius erat.

Verſ. 3. *Tranſi — facis.* Fingunt quidem de bonis ſuadere tanquam cognati et amici familiares, finis vero eorum prauus erat, ab inuidia procedens: conabantur ſiquidem illum in Iudaeam pellicere, vt ab illis occideretur, qui eum quaerebant interficere. Cauſam autem praetexebant, quod oporteret diſcipulos quoque eius, qui ibi erant, ſiue turbas, quae illum in Iudaea ſequebantur, intueri ſigna, quae ipſe ederet.

Verſ. 4. *Nemo — eſſe.* Iuxta faciliorem intellectum et qui in promtu eſt, videntur illum incitare, vt tranſeat, iuxta profundiorem vero, ſcommata in eum iaciebant, tanquam in timidum ſimul et gloriae cupidum. Siquidem in occulto quidem quippiam facere, timidi eſt: quaerere autem palam eſſe, ſiue manifeſtum et glorioſum, gloriae cupidi eſt.

Verſ. 4. *Si — mundo.* Si haec ſigna vere et non apparenter facis, manifeſta teipſum omnibus Iudaeis. Suſpicabantur namque ſigna haec phantaſtice fieri.

Hinc ergo manifeſtum eſt, quod etiam ibi miracula ediderit, quae omnia praetercurrit Iohannes, quemadmodum alia multa: feſtinans magis ad ea, quae nouam aliquam afferebant narrationem, et quorum alii nullam fecerant mentionem. Deinde cauſam etiam dicit talis ſuſpicionis.

Verſ. 5. *Neque — eum.* Neque ipſi credebant in eum, tanquam in Deum. Attamen hi,

σῆς ἔπηξε πρῶτον τὴν κατασκευαθεῖσαν ὑπὸ τῦ Βεσελεὴλ θείαν σκηνήν.

Vers. 3. Εἶπον — αὐτῦ. Οἱ τῦ ἰωσὴφ υἱοὶ, τῦ θέσει πατρὸς αὐτῦ.

Vers. 3. Μετάβηθι — ποιεῖς. Προσποιῦνται μὲν ἐπ' ἀγαθῷ συμβελεύειν, ὡς συγγενεῖς δῆθεν καὶ οἰκειότατοι· σκοπὸς δὲ αὐτοῖς πονηρὸς, ἐκ φθόνου τεχθείς. πειρώμενοι γὰρ μεταγαγεῖν τῦτον εἰς τὴν ἰουδαίαν, ἵνα ἀναιρεθῇ παρὰ τῶν ζητούντων ἀποκτεῖναι αὐτὸν, προβάλλονται, τὸ δεῖν καὶ τοὺς ἐκεῖσε ὄντας μαθητὰς αὐτοῦ, ἤτοι, τοὺς ὄχλους, τοὺς ἐν ἰουδαίᾳ, παρεπομένους αὐτῷ, θεωρεῖν τὰ σημεῖα, ἃ ποιεῖ.

Vers. 4. Οὐδεὶς — εἶναι. Κατὰ μὲν τὸ προχείρως νοούμενον, δοκοῦσι παρακινίζειν αὐτὸν, ἵνα μεταβῇ· κατὰ δὲ τὸ βαθύτερον ἀποσκώπτουσιν, ὡς δειλὸν ἅμα καὶ φιλόδοξον. τὸ μὲν γὰρ ἐν κρυπτῷ τι ποιεῖν, δειλοῦ· τὸ δὲ ζητεῖν ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι, ἤτοι, φανερὸν, ἀπόβλεπτον, φιλοδόξου.

Vers. 4. Εἰ — κόσμῳ. Εἰ ταῦτα τὰ σημεῖα ποιεῖς, καὶ οὐ φαντάζεις, φανέρωσον σεαυτὸν πᾶσιν ἰουδαίοις. ὑπώπτευον γὰρ καὶ[9]) τὰ σημεῖα, ὡς φαντασίαν.

Δῆλον οὖν ἐντεῦθεν, ὅτι σημεῖα ἐποίησε καὶ κεῖ, ἃ πάντα παρέδραμεν ὁ ἰωάννης, ὥσπερ καὶ ἄλλα πολλὰ, σπεύδων μᾶλλον ἐπὶ τὰ φέροντα ξένην τινὰ διήγησιν, καὶ ὧν οἱ ἄλλοι οὐκ ἐπεμνήσθησαν. εἶτα λέγει καὶ τὸ αἴτιον τῆς τοιαύτης ὑποψίας.

Vers. 5. Οὐδὲ — αὐτόν. Οὐδ' αὐτοὶ ἐπίστευον εἰς αὐτὸν, ὡς εἰς θεὸν, ἀλλ' ὅμως οἱ νῦν

9) καὶ γάρ. E.

hi, qui tunc tales erant, magni poſtmodum effecti ſunt, multaque a multis pro illo paſſi ſunt, Iacobus videlicet et Iudas. Quid ergo is, qui eorum corda nouerat? Non reprehendit illos, tanquam malos et inſidiatores, ſed patienter reſpondet ad intentionem ipſorum.

Verſ. 6. *Ait — adeſt.* Tempus, quo conuenit, vt ego in Iudaeam vadam occidendus, ad quod vos laboratis, nondum adeſt: quid me vrgetis ante huiusmodi tempus?

Verſ. 6. *Tempus autem — paratum.* Tempus, quo vos in Iudaeam abeatis, ſemper in promtu eſt, mihi impedimento eſt tempus, quod nondum adeſt: vobis autem nihil eſt impedimento, quum iam vna cum Iudaeis ſentiatis.

Verſ. 7. *Non — vos.* Vtpote amicos ſuos et vna ſecum ſentientes: quia vos ad eum acceditis. Mundum autem dicit, Iudaeos mundana ſapientes.

Verſ. 7. *Me — ſint.* Mihi autem inimicus eſt, quia ego oſtendo, quod opera eius mala ſint: ideo ego nunc non accedo ad ipſum occidendus, ſed quum tempus aduenerit. Oſtendit ergo, quod ob id potius oderant ipſum Iudaei, quod illos argueret, quanquam ipſi dicerent ſe eum odiſſe, quod legis transgreſſor eſſet, Deoque contrarius: et quod non ſolum ſabbathum ſolueret, ſed et patrem ſuum diceret Deum, aequalem ſeſe faciens Deo.

Tu vero mihi conſidera, quam manſuete tulerit fratrum conſilium, quo inſidiis appetebatur. Nos vero non ita, ſed ſtatim indignamur ac moleſte ferimus, omnibusque modis tales vlciſcimur: quo ergo pacto diſcipuli eius erimus?

Verſ. 8.

τοιῦτοι, μεγάλοι γεγόνασιν ὕστερον, καὶ πολλὰ παρὰ πολλῶν ὑπὲρ αὐτοῦ πεπόνθασιν, ἰάκωβος καὶ ἰούδας. τί οὖν ὁ τὰς καρδίας αὐτῶν εἰδώς; οὐκ ἤλεγξεν αὐτοὺς πονηροὺς καὶ ἐπιβάλλει, ἀλλὰ μακροθύμως ἀποκρίνεται πρὸς τὸν σκοπὸν αὐτῶν.

Vers. 6. Λέγει — πάρεστιν. Ὁ καιρὸς ὁ ἐμὸς, ὁ τῦ ἀπελθεῖν με εἰς τὴν ἰουδαίαν, ἀναιρεθησόμενον, ὡς σπεύδετε, ἔπω πάρεστι, τί με κατεπείγετε πρὸ τῦ τοιούτου καιρῦ;

Vers. 6. Ὁ δὲ καιρὸς — ἕτοιμος. Ὁ καιρὸς ὁ ὑμέτερος, ὁ τῦ ἀπελθεῖν ὑμᾶς εἰς τὴν ἰουδαίαν πάντοτέ ἐστιν εὐχερής. ἐμοὶ μὲν γὰρ ἐμποδίζει, τὸ μήπω παρεῖναι αὐτόν· ὑμῖν δὲ, ἐδὲν, συμφρονῦσιν ἤδη τοῖς ἰουδαίοις.

Vers. 7. Οὐ — ὑμᾶς. Ὡς φίλος αὐτῦ, καὶ ὁμόφρονας. διὸ ὑμεῖς ὑπάγετε εἰς αὐτόν. κόσμον γὰρ λέγει, τὸς κοσμικὰ φρονῦντας ἰουδαίους.

Vers. 7. Ἐμὲ — ἐστιν. Ἐμοὶ δὲ ἐχθραίνει, διότι ἐγὼ ἀποδεικνύω, ὅτι τὰ ἔργα αὐτῦ πονηρά ἐστι. διὸ ἐγὼ οὐχ ὑπάγω εἰς [1]) αὐτὸν ἄρτι, ἀναιρεθησόμενος· ἀλλ' ὅτε ὁ καιρὸς ἐπιστῇ. ἔδειξεν οὖν, ὅτι διὰ τὸ ἐλέγχειν τὸς ἰουδαίους μᾶλλον ἐμισεῖτο, εἰ καὶ ἐκεῖνοι ἔλεγον, μισεῖν αὐτὸν, ὡς παράνομον, καὶ ἀντίθεον, ὅτι [n]) ὁ μόνον ἔλυε τὸ σάββατον, ἀλλὰ καὶ πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν θεὸν, ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ θεῷ. n) Io. 5, 18.

Σὺ δέ μοι σκόπει, πῶς πράως ἤνεγκε τὴν ἐπίβολον συμβολὴν τῶν ἀδελφῶν· ἀλλ' οὐχ ἡμεῖς οὕτως, ἀλλ' εὐθέως ἀγανακτῦμεν καὶ σχετλιάζομεν καὶ πᾶσι τρόποις ἀμυνόμεθα τοὺς τοιούτους. πῶς ἂν ἐσόμεθα μαθηταὶ αὐτῦ;

[1]) εἰς αὐτὴν. A.

Verſ. 8. *Vos — iſtum.* Hoc eſt praedictum, puta, ſcenopegiorum. Vos qui amici eſtis Iudaeorum, qui periculum nullum timetis.

Verſ. 8. *Ego — iſtum.* Non dixit, Non aſcendam, ſed Nondum aſcendam, hoc eſt, non nunc aſcendam, eo quod nunc viuat ac vigeat excandeſcentia Iudaeorum. Irrationalis namque temeritatis eſt, ſeſe in manifeſtum coniicere periculum.

Verſ. 8. *Quia — impletum eſt.* Tempus vitae meae, qua in terra viuo. Quanquam enim circa futurum paſcha crucifigendus erat: adhuc tamen oportebat miracula operari ac docere, multosque ad fidem attrahere. Non eſt ergo ſermo timoris, ſed diſpenſationis: nam ſi tunc in Iudaeam abiiſſet, omnino ipſum occidere tentaſſent: quod ſi captus tanquam homo occiſus fuiſſet, datum fuiſſet impedimentum his, quae dicturus aut facturus erat: ſi vero non fuiſſet captus, ſed tanquam Deus euaſiſſet, incarnationi eius non fuiſſet habita fides. Tempus itaque debito modo diſponit.

Verſ. 9. *Haec — v. 10. feſtum.* Cum eis non aſcendit, propter dictam cauſam, et ne manifeſtarent eum Iudaeis: poſtmodum autem aſcendit, quum iam furor illorum reprimi inciperet, vt ſcirent, qui timorem eius arguebant, quod timidus non eſſet, ſed congrua diſpenſatione vteretur.

Verſ. 10. *Non — occulto.* Quaſi latenter: adhuc enim verebatur, expectans donec perfecte

z) Repudiauit ergo Chryſoſtomi lectionem. qui οὐκ, loco οὔπω habet. Vide Chryſoſt. T. VIII. p. 285. E. Cyril.

Vers. 8. Ὑμεῖς — ταύτην. Τὴν προειρημένην, τὴν τῶν σκηνοπηγιῶν. ὑμεῖς, οἱ φίλοι τῶν Ἰουδαίων, οἱ μηδένα κίνδυνον ὑποπτεύοντες.

Vers. 8. Ἐγὼ — ταύτην. Οὐκ εἶπεν, οὐκ[2]) ἀναβαίνω, ἀλλ' ἔπω ἀναβαίνω, τουτέστιν, οὐ νῦν ἀναβαίνω, διὰ τὸ ζέειν καὶ ἀκμάζειν νῦν τὸν θυμὸν τῶν Ἰουδαίων. θρασύτητος γὰρ ἀλογίστου τὸ ἐμπίπτειν ἑαυτὸν εἰς πρόδηλον κίνδυνον.

Vers. 8. Ὅτι — πεπλήρωται. Ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἐν τῇ γῇ ζωῆς. εἰ γὰρ καὶ κατὰ τὸ μέλλον πάσχα σαρκοῦσθαι ἔμελλεν, ἀλλ' ἔδει αὐτὸν ἔτι καὶ θαυματουργῆσαι, καὶ διδάξαι, καὶ πολλοὺς εἰς πίστιν ἐπισπάσασθαι. οὐ δειλίας φαίνων ὁ λόγος, ἀλλ' οἰκονομίας. εἰ γὰρ ἀπῆλθε τότε εἰς τὴν Ἰουδαίαν, πάντως ἂν ἐπεχείρησαν ἀνελεῖν αὐτόν. καὶ εἰ μὲν χειρωθεὶς, ὡς ἄνθρωπος,[3]) ἀνῃρέθη, ἐνεποδίσθησαν ἄν, ἃ λέγειν καὶ ποιεῖν ἔμελλεν· εἰ δὲ μὴ χειρωθεὶς, ὡς θεὸς, διέδρα, ἠπιστήθη ἂν ἡ ἐναντρώπησις αὐτοῦ. λοιπὸν ἓν οἰκονομεῖ[4]) τὸν καιρόν.

Vers. 9. Ταῦτα — v. 10. ἑορτήν. Σὺν αὐτοῖς μὲν οὐκ ἀνέβη, διά τε τὴν ῥηθεῖσαν αἰτίαν, καὶ ἵνα μὴ φανερώσωσιν αὐτὸν τοῖς Ἰουδαίοις· ὕστερον δὲ ἀνῆλθεν, ἀρξαμένου λοιπὸν τοῦ θυμοῦ αὐτῶν καταστέλλεσθαι, καὶ ἵνα γνῶσιν οἱ δειλίαν αὐτοῦ καταγινώσκοντες, ὅτι οὐκ ἔστι δειλὸς, ἀλλ' οἰκονομικός.

Vers. 10. Οὐ — κρυπτῷ. Ὡς κρυφίως. ἔτι γὰρ ὑπεστέλλετο, περιμένων χαυνωθῆναι τέλεον

Cyrillus habet etiam οὐκ. Tom. IV. p. 401. B. ac deinceps.

3) ἀφῃρέθη. B.

4) i. e. οἰκονομικῶς τηρεῖ.

fecte deferbuiſſet ferocitas illorum, et ne cognoſceretur etiam a fratribus ſuis.

Verſ. 11. *Iudaei ergo — feſto.* Pulchra ſane illorum opera in diebus feſtis, quum illos caedis facerent occaſionem. Quum enim in feſto occidere eum propoſuiſſent, vtpote tunc etiam aduenturum propter publicum conuentum, eo non inuento, hinc inde errabant.

Verſ. 11. *Et — ille?* Neque eum ſuo nomine volebant appellare propter odium: oſtendit tamen ſermo quendam irae tumorem.

Verſ. 12. *Et — turbis.* Turbatio et contradictio.

Verſ. 12. *Quidam — eſt.* Qui videlicet mente corrupti non erant.

Verſ 12. *Alii — mundum.* Qui mente corrupti erant. Mundum autem dicit multitudinem.

Verſ. 13. *Nullus — Iudaeorum.* Nullus eorum, qui dicebant, Bonus eſt, loquebatur de eo palam, ſiue audientibus magiſtratibus, propter timorem illorum.

Verſ. 14. *Quum autem iam — templum et docebat.* Aſcendit quidem, quum cognouiſſet extinctam eſſe illorum ferocitatem. Docebat autem, oſtendens ſui admirationem. Poſtquam dimidium feſti peractum erat, quarto videlicet die ſcenopegiorum: nam ſeptem diebus illa celebrabant.

Verſ. 15.

5) *καταλέγει αὐτῶν.* A. Lectionem receptam comprobat etiam Chryſoſt. Tom. VIII. p. 288. B.

6) Malim, *ποιουμένων.* Poteſt tamen et hoc defendi. Ex Chryſoſtomo, qui hic conſtructionem mutauit, nihil efficitur.

τέλεον τὸν θυμὸν, καὶ ἵνα μήπω γνωσθῇ μηδὲ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτῦ.

Vers. 11. Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι — ἑορτῇ. Καλά γε[5]) αὐτῶν τὰ ἐν ταῖς ἑορταῖς κατορθώματα, ἀφορμὴν φόνου ποιεμένοις[6]) αὐτάς. προμελετήσαντες γὰρ ἐν τῇ ἑορτῇ τῦτον ἀνελεῖν, ὡς τηνικαῦτα διὰ τὴν πανήγυριν καὶ αὐτὸν συμπαρεσόμενον, ἠσχόχησαν, μὴ εὑρισκομένου.

Vers. 11. Καὶ — ἐκεῖνος; Οὐδ' ὀνομαστὶ τῦτον βέλονται καλεῖν, διὰ τὸ μῖσος, ὅμως ὁ λόγος ἐμφαίνει χαύνωσίν τινα τῦ θυμῦ.

Vers. 12. Καὶ — ὄχλοις. Τάραχος, ἀντιλογία.

Vers. 12. Οἱ — ἐσιν. Οἱ ἀδιάφθοροι τὸν νοῦν.

Vers. 12. Ἄλλοι — κόσμον. Οἱ διεφθαρμένοι. κόσμον[7]) δὲ λέγουσι, τὸ πλῆθος.

Vers. 13. Οὐδεὶς — Ἰουδαίων. Οὐδεὶς τῶν λεγόντων, ὅτι ἀγαθός ἐσι, παῤῥησίᾳ ἐλάλει περὶ αὐτῦ, ἤγουν, εἰς ἐπήκοον τῶν ἀρχόντων, διὰ τὸν φόβον αὐτῶν.

Vers. 14. Ἤδη δὲ — ἱερόν,[8]) Ἀνέβη μὲν, ὅτε ἔγνω σβεσθέντα τὸν θυμὸν αὐτῶν· ἐδίδασκε δὲ, δεικνύων τὸ ἀπτόητον ἑαυτῦ. μεσούσης δὲ τῆς ἑορτῆς τῶν σκηνοπηγιῶν, ἤγουν, τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ. ἑπτὰ γὰρ ἡμέρας ἑώρταζον αὐτήν.

Vers. 15.

7) Scilicet, loco ὄχλον, legit κόσμον. Negligentia id accidit. Nam et Chrysost. vulgatum habet. Tom. VIII. p. 288. C. bis. et E. et 289. A.

8) Neuter meorum agnoscit vocabula καὶ ἐδίδασκε.

Verſ. 15. *Et — quum non didicerit?* Admirabantur, non ea, quae docebat, ſed quomodo litteras noſſet, quum non didiciſſet. Conſiderabant enim ea, quae docebat, omni ſapientia eſſe plena: nec talia eum poſſe docere exiſtimabant absque cognitione literarum. Oportuit autem cognoſcere, quod Deus eſſet, ipſa ſapientia, et qui omnem adinuenerat viam prudentiae.

Verſ. 16. *Reſpondit — me.* Quod dicit Mea, veritatem oſtendit: quod autem ait, Non mea, diſpenſationem ad honorandum patrem ac Deum, et ad oſtendendam modeſtiam, vtque facilius ipſa reciperetur. Neque tamen ob id falſum eſt, quia diſpenſatorium: nam quae filii ſunt, omnino ſunt et patris: ſicut etiam, quae patris, omnino ſunt et filii: vtraque enim ſunt ambobus communia, vtpote aequalibus.

Alio quoque profundiore intellectu. Quae mea apparet eſſe doctrina, non eſt mea propria, neque enim vllam habeo propriam, ſed patris eſt, vtpote illo eadem per me docente, propter naturae ac voluntatis identitatem: et quia verbum illius ſum, quanquam enim ego alia ſim hypoſtaſis, ita tamen dico ac facio omnia, vt nos vnum eſſe intelligatis.

Verſ. 17. *Si — loquar.* Voluntatem Dei vocat nunc, operari virtutem, et prophetiis, quae de ipſo ſunt, attendere: virtus ſiquidem purgat mentem, prophetiae vero ipſam lucide docent. A ſeipſo autem loquitur, qui ea, quae ſuae ſunt voluntatis, loquitur. Deinde etiam ſyllogismum inducit, cui nullatenus poſſit contradici.

Verſ. 18.

9) *μετὰ πάσης σοφίας.* A.

Vers. 15. Καὶ — μὴ μεμαθηκώς; Ἐθαύμαζον, οὐχ ἃ ἐδίδασκεν, ἀλλὰ, πῶς γράμματα οἶδε, μὴ μεμαθηκώς. κατενόουν γὰρ, ἃ ἐδίδασκε, πάσης [9]) μεστὰ σοφίας, καὶ οὐκ ἄνευ εἰδήσεως γραμμάτων τοιαῦτα δύναθαι διδάσκειν ὑπελάμβανον. ἔδει δὲ αὐτοὺς κἀντεῦθεν συνιδεῖν, ὅτι θεός ἐστιν [1]) αὐτοσοφία, αὐτὸς [0]) ἐξευρὼν πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης. o) Baruch. 3, 37.

Vers. 16. Ἀπεκρίθη — με. Τὸ μὲν, ἐμὴ, ἀληθές· τὸ δὲ, οὐκ ἐμὴ, οἰκονομικόν. εἰς τιμὴν δὲ τοῦ πατρὸς καὶ θεοῦ, καὶ εἰς ἀπόδειξιν μετριοφροσύνης, καὶ εἰς τὸ γενέθαι αὐτὴν εὐπαραδεκτοτέραν. οὐκ ἐπειδὴ δὲ οἰκονομικὸν, διὰ τοῦτο καὶ ψευδές. τὰ γὰρ τοῦ υἱοῦ πάντως καὶ τοῦ πατρός· ὥσπερ καὶ τὰ τοῦ πατρὸς, πάντως καὶ τοῦ υἱοῦ. κοινὰ γὰρ ἀμφοῖν, ὡς ἴσοις.

Καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον βαθύτερον. ἡ φαινομένη ἐμὴ διδαχὴ, οὐκ ἔστιν ἐμὴ ἰδίως. εἰ δὲ γὰρ ἔχω ἰδίαν, ἀλλὰ τοῦ πατρός ἐστιν, ὡς ἐμοῦ τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ διδάσκοντος, διὰ τὸ ταὐτὸν τῆς φύσεως καὶ [2]) θελήσεως, καὶ διὰ τὸ εἶναί με λόγον αὐτοῦ. εἰ γὰρ καὶ ἄλλη ὑπόστασις ἐγὼ, ἀλλ' ὅτω λέγω καὶ πράττω, ὡς νομίζεθαι ἡμᾶς ἕν.

Vers. 17. Ἐὰν — λαλῶ. Θέλημα τοῦ θεοῦ λέγει νῦν, τὸ ἐργάζεθαι τὴν ἀρετὴν καὶ προσέχειν ταῖς περὶ αὐτοῦ προφητείαις. ἡ ἀρετὴ μὲν γὰρ καθαίρει τὸν νοῦν· αἱ προφητεῖαι δὲ διδάσκουσιν αὐτὸν τηλαυγῶς. ἀφ' ἑαυτοῦ δὲ λαλεῖ, ὁ τὰ τοῦ ἰδίου θελήματος λαλῶν. εἶτα ἐπάγει καὶ συλλογισμὸν ἀναντίῤῥητον.

Vers. 18.

[1]) Malim, ἐστιν, ἡ αὐτοσοφία.
[2]) καὶ θελήσεως. Absunt. A.

Verſ. 18. *Qui — eſt.* Gloriam intelligit hoc in loco honorem: nam vbique patrem ac Deum praeponebat, et ad illum omnia referebat, etiam propria opera: qui ergo gloriam ſuam non quaerebat, quam ob cauſam aliena docturus erat: qui autem aliena non docet, ſed quae illius ſunt, qui miſit ipſum, omnino verax eſt.

Et vide quomodo omnes ad fidem, quae in ſe eſt, attrahebat, ac dicebat, Qui non honorat filium, non honorat patrem, qui miſit illum. Siquidem ex hoc propriam gloriam quaerere videbatur: non tamen, quaſi propriae amator gloriae, haec dicebat aut faciebat, ſed quaſi hominum cupiens ſalutem: nam hanc per fidem, quae in ipſum erat, procurare oportebat. Pater namque dixit, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacitum eſt, ipſum audite, aliaque multa huiusmodi per prophetas.

Verſ. 18. *Et — eſt.* Neque enim iniuſtus eſt, qui eius quaerit gloriam, qui miſit illum. Quidam autem iniuſtitiam hoc in loco mendacium intellexerunt. Plurimae itaque erant cauſae, cur humilia Chriſtus loqueretur: tum ne ingenitus eſſe putaretur: aut Deo contrarius crederetur: ad haec, propter auditorum imbecillitatem: praeterea, vt homines doceret modeſtos eſſe, et nihil de ſeipſis magnificum dicere: demum, vt tanquam homo loqueretur, ac propter alia huiusmodi. Vnica autem cauſa erat, cur ſublimia loqueretur, celſitudo videlicet diuinitatis.

Quia vero hi Iudaei duo crimina ipſi impingebant, puta, legis transgreſſionem, et quod Deo eſſet

[3]) Hentenius ante πῶς interponit ὅρα, quo tamen non eſt opus.

[4]) ἠυδόκησα. A.

Vers. 18. Ὁ — ἔστιν. Δόξαν ἐνταῦθα, τὴν τιμήν φησι. πανταχοῦ γὰρ τὸν πατέρα καὶ θεὸν προετίθει, καὶ αὐτῷ πάντα ἀνετίθει, καὶ τὰ ἑαυτοῦ κατορθώματα. μὴ ζητῶν οὖν δόξαν ἰδίαν, τίνος ἕνεκεν ἔμελλεν ἕτερα διδάσκειν; μὴ διδάσκων δὲ ἕτερα, ἀλλὰ τὰ τοῦ πέμψαντος αὐτόν, ἀληθής ἐστι πάντως.

Καὶ πῶς [3]) πάντας εἶλκε πρὸς τὴν εἰς ἑαυτὸν πίστιν, καὶ ἔλεγεν, ὁ [p]) μὴ τιμῶν τὸν υἱὸν, [p]) Io. 5, 23.
οὐ τιμᾷ τὸν πατέρα τὸν πέμψαντα αὐτόν; δοκεῖ γὰρ ἐντεῦθεν δόξαν ἰδίαν ζητεῖν· ἀλλ' οὐχ, ὡς δόξης ἰδίας ἐρῶν, ταῦτα ἐποίει καὶ ἔλεγεν· ἀλλ', ὡς θέλων τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. αὕτη γὰρ διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως, καὶ οὐχ ἑτέρως, ἔμελλε γίνεσθαι. εἴρηκε γὰρ ὁ πατήρ· οὗτός [q]) ἐστιν ὁ [q]) Matth. 17, 5.
υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ [4]) εὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε· καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα διὰ τῶν προφητῶν.

Vers. 18. Καὶ — ἔστιν. Οὐκ ἄδικος γὰρ ὁ ζητῶν τὴν δόξαν τοῦ πέμψαντος αὐτόν. τινὲς δὲ ἀδικίαν ἐπὶ τοῦ παρόντος, τὸ ψεῦδος ἐνόησαν. τοῦ μὲν οὖν ταπεινὰ φθέγγεσθαι τὸν χριστὸν, πολλὰ τὰ αἴτια, τὸ μὴ νομισθῆναι ἀγέννητον, τὸ μὴ δόξαι ἀντίθεον, τὸ ἀσθενὲς τῶν ἀκουόντων, τὸ διδάσκειν τοὺς ἀνθρώπους μετριοφρονεῖν καὶ μηδὲν μέγα λέγειν περὶ ἑαυτῶν, τὸ ὡς ἄνθρωπον λέγειν, καὶ ἄλλα τοιαῦτα· τὲ δὲ ὑψηλὰ [5]) φθέγγεσθαι μία αἰτία, τὸ ὕψος τῆς θεότητος.

Ἐπεὶ δὲ οἱ Ἰουδαῖοι οὗτοι [6]) δύο ἐγκλήματα ἐπῆγον αὐτῷ, παρανομίαν καὶ ἀντιθεΐαν, ὅτι τε ἔλυε

[5]) ὑψηλόν. A.
[6]) οὗτοι abest. A.

eſſet contrarius: quod Sabbathum ſolueret, ac patrem ſuum diceret eſſe Deum, aequalem ſeſe faciens Deo, veluti ſeptimo capite praedictum eſt. De vno quidem ibi reſpondit eis, oſtenſo, quod Deo contrarius non eſſet: de altero autem nunc reſpondet, et oſtendit, illos potius eſſe legis transgreſſores.

Verſ. 19. *Nonne — legem?* Legem vniuerſaliter appellat, legalia praecepta, quae dedit Moſes, quum a Deo ipſa detuliſſet, et ea illis ſcripſiſſet. Interrogat ergo, Nonne Moſes dedit vobis legem, quem honoratis, et pro quo belligeratis, cui loquutus eſt Deus?

Verſ. 19. *Et — legem.* Facit, ſiue, ſeruat. Deinde etiam addit, quomodo non ſeruent legem.

Verſ. 19. *Quid — interficere?* Quum lex dicat, Non occides, quid me occidere nitimini: neque legem ſeruantes, neque Moſen veriti, qui eam vobis tradidit? impudentiae ſiquidem eſt, legis accuſare transgreſſores alia legis transgreſſione.

Verſ. 20. *Reſpondit — interficere.* Hoc dicit turba, volens rem gratam praeſtare magiſtratibus, et eum, qui omnem excedit honorem, iniuria afficiunt, in gratiam primatum, qui iniuria digni erant. Negant autem, ſe illi procurare caedem propter ſceleris grauitatem: et vt incaute deinceps ambulans, traderetur inſidiatoribus. (†† Sciens autem, eos impudentes eſſe ac rurſus ad iram incitari, omittit quidem magis eos arguere, ne impudentiores fiant. Nolebat enim continuo eos ad iram inflammare. Incipit autem defenſionem propter ſabbatum.)

Verſ. 21.

7) αὐτοὶ, abeſt. A.
8) διέδωκε. A. 9) δέδωκεν. A.

ἔλυε[1]) τὸ σάββατον, καὶ ὅτι πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν θεὸν, ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ θεῷ, καθὼς ἐν τῷ ἑβδόμῳ κεφαλαίῳ προείρηται· περὶ μὲν τοῦ ἑνὸς ἐκεῖ τούτοις ἀπελογήσατο, δείξας, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀντίθεος· περὶ δὲ τοῦ ἑτέρου, νῦν ἀπολογεῖται, καὶ δείκνυσιν, ὅτι αὐτοὶ[2]) μᾶλλόν εἰσι παράνομοι. 1) Ip. 5. 18.

Verſ. 19. Οὐ — νόμον; Καθολικῶς λέγει νόμον, τὰς νομικὰς ἐντολὰς, ἃς δέδωκε[3]) μωϋσῆς, ἐκ τοῦ θεοῦ κομίσας αὐτὰς, καὶ γράψας ταύτας αὐτοῖς. ἐρωτᾷ οὖν, ὃ μωϋσῆς ἔδωκεν[4]) ὑμῖν τὸν νόμον, ὁ παρ' ὑμῖν τιμώμενος καὶ ἐκδικούμενος, ᾧ λελάληκεν ὁ θεός;

Verſ. 19. Καὶ — νόμον. Ποιεῖ, ἤγουν, τηρεῖ. εἶτα προστίθησι, καὶ πῶς οὐ τηροῦσι τὸν νόμον.

Verſ. 19. Τί — ἀποκτεῖναι; Τοῦ νόμου λέγοντος, ὁ φονεύσεις, τί με σπεύδάζετε φονεῦσαι, μήτε[1]) αὐτὸν τηροῦντες, μήτε τὸν μωϋσέα αἰδούμενοι, τὸν δεδωκότα ὑμῖν αὐτόν; ἀναιδὲς γὰρ, τοὺς παρανόμους ἐγκαλεῖν ἑτέρῳ παρανομίαν.

Verſ. 20. Ἀπεκρίθη — ἀποκτεῖναι; Ὁ ὄχλος τοῦτό φησι, χαριζόμενος τοῖς ἄρχουσι. καὶ ὑβρίζουσι μὲν τὸν τιμῆς ἐπέκεινα, εἰς τιμὴν δὲ ἦθεν τῶν ὕβρεως ἀξίων ἀρχόντων. ἀρνεῖται δὲ τὸν φόνον, διὰ τὸ μύσος, καὶ ἵνα ἀφύλακτος λοιπὸν κατασῇ τοῖς ἐπιβλέυουσι.[2]) γνοὺς δὲ αὐτὸς ἀναισχυντοῦντας καὶ εἰς ὀργὴν πάλιν ὑποκινουμένους, ἀφίησι μὲν ἐπὶ πλέον ἐλέγξαι τούτους, ἵνα μὴ ἀναισχυντότεροι γένωνται. καὶ γὰρ οὐκ ἐβάλετο συνεχῶς τὸν θυμὸν αὐτῶν ἐξάπτειν. ἄπτεται δὲ τῆς ἀπολογίας τῆς περὶ τοῦ σαββάτου.

[1]) τὸν νόμον.
[2]) Ab γνοὺς ad finem ſcholii omittit Heutenius.

Verſ. 21. *Reſpondit — miramini.* Vnum opus dicit, illius in ſabbatho curationem, qui triginta et octo annos in infirmitate vixerat, de quo ſeptimum narrat caput. Et omnes miramini, ſiue turbamini, aut tumultuamini: nam hi erant, qui ex eo tempore inſanientes quaerebant eum interficere. Deinde ait, Moſes tradidit vobis circumciſionem, et ſabbatho circumcidunt, quando videlicet octauus infantis dies ſabbatho occurrerit. Iam ergo argumentatur. Si ſabbatho circumciditur homo, quomodo ergo de circumciſionis opere Moſen non accuſatis, quod opus fieri praeceperit in ſabbatho?

Verſ. 22. *Propterea — hominem.* Dictio Propterea, non eſt hic cauſae redditiua, ſed vulgari modo ac ſuperflue Hebraico more ponitur. Dicit ergo, Moſes tradidit vobis circumciſionem, et in ſabbatho circumciditis hominem. Quae autem in medio ſunt verba, addidit, oſtendens quod licet Moſes illam tradiderit, attamen ante illum fuerat. Ait enim. Non quod ex Moſe ſit. Tradidit vobis illam, non quod a ſua legislatione principium ſumat: non quod tunc inceperit: ſed ex patribus eſt, qui tempore Abraham fuerunt: nam illi primum data eſt in praeceptum: et tamen, quum aliunde aſcititia videatur, firmior ſabbatho efficitur.

Verſ. 23. *Si — ſabbatho?* Vt non contemnatur lex Moſis, quae de circumciſione eſt. Ipſam autem dixit Moſis, tanquam ab eo traditam, ſicuti diximus. Ait ergo, ſi circumciſionem accipit homo in ſabbatho, mihi irafcimini, quod totum hominem ſanum reddiderim in ſabbatho: quum Moſi non ſitis indignati, qui ante me permiſit circumciſionem fieri in ſabbatho?

Totum

Verſ. 21. Ἀπεκρίθη — θαυμάζετε. Ἓν ἔργον λέγει, τὴν ἐν σαββάτῳ ὑγείαν τῦ τριάκοντα καὶ ὀκτὼ ἔτη ἔχοντος ἐν τῇ ἀθενείᾳ, περὶ οὗ τὸ ἕβδομον ἱσορεῖ κεφάλαιον. καὶ πάντες θαυμάζετε, ἤγουν, θορυβεῖσθε, ταράττεσθε. οὗτοι γὰρ ἦσαν οἱ τότε μανέντες καὶ ἔκτοτε ζητῦντες αὐτὸν ἀποκτεῖναι. εἶτα λέγει, ὅτι μωϋσῆς παρέδωκεν αὐτοῖς τὴν περιτομὴν, καὶ ἐν σαββάτῳ περιτέμνουσιν, ὅταν δηλαδὴ ἡ ὀγδόη ἡμέρα τῦ παιδίου εἰς σάββατον καταντήσῃ· ἔπειτα συλλογίζεται, ὅτι εἰ περιτέμνεται ἄνθρωπος ἐν σαββάτῳ, τὸ δὲ περιτέμνειν ἔργον, πῶς ἐκ ἐγκαλεῖτε μωϋσεῖ τῷ ἐντειλαμένῳ ἔργον ἐν σαββάτῳ;

Verſ. 22. Διὰ — ἄνθρωπον. Τὸ διὰ τῦτο, οὐκ ἔστι νῦν αἰτιολογικὸν, ἀλλ' ἁπλῶς κεῖται κατὰ συνήθειαν ἑβραϊκήν. λέγει δὲ, ὅτι μωϋσῆς παρέδωκεν ὑμῖν τὴν περιτομὴν, καὶ ἐν σαββάτῳ περιτέμνετε ἄνθρωπον· τὰ δ' ἐν τῷ μέσῳ ῥητὰ τέθεικε, δεικνύων, ὅτι εἰ καὶ μωϋσῆς παρέδωκεν ὑμῖν αὐτὴν, ἀλλ' ἦν παλαιοτέρα αὐτῦ ἦν. φησὶ γάρ· οὐχ ὅτι ἐκ τῦ μωϋσέως ἐστὶ, τετέστι, παρέδωκεν ὑμῖν αὐτὴν, οὐχ ὅτι ἐκ τῆς αὐτῦ νομοθεσίας ἀρχὴν λαμβάνει, οὐχ ὅτι ἔκτοτε ἄρχεται, ἀλλ' ἐκ τῶν πατέρων ἐστὶ, τῶν περὶ ἀβραάμ. ἐκείνῳ γὰρ πρώτῳ ἐνετάλη. καὶ ὅμως, ἐπείσακτον δοκῆν, κυριώτερον γίνεται τῦ σαββάτου.

Verſ. 23. Εἰ — σαββάτῳ; Ἵνα μὴ ἀθετηθῇ ὁ νόμος μωϋσέως, ὁ περὶ τῆς περιτομῆς. τῦ μωϋσέως δὲ αὐτὸν εἶπεν, ὡς ὑπ' αὐτῦ παραδοθέντα, καθὼς εἰρήκαμεν. φησὶ τοίνυν, ὅτι εἰ περιτομὴν λαμβάνει ἄνθρωπος ἐν σαββάτῳ, ἐμοὶ ὀργίζεσθε, ὅτι ὅλου ἀνθρώπου ὑγείαν εἰργασάμην, ἀφέντες χολᾶν μωϋσεῖ πρὸ ἐμῦ, τῷ ἐπιτρέψαντι ἐργάζεσθαι περιτομὴν ἐν σαββάτῳ;

Totum autem hominem dixit: nam quum totum eius corpus paralyſi diſſolutum fuiſſet, totum reddidit ſanum. Aut oſtendit, quod non corpus tantum, ſed et animam eius curauerit.

Verſ. 24. *Nolite — aſpectum.* Ne iudicaueritis ex acceptione perſonarum, illi quidem, tanquam apud vos magno et praeclaro remittentes accuſationes, me vero, quaſi vilem et inglorium, accuſantes.

Verſ. 24. *Sed — iudicate.* Non ad perſonas ſpectantes, ſed ad res ipſas. Item et aliter. Circumciſio quidem ſolum Hebraeis ſignum erat: quod autem a me factum eſt, integra fuit ſanitas ac veritas eius, quod ſignificabatur.

Verſ. 25. *Dicebant — v. 26. dicunt.* Siquidem ſilentium illis impoſuerat.

Verſ. 26. *Num — Chriſtus?* Tunc enim et principes in turba erant.

Verſ. 27. *Sed — erit.* Atqui principes veſtri interrogati ab Herode, vbi naſciturus eſſet Chriſtus, dixerunt ei, In Bethlehem Iudaeae: quin et prophetiam, quae hoc ſignificaret, addiderunt: quomodo ergo nugamini, dicentes quod Chriſtus, quum venerit, nemo cognoſcit vnde erit? Praeterea, ſi hunc noſtis vnde ſit, quomodo quidam ex vobis dicunt, Hunc non nouimus vnde ſit? Hoc modo malitia non intelligit, quod ſibiipſi contradicat ac plane mentiatur: nam eſt quaedam animae ebrietas.

Quod ſi quis dictum illud, Vnde ſit, non de loco et patria, ſed de genere et patre intellexerit, dicere poterit, eos dixiſſe: Huius quidem genus

et

Ὅλον δὲ ἄνθρωπον εἶπε, διότι ὅλον τὸ σῶμα αὐτῦ παραλελυμένον, ὅλον ὑγιὲς ἐποίησεν· ἢ ἐνέφηνεν, ὅτι ἐ τὸ σῶμα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν αὐτῦ ἐθεράπευσε.

Verſ. 24. Μὴ — ὄψιν. Μὴ κρίνετε προσωπολημπτικῶς, ἐκεῖνον μὲν, ὡς παρ' ὑμῖν μέγαν καὶ ἔνδοξον, ἀφιέντες αἰτίας, ἐμὲ δὲ, ὡς εὐτελῆ καὶ ἄδοξον, αἰτιώμενοι.

Verſ. 24. Ἀλλὰ — κρίνατε. Μὴ πρὸς τὰ πρόσωπα βλέποντες, ἀλλὰ πρὸς τὰ πράγματα. καὶ ἑτέρως γάρ. ἡ μὲν περιτομὴ, σημεῖον ἦν μόνον ἑβραίου· τὸ δὲ παρ' ἐμῦ ἐργασθὲν, ὁλόκληρος ὑγείαν τῦ σεσημασμένου.

Verſ. 25. Ἔλεγον — v. 26. λέγουσι. Καὶ γὰρ ἐπεζόμισεν αὐτούς.

Verſ. 26. Μήποτε — χριστός; Ἐν τῷ ὄχλῳ γὰρ οἱ ἄρχοντες ἦσαν τότε.

Verſ. 27. Ἀλλὰ — ἐσί. Καὶ μὴν, οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, ἐρωτηθέντες παρὰ ἡρῴδου, πῦ ὁ χριστὸς γεννᾶται, εἶπον αὐτῷ· ἐν [s]) Βηθλεὲμ τῆς s) Matth. 2, 5.
Ἰουδαίας. καὶ προσέθηκαν καὶ τὴν τῦτο δηλῦσαν προφητείαν. πῶς ἂν φλυαρεῖτε, ὅτι ὁ χριστὸς, ὅταν ἔρχηται, οὐδεὶς γινώσκει, πόθεν ἐσίν· ἀλλὰ καὶ, εἰ τῦτον[3]) οἴδατε, πόθεν ἐσὶ, πῶς ἐξ ὑμῶν ἄλλοι λέγουσιν, ὅτι τῦτον[t]) ἐκ οἴδαμεν, πόθεν t) Io. 9, 29.
ἐσί· τοιῦτον ἡ πονηρία, ἐναντιολογῦσα καὶ ψευδομένη προφανῶς, ἐ συνίησι. μέθη γὰρ καὶ αὕτη ψυχῆς.

Εἰ δέ τις τὸ, πόθεν, ἐ περὶ τόπου καὶ πατρίδος, ἀλλὰ περὶ γένους καὶ πατρὸς νοήσῃ, εἴποι ἄν, αὐτὸς λέγειν, ὅτι τέτου μὲν οἴδαμεν τὸ γένος

3) τῦτο: B.

et patrem nouimus, puta Ioseph, vt credebatur: Christi vero genus et patrem nemo cognoscit, eo quod non sint haec literis prodita, vt dici possint.

Vers. 28. *Clamabat — sim.* Clamabat, confundens eos, dum illi de industria male agerent: simul etiam omnibus manifestans, quae ab ipsis occulte dicebantur. Dicit autem, Et me nostis, quis sim, quia Deus: et nostis vnde sim, quia a patre Deo: quanquam vos scire fingatis, quod a Ioseph sim progenitus. Dicebat autem, quod illi ipsum nouerant a testimonio Iohannis, de quo dixit, Alius est, qui testimonium perhibet de me: ab operibus suis, de quibus ait, Ipsa opera, quae ego facio, testimonium perhibent de me: et a scripturis, de quibus similiter ait: Illae sunt quae testimonium perhibent de me.

Et quomodo dixit vigesimo iuxta Matthaeum capite, Nemo nouit filium nisi pater? Quia illud de natura diuinitatis suae dixit, hoc autem simpliciter de notitia, quod Deus sit Deique filius.

Vers. 28. *Et — veni.* Etiam hoc, inquit, nostis: nam et id praedicta docent testimonia, et maxime, quia gloriam propriam non quaero, sed gloriam eius, qui misit me.

Vers. 28. *Sed — me.* Pater ac Deus, qui videlicet misit me, sicut promiserat per prophetas: quod si verax est, qui misit, vtique et verax est, qui missus est, quum eiusdem sint naturae.

Vers. 28. *Quem — nouistis.* Vtpote negantes illum operibus. Ait enim et Apostolus,

4) Inclusa exciderunt. A.
5) δὲ, loco καί. B.
6) εἰδέναι με ἐν τῷ ἰωσὴφ προσποιεῖσθε. A
7) ὅτι, abest. A.

καὶ τὸν πατέρα, [δηλαδὴ τὸν [4]) Ἰωσὴφ, ὡς ἐδόκει· τῷ δὲ χριστῷ τὸ γένος καὶ τὸν πατέρα,] ἀδεὶς γινώσκει, διὰ τὸ μὴ ῥητῶς ἀναγεγράφθαι.

Vers. 28. Ἔκραζεν — εἰμί. Ἔκραζεν, ἐντρέπων αὐτοὺς, ὡς ἐθελοκακοῦντας, ἅμα δὲ καὶ πᾶσι φανερῶν, τὰ κρυφίως παρ' αὐτῶν λεγόμενα. λέγει δὲ, ὅτι κἀμὲ οἴδατε, τίς εἰμι· ὅτι θεός· καὶ οἴδατε, πόθεν εἰμί· ὅτι ἐκ πατρὸς θεοῦ, εἰ [5]) καὶ ἐκ [6]) τοῦ Ἰωσὴφ εἰδέναι με προσποιεῖσθε. εἰδέναι δὲ αὐτὸν αὐτοὺς ἔλεγεν· ἀπό τε τῆς μαρτυρίας Ἰωάννου, περὶ οὗ εἴρηκεν· ὅτι [v]) ἄλλος ἐστὶν ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμοῦ· ἀπό τε τῶν ἔργων αὐτοῦ, περὶ ὧν εἶπεν· ὅτι [x]) αὐτὰ τὰ ἔργα, ἃ ἐγὼ ποιῶ, μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ· καὶ ἀπὸ τῶν γραφῶν, περὶ ὧν ὁμοίως ἔφη· ὅτι ἐκεῖναι [y]) εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ.

v) Ioh. 5, 32.
x) Ioh. 5, 36.
y) Ioh. 5, 39.

Καὶ πῶς ἐν τῷ εἰκοστῷ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ ματθαῖον, εἴρηκεν, ὅτι οὐδεὶς [z]) ἐπιγινώσκει τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατήρ; ὅτι ἐκεῖνο μὲν εἶπε περὶ τῆς φύσεως τῆς θεότητος αὐτοῦ· τοῦτο δὲ, περὶ τοῦ εἰδέναι ἁπλῶς, ὅτι ἐστὶ θεὸς καὶ υἱὸς θεοῦ.

z) Matt. 11, 27.

Vers. 28. Καὶ — ἐλήλυθα. Οἴδατε καὶ τοῦτό, φησι, καὶ τοῦτο γὰρ αἱ δηλωθεῖσαι μαρτυρίαι διδάσκουσιν. ἄλλως τε, καὶ [7]) ὅτι [a]) οὐ τὴν δόξαν τὴν ἰδίαν ζητῶ, ἀλλὰ τὴν δόξαν τοῦ πέμψαντός με.

a) Ioh. 7, 18.

Vers. 28. Ἀλλ' — με. Ὁ πατὴρ καὶ θεὸς, ὡς πέμψας με, καθὼς διὰ τῶν προφητῶν ἐπηγγείλατο. εἰ δὲ ἀληθινὸς ὁ πέμψας, ἀληθινὸς ἄρα καὶ ὁ πεμφθεὶς, τῆς [8]) αὐτοῦ φύσεως ὤν.

Vers. 28. Οὐ — οἴδατε. Ὡς τοῖς ἔργοις ἀρνούμενοι αὐτόν. φησὶ γὰρ καὶ ὁ ἀπόστολος·

8) τῆς αὐτῆς. A. quod Hentenius etiam habet.

lus, Confitentur, se nosse Deum, factis autem negant.

Vers. 29. *Ego — sim.* Quia ex ipso sum, ex ipso natus sum. Nam et in superioribus dixit, Non, quod patrem quispiam viderit, nisi is, qui a Deo est.

Vers. 29. *Et ille me misit.* Continue de missione loquitur, volens illis persuadere, quod a Deo missus esset, nec Deo contrarius esset, sicut antea diximus. Simul etiam ad medendum diuinis verbis quibus illos offenderat, quae frequenter verbis humano more dictis permiscebat.

Vers. 30. *Quaerebant — apprehendere.* Nam aegre audierant dicentem, Quem vos non nouistis.

Vers. 30. *Et — manum.* Tenebantur siquidem ab vnita ipsi diuina virtute.

Vers. 30. *Quia — eius.* Qua teneri ac pati decreuerat.

Vers. 31. *Multi — illum.* A praedictis signis, et a sermonibus modo dictis capti.

Vers. 31. *Et — fecit?* Crediderunt quidem, non tamen perfecte: nam dicentes, Christus quum venerit, ostendebant se non firmiter credidisse, eum esse Christum, sed dubio modo, vtpote abiecti et leues.

Aut id ex suppositione dixerunt: Ponamus postmodum venturum esse Christum, veluti dicunt principes sacerdotum: Christus ille, quem ipsi dicunt, quum venerit, num hoc magis admirandus erit? nequaquam.

Vers. 32.

9) ἐνέσης. A. Tale quid videtur reperisse Henetenius. Sed ita corrigendum esset ἐνωθείσης.

ὅτι b) Θεὸν ὁμολογῆσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρ- b) Tit. 1, 16.
νοῦνται.

Vers. 29. Ἐγὼ — εἰμί. Διότι ἐξ αὐτῆ εἰμι, ἐξ αὐτῆ γεγέννημαι. καὶ ὀπίσω δὲ εἴρηκεν, οὐχ c) ὅτι τὸν πατέρα τις ἑώρακεν, εἰ μὴ ὁ ὢν c) Io. 6, 46.
παρὰ τῆ Θεῆ.

Vers. 29. Κἀκεῖνός με ἀπέστειλε. Συνεχῶς λέγει περὶ τῆς ἀποστολῆς, βουλόμενος πεῖσαι αὐτοὺς, ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ ἀπέσταλται, καὶ οὐκ ἔστιν ἀντίθεος, ὡς προλαβόντες εἰρήκαμεν. ἅμα δὲ καὶ εἰς θεραπείαν τῶν προσισαμένων αὐτοῖς θεοπρεπῶν ῥημάτων, ἃ παρεμίγνυε πολλάκις τοῖς ἀνθρωποπρεπέσιν αὐτῆ.

Vers. 30. Ἐζήτουν — πιάσαι. Ἐπλήγησαν γὰρ, ἀκούσαντες, ὅτι ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε.

Vers. 30. Καὶ — χεῖρα. Ἐπέχοντο γὰρ ἀοράτως, ὑπὸ τῆς ἐνέσης d) αὐτῷ θείας δυνάμεως. d) Luc. 1, 35.

Vers. 30. Ὅτι — αὐτοῦ. Ἡ τῆ συλληφθῆναι καὶ παθεῖν αὐτόν.

Vers. 31. Πολλοὶ — αὐτόν. Ὑπό τε τῶν προλαβόντων σημείων, ὑπό τε τῶν ἄρτι ῥηθέντων λόγων ἐαλωκότες.

Vers. 31. Καὶ — ἐποίησεν; Εἰ καὶ ἐπίστευσαν, ἀλλ' οὐχ ὑγιῶς. εἰπόντες γὰρ, ὅτι ὁ χριστὸς, ὅταν ἔλθῃ· ἔδειξαν, ὅτι οὐκ ἐπίστευσαν βεβαίως, αὐτὸν εἶναι τὸν χριστὸν, ἀλλ' ἀμφιβόλως, ὡς ἀγελαῖοι καὶ κοῦφοι.

Ἢ καὶ καθ' ὑπόθεσιν τῆτο ἔπον, ὅτι θῶμεν, ἕτερον εἶναι τὸν χριστὸν, ὡς οἱ ἄρχοντες λέγουσιν, ὁ χριστὸς, ὃν αὐτοί φασιν, ὅταν ἔλθῃ, μή τι δυνατώτερος ἔσαι τῆτε; οὐχί.

Vers. 32.

Verſ. 32. *Audierunt — haec.* Audierunt ſequenti videlicet die. Murmurantem vero, ſiue cum murmure aduerſus principes loquentem.

Verſ. 32. *Et — eum.* Tanquam commouentem populum ad ſeditionem. O dementiam, magis autem inſaniam! Quum ipſi frequenter tentaſſent, nec potuiſſent, miniſtris rem commiſerunt: vt de furore conſolationem acciperent, ſuam autem imbecillitatem occultarent.

Verſ. 33. *Dixit — ſum.* Multitudini quidem loquebatur: intendebat autem ad miniſtros, qui miſſi erant: eſt enim placationis verbum ad correptionem inſaniae illorum, Adhuc modico tempore vobiscum ſum, ſignificans tempus vsque ad paſcha: hoc ergo ſolum expectate.

Verſ. 33. *Et — me.* Quum aſſumar in coelum.

Verſ. 34. *Quaeretis — inuenietis.* Siquidem veriſimile eſt, quod multi eorum recordati ipſius quaeſierunt eum auxiliatorem, et maxime dum Ieroſolyma caperentur.

Verſ. 34. *Et — venire.* Vbi tunc ero. Significat autem ſeſſionem ad dexteram patris.

Verſ. 35. *Dixerunt* — v. 36. *venire?* Affecti quodammodo ſunt ad ſermones eius, quibus placabantur, et quaerunt inter ſeſe, non intelligentes ea, quae dicebantur. Diſperſionem vero Graecorum dicebant Gentes, quae vbique terrarum diſperſae erant, et nullo prohibente inter ſe commiſcebantur, quum ipſi ſolam inhabitarent Palaeſtinam, et a lege prohiberentur caeteris commiſceri gentibus.

Verſ. 37.

Vers. 32. Ἤκουσαν — ταῦτα. Ἤκουσαν, ἐν ἑτέρᾳ ἡμέρᾳ, δηλονότι. γογγύζοντος δὲ, ἤγουν, σὺν γογγυσμῷ τῷ κατὰ τῶν ἀρχόντων, λέγοντος·

Vers. 32. Καὶ — αὐτόν. Ὡς ἀποσχίζοντα τὸν λαόν. ὢ τῆς μανίας, μᾶλλον δὲ τῆς ἀνοίας! αὐτοὶ πολλάκις ἐπιχειρήσαντες, καὶ ἐκ ἰσχύσαντες, τοῖς ὑπηρέταις τὸ πρᾶγμα ἐπέτρεψαν, τόν τε θυμὸν παραμυθέμενοι, καὶ τὴν ἀθένειαν ἑαυτῶν συγκαλύπτοντες.

Vers. 33. Εἶπεν — εἰμι. Ἔλεγε μὲν πρὸς τὸ πλῆθος, ἀπετείνετο δὲ πρὸς τοὺς ἀποσταλέντας τοὺς ὑπηρέτας. δυσωπητικὸν δὲ τὸ ῥῆμα, πρὸς κατοχολὴν τῆς μανίας αὐτῶν. ἔτι μικρὸν χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, τὸν ἄχρι τοῦ πάσχα δηλῶν. τοῦτον μόνον ἀναμείνατε.

Vers. 33. Καὶ — με. Ὅτε ἀναληφθῶ εἰς τὸν οὐρανόν.

Vers. 34. Ζητήσετέ — εὑρήσετε. Εἰκὸς γὰρ, πολλοὺς ἐξ αὐτῶν μνημονεύειν αὐτοῦ, καὶ ζητεῖν αὐτὸν βοηθὸν, καὶ μᾶλλον, ἁλισκομένων τῶν ἱεροσολύμων.

Vers. 34. Καὶ — ἐλθεῖν. Ὅπου εἰμὶ τότε. δηλοῖ δὲ τὴν ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς καθέδραν.

Vers. 35. Εἶπον — v. 36. ἐλθεῖν; Ἐπαθόντι πρὸς τοὺς λόγους αὐτοῦ, δυσωπηθέντες αὐτοὺς, καὶ ζητοῦσι πρὸς ἑαυτοὺς, μὴ νοοῦντες τὰ ῥηθέντα. διασπορὰν δὲ τῶν ἑλλήνων ἔλεγον, τὰ ἔθνη, διὰ τὸ διεσπάρθαι πανταχοῦ, καὶ ἀκωλύτως ἀλλήλοις ἐπιμίγνυσθαι, αὐτοὶ μόνην οἰκοῦντες τὴν παλαιστίνην, καὶ παρὰ τὸ νόμου κωλυόμενοι ἐπιμίγνυσθαι τοῖς ἀλλογενέσιν.

Vers. 37.

Verſ. 37. *In — bibat.* Primus ac poſtremus dies dicti feſti ſcenopegiorum magni habebantur, quia in his ſtudioſius in vnum collecti diuinis vacabant, eos, qui in medio erant, in deliciis conſumentes. Tunc ergo, quum vnusquiſque completo iam feſto in domum ſuam receſſurus erat, decreuit volentibus dare viaticum ad ſalutem: et clamauit, oſtendens, qua libertate loqueretur, et vt omnes audirent: multi enim erant. Dixit autem, ſi quis ſitit, ſiti doctrinae, veniat ad me et bibat potionem ſpiritualem: neque enim eos conuoco, qui non ſitiunt, ſed qui ardenter appetunt huiusmodi potionem.

Verſ. 38. *Qui — viuae.* Ventrem hic dicit, cor: veluti quum dicitur, Et legem tuam in medio ventris mei: flumina vero aquae, ſpiritus abundantiam, diuinae gratiae plenitudinem: Viuae autem, hoc eſt, ſemper operantis, ſemper motae: nam quum diuina gratia animae inſederit, fons efficitur, ſemperque ſcaturit. Petrus ſiquidem et Paulus, et quotquot illorum ſimiles fuerunt, diuinam gratiam in corde inundantem habentes, non flumen, ſed flumina concipiebant, multo fluxu ſcaturientia, quae quicquid accederet, attrahebant, et infidelium vaniloquia vndis obruebant ac demergebant.

Quinto autem capite dixit ad Samaritanam, Aqua quam ego dabo, fiet in eo fons aquae ſalientis in vitam aeternam: et ibi rurſum lege ſimilium verborum enarrationem.

Poſt

[1]) διδασκαλικόν. A.

[2]) Videtur aliquid deeſſe. Ex Hentenio colligas, illum legiſſe, ἐγένοντο, τήν. Poteſt tamen intelligi.

[3]) ποντίζοντας. B.

Vers. 37. Ἐν — πινέτω. Καὶ ἡ πρώτη ἡμέρα τῆς δηλωθείσης ἑορτῆς τῶν σκηνοπηγιῶν καὶ ἡ ἐσχάτη μεγάλαι ἐνομίζοντο. διὸ καὶ σπουδαιότερον ἐν ταύταις συλλεγόμενοι, τοῖς θείοις ἐσχόλαζον, τὰς ἐν τῷ μέσῳ μᾶλλον εἰς τρυφὰς ἀναλίσκοντες. τότε τοίνυν, ὅτε, συμπληρουμένης ἤδη τῆς ἑορτῆς, ἔμελλεν ἀναχωρεῖν ἕκαστος εἰκάδε, βάλεται δοῦναι τοῖς βελομένοις ἐφόδια πρὸς σωτηρίαν· καὶ ἔκραξε μὲν, δηλῶν τὴν παρρησίαν αὐτῦ, καὶ ἵνα πάντες ἀκούσωσι, πολλοὶ ὄντες. εἶπε δὲ, ἐάν τις διψᾷ, δίψαν διδασκαλίας, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω πόμα [1]) πνευματικόν. τὰς γὰρ ἐ διψῶντας ἐ συγκαλῶ, ἀλλὰ τὰς δικαιῶς ἐρῶντας τῦ τοιύτου πόματος.

Vers. 38. Ὁ — ζῶντος. Κοιλίαν ἐνταῦθα λέγει, τὴν καρδίαν, ὡς τό· καὶ τὸν [d]) νόμον σου ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου· ποταμοὺς δὲ ὕδατος, τὴν δαψίλειαν τῦ πνεύματος, τὴν πλημμύραν τῆς θείας χάριτος· ζῶντος δὲ, ἤγουν, ἀεὶ ἐνεργοῦντος, ἀεικινήτου. ὅταν γὰρ ἡ θεία χάρις ἐνιδρυνθῇ ψυχῇ, πηγὴ γίνεται, καὶ βλύζει διαπαντός. καὶ γὰρ καὶ πέτρος, καὶ παῦλος, καὶ ὅσοι κατ' ἐκείνους, [2]) τὴν θείαν χάριν ἐν τῇ καρδίᾳ πλημμυρῦσαν ἔχοντες, ἐ ποταμὸν, ἀλλὰ ποταμοὺς λόγων ἠφίεσαν, πολλῷ τῷ ῥοίζῳ φερομένους, καὶ πᾶν τὸ προστυχὸν παρασύροντας, καὶ τὰς τῶν ἀπίστων κενοφωνίας ἐπικλύζοντας, καὶ [3]) καταποντίζοντας.

Καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ δὲ κεφαλαίῳ πρὸς τὴν σαμαρεῖτιν εἶπεν, ὅτι [e]) τὸ ὕδωρ, ὃ δώσω αὐτῷ, γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. καὶ ἀνάγνωθι πάλιν τὴν ἐξήγησιν τῶν τοιύτων ῥητῶν.

d) Ps. 39, 9.

e) Io. 4, 14.

Μετὰ

Poſt dictum autem, ſicut ait ſcriptura, ponenda eſt diſtinctio. Multifariam enim praecepit ſcriptura credere in illum.

Verſ. 39. *Hoc — eum.* Hoc, puta, Flumina de ventre eius fluent aquae viuae. De ſpiritu vero, ſiue de ſpiritualibus gratiis.

Verſ. 39. *Nondum — ſanctus.* Nondum erat in illis, qui in ipſum credebant: nondum datus erat diſcipulis eius.

Verſ. 39. *Quia — glorificatus.* Quia nondum glorificatus erat per crucem: nam crucem vocat gloriam, ſiquidem quum caeteris omnibus eſſet opprobrium, vtpote magnorum criminum ſupplicium, ſoli Chriſto gloria facta eſt: vltio videlicet magni amoris, quo nos dilexit. Quis namque, modo grato ſit animo, audito, quod is, qui omnem excedebat honorem, tantam propter hominum ſalutem ſuſtinuit ignominiam, non glorificabit eum?

Ante crucem itaque diſcipulis non dedit ſpiritum ſanctum, ſed poteſtatem ſpirituum immundorum, vt illos eiicerent et curarent omnem morbum omnemque languorem: poſt crucem vero dedit ſpiritum ſanctum. Quum enim peccaſſemus ac Deo aduerſati fuiſſemus, inimici eius eramus: gratia vero ſpiritus ſancti, donum eſt, donum autem amicis datur: oportebat ergo primum offerri pro nobis victimam, fierique reconciliationem ac inimi-

4) Ita Chryſoſt. Tom. VIII. p. 299. D.
5) *ἐλύσοντας*. B.
6) *ἅγιον*, abeſt A.
7) Haec nullo modo pendere poſſunt ex vocabulo *προσενεχθῆναι*. Hentenius habet, *fieri*. Puto ergo, legendum eſſe, *καὶ γενέσθαι καταλλαγήν*. Chry-

Μετὰ δὲ τὸ, καθὼς εἶπεν ἡ γραφὴ,[4]) ὑποσιχτέον. διαφόρως γὰρ ἐνετείλατο ἡ γραφὴ πιστεύειν εἰς αὐτόν.

Verſ. 39. Τῦτο — αὐτόν. Τῦτο, ποῖον; τὸ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν[5]) ὕδατος ζῶντος. περὶ τῦ πνεύματος δὲ, ἔτουν, περὶ τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων.

Verſ. 39. Οὔπω — ἅγιον. Οὔπω ἦν ἐν τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν, οὔπω ἦν δεδομένον τοῖς μαθηταῖς αὐτῦ.

Verſ. 39. Ὅτι — ἐδοξάθη. Ὅτι οὔπω ἐδοξάθη, διὰ τῦ σαυροῦ. δόξαν γὰρ καλεῖ, τὸν σαυρόν. τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἅπασιν, ὄνειδος ἦν, ὡς μεγάλων ἐγκλημάτων ἐπιτίμιον· μόνῳ δὲ τῷ χριστῷ δόξα γέγονεν, ὡς μεγάλης ἀγάπης τῆς πρὸς ἡμᾶς ἐπιτίμιον. τίς γὰρ εὐγνώμονα ψυχὴν ἔχων, ἀκούων τὸν ἐπέκεινα πάσης τιμῆς τηλικαύτην ἀτιμίαν ὑποσάντα διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων, ἀ δοξάσει τῦτον;

Ἱερὸ μὲν οὖν τοῦ σαυρῦ, ἀ πνεῦμα ἅγιον[6]) ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς, ἀλλ' ἐξσίαν πνευμάτων[f]) ἀκαθάρτων, ὥστε ἐκβάλλειν αὐτὰ, καὶ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν· μετὰ δὲ τὸν σαυρὸν, πνεῦμα ἅγιον. ἐπεὶ γὰρ, ἡμαρτηκότες καὶ προσκεκρουκότες, ἐχθροὶ ἦμεν τῷ θεῷ· ἡ δὲ χάρις τῦ ἁγίου πνεύματος, δωρεά ἐσιν· ἡ δὲ δωρεὰ τοῖς Φίλοις δίδοται· ἔδει πρότερον προσενεχθῆναι τὴν ὑπὲρ ἡμῶν θυσίαν, καὶ[7]) καταλλαγὴν καὶ κατάλυσιν τῆς ἔχθρας, ἥτις ἦν[8]) ἡ σφα-

[f]) Matth. 10, 1.

Chryſoſt. T. VIII. p. 301. B. ita habet: καὶ τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ καταλυθῆναι, καὶ γενέσθαι τοῦ θεοῦ Φίλους, καὶ τότε λαβεῖν τὴν δωρεάν.

[8]) Etiam ἥτις ἦν durum videtur. Sed ita etiam Hentenius. Nunc malim poſt θυσίαν, loco καὶ, εἰς.

inimicitiae ſolutionem, quae erat caedes agni rationalis ac mors Chriſti: et tunc donum dari.

Verſ. 40. *Multi — propheta.* De quo ſcripſit Moſes, vt ſaepe diximus. Et vere hic erat: Sed ipſi ſimpliciter eum prophetam eſſe opinabantur, ſicut Moſen, et non tanquam Deum.

Verſ. 41. *Alii — Chriſtus.* Et vere hic erat: ſed et hi nudum hominem eſſe exiſtimabant.

Verſ. 41 *Alii — venit?* Atqui neque hic in Galilaea natus eſt.

Verſ. 42. *Nonne — venit?* Atqui et hic inde erat: ſed ipſi voluntaria malitia patriam huic diuulgabant eſſe Nazaret, vnde erat mater, et qui putabatur pater eius, ne, ſi ex Bethlehem eſſe diceretur, propter prophetiam Chriſtus eſſe crederetur.

Verſ. 43. *Seditio — eum.* Vnaquaque parte pro ſua opinione rixante.

Verſ. 44. *Quidam — eum.* Tanquam ſeductorem videlicet.

Verſ. 44. *Sed — manus.* Vtpote inuiſibiliter cohibitas, veluti ſuperius oſtenſum eſt.

Verſ. 45. *Venerunt* — v. 46. *homo.* Abierunt quidem eum ligaturi: reuerſi ſunt autem admiratione ſermonum eius alligati. Illi ergo, qui miſerant, quum multos eius audiſſent ſermones, multaque vidiſſent miracula, ac prophetias de eo legiſſent, iudicantes ſeſe ſapientes, nihil profecerunt:

9) ὀνομαζόμενος. A.

ἡ σφαγὴ τῦ λογικῦ ἀμνῦ, ὁ θάνατος τῦ χριςῦ· καὶ τότε δοθῆναι τὴν δωρεάν.

Verſ. 40. Πολλοὶ — προφήτης. Περὶ οὗ μωϋσῆς ἔγραψεν, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν· καὶ ἀληθῶς οὗτος ἦν· ἀλλ' αὐτοὶ προφήτην αὐτὸν ἁπλῶς εἶναι ὑπελάμβανον, ὡς τὸν μωϋσέα, καὶ οὐχὶ καὶ θεόν.

Verſ. 41. Ἄλλοι — χριςός. Καὶ ἀληθῶς οὗτος ἦν· ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ψιλὸν ἄνθρωπον αὐτὸν ἐνόμιζον.

Verſ. 41. Ἄλλοι — ἔρχεται; Καὶ μήν, ἐδὲ οὗτος ἐν τῇ γαλιλαίᾳ γεγέννηται.

Verſ. 44. Καὶ — ποιεῖν. Τοῦ πατρὸς ὑμῶν ἐκείνου. ἐπιθυμίαι[5]) δὲ αὐτοῦ, τὸ ἀνθρωποκτονεῖν, καὶ τὸ ψεῦδος, εἴτουν, ὁ σκολιὸς καὶ διεφθαρμένος βίος, ὡς ἐφεξῆς ἐρεῖ.

Verſ. 44. Ἐκεῖνος — ἀρχῆς. Τὸν πρῶτον ἄνθρωπον κτείνας, τὸν ἀδάμ. αὐτὸς γὰρ αὐτῷ τὸν θάνατον προεξένησεν. εἶτα καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν ἄβελ ἀνελών. αὐτὸς γὰρ καὶ αὐτῷ τὸν ἀδελφὸν κάϊν ἐπανέστησε, κινήσας τῷ φθόνῳ.

Verſ. 44. Καὶ — ἕστηκεν. Οὐκ ἐμμένει, τουτέστιν, ἐν τῷ ὀρθῷ βίῳ ἐκ ἀναπάυεται, ἀλλὰ μισεῖ τὴν τοιαύτην πολιτείαν.

Verſ. 44. Ὅτι — αὐτῷ. Ἀλλὰ τοὐναντίον, ψεῦδος.

Verſ. 44. Ὅταν — λαλεῖ. Τὰ ἴδια λαλεῖ. ἴδιον γὰρ αὐτοῦ τὸ ψεῦδος. αὐτὸς γὰρ πρῶτος [ἐξεῦρεν[6]) αὐτὸ, καὶ πρῶτος] ἐχρήσατο αὐτῷ, ψευσάμενος πρὸς τὴν εὔαν, ὅτε ἔλεγεν αὐτῇ διὰ τοῦ ὄφεως, ὅτι[h]) οὐ θανάτῳ ἀποθανεῖσθε, καὶ, ὅτι ἔσεσθε, ὡς θεοί. h) Gen. 3, 4. 5.

Verſ. 44. Ὅτι ψεύστης ἐστὶν. Ἔκτοτε καὶ εἰς τὸ ἑξῆς ψευδόμενος.

Verſ. 44. Καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ἤτοι, τοῦ ψεύδους, αὐτός ἐστιν, ὡς πρῶτος ἐξευρὼν αὐτὸ, καθὼς εἴρηται.

[5]) ἐπιθυμίας. A. [6]) Incluſa abſunt. A.

Verſ. 45. *Ego — mihi.* Nam ſi mendacium dicerem, crederetis vtique mihi, tanquam id dicenti, quod proprium eſt patris veſtri: quia autem doceo veritatem, non creditis mihi, vtpote alienum ab eo docenti. Veritatem autem vocat, quum alias doctrinas, tum quod filius ipſe ſit Dei.

Verſ. 46. *Quis — peccato?* Si ita non eſt, quod quia veritatem dico, non creditis mihi, dicite: quis veſtrum arguit me de peccato, quod a me fiat, vt propter illud videamini non credere?

Verſ. 46. *Porro ſi — mihi?* Si neque ideo, quia veritatem dico, non creditis mihi, neque quiſpiam veſtrum arguit me de peccato, ſane veritatem dico: Si autem veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Poſtquam ita conuicit eos de induſtria peccare, vlterius ratiocinatur.

Verſ. 47. *Qui — eſtis.* Qui ex Deo eſt, verba Dei recipit, eisque paret: vos non recipitis, ex Deo igitur non eſtis: et ex conſequenti mentimini dicentes patrem vos habere Deum, et ex Deo eſſe. Loquendo itaque de creatione, omnes ex Deo ſunt: iuxta modum vero familiaritatis, ſoli illi, qui verba Dei audiunt, eisque obediunt, et a moribus, quod rationale eſt, oſtendunt.

Verſ. 48. *Reſponderunt — habes?* Per interrogationem legendum eſt. Vocabant autem eum Samaritanum, vtpote non exacte ſeruantem legem, ſicut illis videbatur, neque traditiones ſeniorum: tales ſiquidem erant Samaritani. Daemonium vero habentem, tanquam Dei honorem in ſeipſum deriuantem: nam tales ſunt daemones: ſed hic

7) λέγοντος. A.

Verſ. 45. Ἐγὼ — μοι. Ἐι μὲν ἔλεγον ψεῦδος, ἐπιϛεύσατέ μοι ἄν, ὡς τὸ ἴδιον τῶ πατρὸς ὑμῶν [7]) λέγοντι· διότι δὲ τὴν ἀλήθειαν διδάσκω, ἀ πιϛεύετέ μοι, ὡς τὸ ἀλλότριον αὐτοῦ διδάσκοντι. ἀλήθειαν δὲ καλεῖ, τάς τε ἄλλας αὐτοῦ διδασκαλίας, καὶ τὴν, ὅτι υἱός ἐϛι τοῦ θεοῦ.

Verſ. 46. Τίς — ἁμαρτίας; Ἐι μὴ, διότι τὴν ἀλήθειαν λέγω, ἀπιϛεῖτέ μοι, εἴπατε, τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας, [ὑπ' ἐμοῦ [8]) γενομένης, ἵνα δόξητε δι' ἐκείνην ἀπιϛεῖν.

Verſ. 46. Ἐι δὲ — μοι; Ἐι ἔτε, διότι τὴν ἀλήθειαν λέγω, ἀπιϛεῖτέ μοι, ἔτε τις ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας,] ἆρα ἀλήθειαν λέγω· καὶ εἰ ἀλήθειαν λέγω, διατί ὑμεῖς ἀ πιϛεύετέ μοι; ἔτως ἐλέγξας αὐτοὺς ἐθελοκάκους, ἔτι συλλογίζεται.

Verſ. 47. Ὁ — ἐϛέ. Ὁ ὢν ἐκ τῦ θεῦ, τὰ ῥήματα τῦ θεῦ δέχεται, καὶ πείθεται· ὑμεῖς ἀ δέχεϑε, οὐκ ἄρα ἐκ τῦ θεῦ ἐϛέ. καὶ λοιπὸν ψεύδεϑε, λέγοντες, πατέρα ἔχειν τὸν θεὸν καὶ ἐκ τῦ θεῦ εἶναι. κατὰ μὲν ἓν τὸν λόγον τῆς δημιουργίας, πάντες ἐκ τῦ θεῦ εἰσι· κατὰ δὲ τὸν τῆς οἰκειότητος, μόνοι οἱ τὰ ῥήματα αὐτοῦ δεχόμενοι, καὶ πειθόμενοι, καὶ ἀπὸ τῦ τρόπου τὸ γνήσιον δεικνύοντες.

Verſ. 48. Ἀπεκρίθησαν — ἔχεις; Κατ' ἐρώτησιν ἀναγνωϛέον. σαμαρείτην μὲν ἓν αὐτὸν ἔλεγον, ὡς μὴ ἀκριβῶς τηρῦντα τὸν νόμον, ὡς αὐτοῖς ἐδόκει, μηδὲ τὰς παραδόσεις τῶν πρεσβυτέρων. τοιῦτοι γὰρ οἱ σαμαρεῖται. δαιμόνιον δὲ ἔχοντα, ὡς τὴν τῦ θεῦ τιμὴν εἰς ἑαυτὸν ἕλκον-

[8]) Inclusa absunt. A.

hic tanquam is, qui in veritate Deus erat, illi vero quasi seductores.

Vers. 49. *Respondit — habeo.* Deum non dehonesto, sicut daemones, nec ipsum honore suo deiicio.

Vers. 49. *Sed honoro patrem.* Honorans namque patrem offendo, vos non habere Deum patrem, neque ex Deo esse. Siquidem ignominia est eius, qui homines beneuolentia persequitur, patrem esse homicidarum.

Vers. 49. *Et — me.* Samaritanum ac daemoniacum appellantes. Itaque patrem honorans offendi, vos Deum non habere patrem: vos autem filium ignominia afficientes, honore priuastis et patrem. Praedictum enim est, quod, qui non honorat filium, non honorat patrem, qui misit illum.

Vers. 50. *Ego — meam.* Vindictam contumeliae meae.

Vers. 50. *Est — iudicet.* Pater, propter quem honore me priuastis, et ad quem filii ignominia transire cernitur. Nam etsi omne iudicium dedit filio, non tamen, quod se honore priuauerit, sed quod verbum patris sit filius.

Vide autem, quod quando patrem sibi dixerunt esse Deum: libere respondit, et grauiter eos obiurgauit: quando vero contumelia eum affecerunt, modeste respondit ac mansuete. Hinc enim nos docuit, vt admissa in Deum vindicemus, in nos autem negligamus. Nam et ipse factam in se iniuriam praetermittens, ad admonitionem conuertitur.

Vers. 51.

τα. τοιοῦτοι γὰρ οἱ δαίμονες. ἀλλ' ὁ μὲν, ὡς ἐν ἀληθείᾳ θεὸς, οἱ δὲ, ὡς ἀπατεῶνες.

Verſ. 49. Ἀπεκρίθη — ἔχω. Οὐ γὰρ ἀτιμάζω τὸν θεὸν, ὡς οἱ δαίμονες, ἐδὲ τῆς τιμῆς αὐτὸν ἐκβάλλω αὐτόν.

Verſ. 49. Ἀλλὰ τιμῶ τὸν πατέρα. Τιμῶν γὰρ τὸν πατέρα, ἀποφαίνω, ὑμᾶς μὴ ἔχοντας πατέρα τὸν θεὸν, [μηδ' ἐκ[9]) τῶν θεῶν ὄντας. ἀτιμία γὰρ τῶν φιλανθρώπου, πατέρα εἶναι τῶν ἀνθρωποκτόνων.

Verſ. 49. Καὶ — με. Σαμαρείτην καὶ δαιμόνιον ἔχοντα ὀνομάσαντες, διότι τιμῶν τὸν πατέρα, ἀπέφηνα ὑμᾶς μὴ ἔχοντας πατέρα τὸν θεόν.] ἀτιμάσαντες δὲ τὸν υἱὸν, ἠτιμάσατε τὸν πατέρα. προείρηται γὰρ, ὅτι[1]) ὁ μὴ τιμῶν τὸν υἱὸν, ἀ τιμᾷ τὸν πατέρα, τὸν πέμψαντα αὐτόν. 1) Io. 5, 23.

Verſ. 50. Ἐγὼ — με. Τὴν ἐκδίκησιν τῆς ἀτιμίας μου.

Verſ. 50. Ἔστιν — κρίνων. Ὁ πατὴρ, δι' ὃν ἠτιμάσατέ με, καὶ πρὸς ὃν ἡ ἀτιμία τοῦ υἱοῦ διαβαίνειν οἶδεν. εἰ γὰρ καὶ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ, ἀλλ' οὐχ ὡς ἐκβαλὼν ἑαυτὸν τοῦ κρίνειν· ἀλλὰ διότι λόγος τοῦ πατρὸς, ὁ υἱός.

Ὅρα δὲ, πῶς, ὅτε μὲν εἶπον πατέρα ἑαυτῶν τὸν θεὸν ἐπαρρησιάσθη καὶ σφοδρῶς αὐτῶν καθήψατο· ὅτε δὲ αὐτὸν ἠτίμασαν, ἐπιεικῶς ἀπεκρίνατο καὶ πράως. ἐντεῦθεν γὰρ ἐπαίδευσεν ἡμᾶς, τὰ μὲν εἰς τὸν θεὸν ἐκδικεῖν, τὰ δὲ εἰς ἡμᾶς παρορᾶν. καὶ αὐτὸς γὰρ παραδραμὼν τὴν εἰς ἑαυτὸν ὕβριν, ἐπὶ παραίνεσιν τρέπεται.

Verſ. 51.

9) Incluſa abſunt. A.

Verſ. 51. *Amen — aeternum.* Quaere in hoc nono capite, vbi dicitur, Si quis comederit ex hoc pane, viuet in aeternum, et illius lege enarrationem. Nam ex hoc intelliges, de qua nunc morte loquatur: de qua quum illi non intelexiſſent, rurſus eum contumelia afficiunt.

Verſ. 52. *Dixerunt — habeas.* Nunc magis. Dixerunt autem hoc, quaſi Deo ſe feciſſet ipſe maiorem.

Verſ. 52. *Abraham — prophetae.* Qui Dei ſermonem ſeruauerunt.

Verſ. 52. *Et* — v. 53. *facis?* Conſequens ſane erat, vt dicerent, Num tu maior es Deo? verum non hoc dicunt: ne Deo ipſum comparantes, viderentur eum potius honorare. Volunt autem ipſo etiam Abraham minorem illum oſtendere. Nec dixerunt ſimpliciter Abraham, ſed patre noſtro Abraham, rurſum gloriantes, et de cognatione Abraham ſeſe iactantes.

Verſ. 54. *Reſpondit — eſt.* Nihil eſt, ſicuti vos ſuſpicamini: nam hoc ad illorum cogitationem loquutus eſt: ſimile illi dicens, Si ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimonium meum non eſt uerum, quod iuxta medium ſeptimi capitis poſitum eſt, et eius lege enarrationem.

Verſ. 54. *Eſt — me.* Si ego, inquit, magnifico me ipſum, videor vobis mentiri: eſt pater meus, qui magnificat me. Nam praedicto quoque capite ſimiliter dixit, Et qui miſit me pater, ipſe teſtimonium perhibuit de me. Primum autem viam praeſtruit his, quae dicturus eſt, ne gloriari

[1]) αὐτῷ, addit. A.

[2]) Hoc non excludit vocabulum ἀβραὰμ, quod vterque in textu habet, ſed vrget τὸ τοῦ πατρὸς ἡμῶν. Accu-

Verſ. 51. Ἀμὴν — αἰῶνα. Ζήτησον ἐν τῷ ἐνάτῳ κεφαλαίῳ, τὸ ἐάν τις[k]) φάγῃ ἐκ τέτου τᾶ ἄρτου, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ἀνάγνωθι τὴν ἐξήγησιν αὐτᾶ. νοήσεις γὰρ ἐκεῖθεν, περὶ ποίᾳ θανάτου λέγει νῦν. περὶ οὗ μὴ νοήσαντες ἐκεῖνοι, πάλιν ἀτιμάζεσιν αὐτόν. k) Io. 6, 51.

Verſ. 52. Εἶπον — ἔχεις. Νῦν μᾶλλον. εἶπον δὲ τέτο, ὡς ἐκείνου δῆθεν ποιοῦντος ἑαυτὸν μείζονα τᾶ θεᾶ.

Verſ. 52. Ἀβραὰμ — προφῆται. Οἱ τηρήσαντες τὸν λόγον τᾶ θεᾶ.

Verſ. 52. Καὶ — v. 53. ποιεῖς; Ἀκόλεθον μὲν ἦν[l]) εἰπεῖν, μὴ σὺ μείζων εἶ τᾶ θεᾶ; ἀλλ' ἃ λέγουσι τέτο, ἵνα μὴ, συγκρίναντες αὐτὸν τῷ θεῷ, δόξωσι μᾶλλον τιμᾶν αὐτόν. βάλλονται δὲ αὐτὸν ἐλάττονα καὶ τᾶ ἀβραὰμ ἀποφῆναι. καὶ ἐκ εἶπον τᾶ ἀβραὰμ,[2]) ἀλλὰ τοῦ πατρὸς ἡμῶν, κομπάζοντες πάλιν, καὶ τῇ συγγενείᾳ τᾶ ἀβραὰμ ἐπισεμνυνόμενοι. l) Io. 5, 31.

Verſ. 54. Ἀπεκρίθη — ἐστιν. Οὐδέν ἐστιν, ὡς ὑμεῖς ὑπολαμβάνετε. πρὸς τὴν ἐκείνων γὰρ ὑπόνοιαν τέτο εἶπεν, ἴσον λέγων τῷ, ἐὰν[l]) ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτᾶ, ἡ μαρτυρία μου ἐκ ἔστιν ἀληθής· ὅπερ κεῖται περὶ τὰ μέσα τᾶ ἑβδόμου κεφαλαίου· καὶ ἀνάγνωθι τὴν ἐξήγησιν αὐτᾶ. l) Io. 5, 31.

Verſ. 54. Ἔστιν — με. Ἐὰν ἐγὼ μεγαλύνω, φησὶν, ἐμαυτὸν, δοκῶ ὑμῖν ψεύδεσθαι· ἔστιν ὁ μεγαλύνων με, ὁ πατήρ μου. καὶ ἐν τῷ ῥηθέντι γὰρ κεφαλαίῳ ὁμοίως εἶπεν, ὅτι[m]) καὶ ὁ πέμψας με πατὴρ, αὐτὸς μεμαρτύρηκε περὶ ἐμᾶ. προθεραπεύει δὲ, ὃ μέλλει ἐρεῖν, ἵνα μὴ δόξῃ m) Io. 5, 37.

Accuratius dixiſſet, καὶ οὐχ ἁπλῶς εἶπον, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης.

gloriari videatur. Vult enim adſtruere, quod maior ſit, quam Abraham: nam hoc in praeſenti non dixit, propter ipſorum impudentiam.

Verſ. 54. *Quem* — v. 55. *eum.* Non cognouiſtis eum, vtpote operibus illum negantes. Dicit enim et Apoſtolus, Confitentur, ſe noſſe Deum, factis autem negant. Vel etiam eo, quod non agnoſcatis filium eius. Dictum eſt enim, Si me cognoſceretis, et patrem meum vtique cognoſceretis. Vel eo, quod non ſeruetis eius ſermonem: nam ſi cognoſceretis eum, ſermonem eius ſeruaretis.

Verſ. 55. *Ego autem noui eum.* Non ſolum, quum ex ipſo ſim, et eiusdem ſubſtantiae, naturae et ſcientiae, ſed etiam tanquam ſermonem eius ſeruans. Nam et ſuperius dixit, Eſt verax, qui miſit me, quem vos non noſtis: ego vero noui eum quia ab eo ſum.

Verſ 55. *Et — mendax.* Vos enim mentimini dicentes, Deum veſtrum eſſe, quum non cognoſcatis eum, vt praedictum eſt. Notitiam autem et cognitionem dicit, noſſe ſimpliciter, et cognoſcere, quod ſit Deus et pater, non ſcire Dei naturam. Nam ipſa non ſolum cognoſci nequit, verum etiam omnino inintelligibilis eſt et inacceſſibilis, nec tantum hominibus, ſed et coeleſtibus virtutibus.

Verſ. 55. *Sed — ſeruo.* Vides, quod Dei ſermonem ſeruare, ſignum ſit, quod quis Deum cognoſcat. Timeamus igitur, quod Dei praecepta non ſeruamus, tanquam cum eis conſtituti,

s) In contextu, illo in loco Codd. Euthymii habent vulgatum ἀληθινός. Sed Chryſoſt. refert ἀληθής. Tom. VIII. p. 294. 295. aliquoties.

δόξῃ κομπάζειν. βέλεται γὰρ κατασκευάσαι, ὅτι μείζων ἐστὶ τοῦ ἀβραάμ. φανερῶς γὰρ νῦν οὐκ εἶπε τοῦτο, διὰ τὴν ἀναισχυντίαν αὐτῶν.

Verſ. 54. Ὃν — v. 55. αὐτόν. Οὐκ ἐγνώκατε αὐτὸν, ὡς τοῖς ἔργοις ἀρνούμενοι αὐτόν. φησὶ γὰρ καὶ ὁ ἀπόστολος, ὅτι n) θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται. ἢ καὶ, ὡς μὴ ἐγνωκότες τὸν υἱὸν αὐτοῦ. προείρηκε γὰρ, ὅτι εἰ o) ἐμὲ ἤδειτε, καὶ τὸν πατέρα μου ἤδειτε ἄν. ἢ, ὡς μὴ τηροῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ. εἰ γὰρ ἤδειτε αὐτὸν, ἐτηρεῖτε ἂν τὸν λόγον αὐτοῦ.

n) Tit. 1, 16.

o) Io. 8, 19.

Verſ. 55. Ἐγὼ δὲ οἶδα αὐτόν. Οὐ μόνον, ὡς ἐξ αὐτοῦ, καὶ τῆς αὐτῆς ἐσίας καὶ Φύσεως καὶ γνώσεως ὢν, ἀλλὰ καὶ, ὡς τὸν λόγον αὐτοῦ τηρῶν. καὶ ὀπίσω δὲ εἶπεν, ὅτι p) ἐστὶν ἀληθὴς 3) ὁ πέμψας με, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε· ἐγὼ δὲ οἶδα αὐτὸν, ὅτι παρ' αὐτοῦ εἰμι.

p) Io. 7, 28.

Verſ. 55. Καὶ — ψεύστης. Ψεύδεσθε γὰρ ὑμεῖς, λέγοντες ὅτι 4) θεὸς ὑμῶν ἐστιν. ἐγὼ γὰρ ἐγνώκατε αὐτὸν, ὡς προείρηται. εἴδησιν δὲ καὶ γνῶσίν φησιν, τὸ εἰδέναι καὶ γινώσκειν ἁπλῶς, ὅτι ἐστὶ θεὸς καὶ πατὴρ, ἐ μὴν 5) τὴν τῆς Φύσεως τοῦ θεοῦ. αὕτη γὰρ οὐ μόνον ἄγνωστος, ἀλλὰ καὶ παντελῶς ἀνεννόητος καὶ ἀνεπιχείρητος, καὶ οὐ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ ταῖς οὐρανίαις δυνάμεσιν.

Verſ. 55. Ἀλλ' — τηρῶ. Ὁρᾷς, ὅτι τὸ, τὸν λόγον τοῦ θεοῦ τηρεῖν, σημεῖόν ἐστι τοῦ εἰδέναι αὐτόν. φοβηθῶμεν τοίνυν οἱ τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ μὴ φυλάττοντες, ὡς ταττόμενοι μετὰ τῶν ἀγνο-

4) ὁ, interponit A.

5) τὴν, abeſt. A. Refertur ad εἴδησιν καὶ γνῶσιν.

tuti, qui Deum ignorant. Deinde probat, quod maior sit, quam Abraham.

Vers. 56. *Abraham — meum.* Exultauit, siue concupiuit. Diem autem suum dicit, diem passionis.

Vers. 56. *Et vidit, et gauisus est.* Gauisus est propter salutem mundi. Praecognouit namque mysterium crucifixionis Christi. Desiderauit videre diem ipsius et vidit illum praefiguratum et adumbratum, in die, quo filium suum Isaac obtulit in holocaustum. Didicit enim, quod sicut ipse non pepercit filio suo dilecto propter Deum, ita neque Deus parciturus esset filio suo dilecto propter hominem. Et quemadmodum ille portauit ligna holocausti sui, ita et ipse portaturus esset lignum mortis suae. Veruntamen, sicut illo non passo suppositus est aries: ita et hoc manente impassibili, humanitas eius occisa est. Quod si diem eius videre desiderauit, vtique hoc erat, tanquam maioris.

Vers. 57. *Et — vidisti?* Putabant enim eum ferme esse quinquagenarium, propter multam eius peritiam et experientiam. Quaedam autem exemplaria habent, Quadraginta, quod videtur esse verius.

Vers. 58. *Dixit — sum.* Tanquam Deus. Et non dixit, Ego eram: sed, Ego sum, qui semper

6) Inclusa absunt. A.

7) Inclusa absunt. A. Ibidem legitur, *προδιατυπωθεῖσαν.*

8) Scilicet Chrysostomi, qui audacter ita correxit. Vide Tom. VIII. pag. 324. Chrysostomum sequitur vnus: ex Codicibus Mosquensibus N. Test. g. qui est cum scholiis. Origenes, qui Tom. XX. in Ioan-

ἀγνοούντων τὸν θεόν. εἶτα κατασκευάζει, καὶ ὅτι μείζων ἐστὶ τῦ ἀβραάμ.

Vers. 56. Ἀβραὰμ — ἐμήν. Ἠγαλλιάσατο, ἤγουν, ἐπεθύμησεν. [ἡμέραν [6]) δὲ αὐτῦ λέγει, τὴν τῦ σαυρῦ.

Vers. 56. Καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη. Ἐχάρη, διὰ τὴν σωτηρίαν τῦ κόσμου. προγνοὺς γὰρ τὸ μυστήριον τῆς σαυρώσεως τῦ χριστῦ. ἐπεθύμησεν] ἰδεῖν τὴν ἡμέραν αὐτῦ, καὶ εἶδεν αὐτὴν, [προσκιαγραφηθεῖσαν [7]) καὶ] διατυπωθεῖσαν ἐν τῇ ἡμέρᾳ, καθ' ἣν ἀνήνεγκε τὸν υἱὸν αὐτῦ τὸν ἰσαὰκ εἰς ὁλοκάρπωσιν. ἔμαθε γὰρ, ὅτι ὥσπερ αὐτὸς οὐκ ἐφείσατο τῦ υἱοῦ αὐτῦ τῦ ἀγαπητοῦ, διὰ τὸν θεόν· οὕτως ἐδὲ ὁ θεὸς φείσεται τῦ υἱοῦ αὐτῦ τῦ ἀγαπητοῦ, διὰ τὸν ἄνθρωπον. καὶ ὥσπερ οὗτος ἐβάστασε τὰ ξύλα τῆς ὁλοκαρπώσεως αὐτῦ· ἕτω κἀκεῖνος βαστάσει τὸ ξύλον τῦ θανάτου αὐτῦ. πλὴν καθάπερ τότε μέναντος ἀπαθοῦς, ὁ κριὸς ἐτύθη· ἕτω κἀκείνου μέλλοντος ἀπαθοῦς, τὸ ἀνθρώπινον αὐτῦ σφαγιασθήσεται. εἰ δὲ ἐπεθύμησεν ἰδεῖν τὴν ἡμέραν αὐτῦ, ὡς μείζονος πάντως.

Vers. 57. Καὶ — ἑώρακας; Ὠιοντο γὰρ αὐτὸν ἐγγὺς εἶναι πεντήκοντα ἐτῶν, διὰ τὴν πολυπειρίαν αὐτῦ. τινὰ δὲ τῶν [8]) ἀντιγράφων τεσσαράκοντα γράφουσιν, ὅπερ δοκεῖ ἀκριβέστερον.

Vers. 58. Εἶπεν — εἰμι. Ὡς θεός. καὶ οὐκ εἶπεν ἐγὼ ἦμην, ἀλλ' ἐγώ εἰμι, ὁ ἀεὶ ὤν. τῷ

Ioannem haec data opera interpretatur, hunc versum totum praetermisit. πεντήκοντα seruant Cyrill. T. IV. p. 585. C. Theophylact. p. 690. E. Seuerus in Catena Corderii p. 243, et Codices probatiores omnes.

per ſum. Fieri ſiquidem rei creatae eſt: Sum vero, increatae et creatae.

Verſ. 59. *Tulerunt — eum.* Veloces ad caedem. Exaſperati ſunt enim putantes iniuria affectum eſſe Abraham: ſimul etiam, vbi cognouiſſent, quod Dei aeternitatem ſibi vindicaret.

Verſ. 59. *Ieſus autem occultatus eſt.* Per diuinitatis potentiam inuiſibilis eis effectus.

Verſ. 59. *Et — templo.* Vt illorum ſederet furorem.

Verſ. 59. *Pertranſiens — illorum.* Quum illi eum videre non poſſent. Et quare non diſſoluit illorum virtutem, et manifeſte receſſit? Quia nec ſic crediturî erant. Etenim tempore paſſionis ſupinos illos deiecit, eorumque aſpectus obſcurauit, et non crediderunt. Nam anima reproba nihil eſt peius: licet enim ſigna videat ac prodigia, ſuam tamen ſemper retinet impudentiam.

Verſ. 59. *Et ita praeteribat.* Ambulabat ita, non apparens illis.

Cap. X. De caeco a natiuitate.

Cap. IX. v. 1. *Et — natiuitate.* Confirmando, quod dixerat, fidemque faciens, quod Deus eſſet, ſtatim venit ad miraculum maximum, et vſque ad id temporis nunquam factum. Siquidem et alii caeci viſum receperunt, verum qui a natiuitate caecus fuiſſet, nullus vsque ad id tempus. Ideo etiam, qui viſum recepit, dicebat, A ſeculo

*) Inclula abſunt. A. ἀτίσης, quomodo etiam Euſtathius ſcribit, qui cum κτίστης comparat, pro ſubſtantiuo accipio, non, vt interpres, pro adiectiuo.

*) Ita plerumque Chryſoſtomus oratorie laudat, Io. 18, 6. ἔπεσον χαμαί.

τὸ μὲν οὖν γενέσθαι, κτίσου· τὸ δὲ εἰμὶ, ἀκτίσου [καὶ [9]) κτίσου.]

Vers. 59. Ἦραν — αὐτόν. Οἱ ταχεῖς πρὸς φόνον. ἠγρίαναν γὰρ, δόξαντες ἰβριθῆναι τὸν ἀβραάμ. ἅμα δὲ καὶ γνόντες, ὅτι ἀϊδιότητα θεῷ περιτίθησιν ἑαυτῷ.

Vers. 59. Ἰησοῦς δὲ ἐκρύβη. Ἀόρατος αὐτοῖς κατέστη, τῇ ἐξουσίᾳ τῆς θεότητος.

Vers. 59. Καὶ — ἱεροῦ. Ἵνα καταπαλῇ ὁ θυμὸς αὐτῶν.

Vers. 59. Διελθὼν — αὐτῶν. Μὴ ἰσχυόντων ἰδεῖν αὐτόν. καὶ διατί ἐκ ἐξέλυσεν αὐτῶν τὴν δύναμιν καὶ φανερῶς ἀνεχώρησε; διότι οὐθ' ἕτως ἔμελλον πιστεύειν. καὶ γὰρ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ πάθους ὑπτίους [1]) αὐτοὺς ἔρριψε, καὶ τὰς ὄψεις αὐτῶν ἐσκότισε, καὶ ἐκ ἐπίστευσαν. οὐδὲν γὰρ χεῖρον ψυχῆς ἀπεγνωκυίας. κἂν γὰρ σημεῖα ἴδῃ, κἂν τέρατα, μένει τὴν αὐτὴν ἔχουσα πάλιν ἀναισχυντίαν.

Vers. 59. Καὶ παρῆγεν ἕτως. Ἐβάδιζεν οὕτως, μὴ φαινόμενος αὐτοῖς.

Κεφ. I. Περὶ τοῦ ἐκ γενετῆς τυφλοῦ.

Cap. IX. v. 1. Καὶ — γενετῆς.

Βεβαιῶν, ἃ εἶπε, καὶ πιστούμενος, ὅτι θεός ἐστιν, εὐθὺς ἔρχεται ἐπὶ θαῦμα μέγιστον, καὶ μήπω μέχρι τότε γενόμενον. τυφλοὶ μὲν γὰρ καὶ ἄλλοι ἀνέβλεψαν· τυφλὸς δὲ ἐκ [2]) γενετῆς οὐδεὶς ἄχρι τότε. διὸ καὶ ἀναβλέψας ἔλεγεν, ἐκ τοῦ [3]) αἰῶνος 9) Io. 9, 32.

[2]) γεννητῆς. A.

seculo non est auditum, quod aperuerit quispiam oculos caeci nati.

Vers. 2. *Et — nasceretur?* Interrogabant, non quod hoc aut illud omnino suspicarentur, quemadmodum insipientes Iudaei: nam hunc peccasse, antequam natus esset, impossibile erat: porro pro parentibus puniri iniustum: sed finis sermonis talis est. Paralyticus quidem propter peccata sua aegrotabat, sicut ibi didicimus: de hoc autem, quid dicis? quis peccauit, hic an parentes eius? nos enim neque hoc, neque illud dicere possumus, omnino conturbati consilioque destituti.

Vers. 3. *Respondit — eius.* Non omnino a peccatis hos dicit esse immunes, sed quantum ad id, vt caecus fieret, et illos et hunc sine peccato esse asserit.

Hinc itaque discimus, quod pro parentibus qui peccauerunt non puniuntur filii. Quanquam enim in libro Exodi de Deo scriptum est, Reddens peccata patrum in filios, in tertiam et quartam generationem: hoc tamen propter solos illos dictum est, qui ab Israëlitis progeniti, essent idolis immolaturi. Nam quia imitati fuerunt impietatem parentum suorum, qui in Aegypto idololatrae fuerant, merito supplicium illorum reddidit eis: siquidem quorum aequalia fuere delicta, horum aequalia quoque sunt supplicia. Postmodum vero legem statuens, ait per Mosen, Non morientur filii pro patribus, neque patres pro filiis. Et rursus per Iezeciel dicit, Quae vobis est parabola haec in terra Israël, vt dicatis, Patres comederunt vuam acerbam,

3) δὲ, abest. A.

οὐκ ἠκούθη, ὅτι ἤνοιξέ τις ὀφθαλμοὺς τυφλῶ γεγεννημένου.

Vers. 2. Καὶ — γεννηθῆ; Ἐρωτῶσιν, οὐχ ὡς τοῦτο πάντως ἢ ἐκεῖνο ὑπολαμβάνοντες, καθάπερ οἱ ἀνόητοι Ἰουδαῖοι. τὸ μὲν γὰρ ἁμαρτεῖν, πρὸ τῆ γεννηθῆναι, ἀδύνατον· τὸ δὲ ὑπὲρ τῶν γονέων κολάζεσθαι, ἄδικον· ἀλλ' ἔστιν ὁ σκοπὸς τοῦ λόγου τοιοῦτος. ὁ μὲν παράλυτος διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ ἠσθένει, καθὼς ἐκεῖ μεμαθήκαμεν. περὶ τούτου δὲ,[3]) τί λέγεις; τίς ἥμαρτεν; οὗτος ἢ οἱ γονεῖς αὐτοῦ; ἡμεῖς γὰρ ὅτε τοῦτο, ὅτε ἐκεῖνο δυνάμεθα λέγειν, παντελῶς ἐξαπορούμενοι.

Vers. 3. Ἀπεκρίθη — αὐτοῦ. Οὐ παντελῶς ἀναμαρτήτους αὐτοὺς φησιν, ἀλλ' ὅσον εἰς τὸ τυφλωθῆναι τοῦτον, ἀναμαρτήτους κἀκείνους καὶ τοῦτον.[4])

Ἐντεῦθεν λοιπὸν[5]) μανθάνομεν, ὅτι πατέρων ἁμαρτανόντων ἐκολάζοντο παῖδες. εἰ γὰρ καὶ ἐν τῆ ἐξόδω περὶ τοῦ θεοῦ γέγραπται· ὅτι[1]) ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, ἐπὶ τρίτην καὶ τετάρτην γενεάν· ἀλλὰ δι' ἐκείνους μόνους εἴρηται, τοὺς μέλλοντας ἐκ τῶν Ἰσραηλιτῶν εἰδωλολατρῆσαι. ἐπεὶ γὰρ ἐζήλωσαν τὴν ἀσέβειαν τῶν ἐν Αἰγύπτω εἰδωλολατρησάντων γονέων αὐτῶν, ἀπέδωκεν αὐτοῖς τὴν τιμωρίαν ἐκείνων εἰκότως. ὧν γὰρ ἴσα αἱ ἁμαρτίαι,[6]) τούτοις ἴσα πάντως καὶ αἱ κολάσεις. ὕστερον γὰρ νομοθετῶν διὰ Μωυσέως, φησίν· οὐκ[2]) ἀποθανοῦνται παῖδες ὑπὲρ πατέρων, οὐδὲ πατέρες ὑπὲρ παίδων· καὶ διὰ Ἰεζεκιὴλ πάλιν λέγει· τί ὑμῖν[3]) ἡ παραβολὴ αὕτη, λεγόντων, οἱ πατέρες ἔφαγον ὄμφακα, καὶ οἱ

1) Exod. 20, 5.

2) Deut. 24, 16.

3) Ezech. 18, 2. 3. 4.

4) Credo addendum esse λέγει, aut ἀποφαίνει, aut tale quid.

5) μανθάνωμεν. A.

6) τοῦτων. A.

acerbam, et dentes filiorum obſtupuerunt? Viuo ego, dicit dominus, ſi erit deinceps parabola haec, ſed eorum qui comederint vuam acerbam dentes obſtupeſcent.

Verſ. 3. *Sed — ipſo.* Opera Dei vocat formationem oculorum caeci de puluere. Quia enim in confeſſo erat opus fuiſſe Dei, formationem corporis Adam de puluere: hic etiam oculos caeci, pulcherrimam corporis partem, format de puluere: vt hinc indubie Deus appareat, vtpote aeque potens, vt Deus: nam qui pulcherrimam partem ita formauit, poſſet et totum formaſſe.

Aut opera Dei dicit occultam diuinitatis ſuae potentiam, quae tunc magis apparuit. Quid ergo? niſi hic damno affectus fuiſſet, non poterant aliter manifeſtari Dei opera? Poterant quidem, ſed neque hic damno affectus eſt, imo potius beneficium accepit: per caecitatem oculorum corporis, aptos habens animae oculos. Nam quae illorum eſt vtilitas, ſi hi clauſi ſint? Licitum itaque fuit creatori caecum hunc creare, non puniendo, ſed diſpenſatorio modo, vt opera Dei manifeſtarentur, et hic ex eo apertos haberet animae oculos.

Quidam vero dictionem Vt, non cauſalem eſſe dicunt, ſed eius, quod futurum erat ſignificatiuam, puta, quod opera Dei manifeſtanda erant in ipſo. Et ſimile eſſe aiunt, quod dicitur, In iudicium ego in mundum veni, vt qui non vident videant, et qui vident caeci fiant: aiunt enim ſignificare, quod qui non vident videbunt, et qui vident excaecabuntur: ſiquidem non propterea venit, vt qui vident caeci fiant. Praeterea et Paulus dicit, Lex ſubintroiuit, vt abundaret delictum: neque enim

7) Ita etiam laudat Chryſoſt. Tom. VIII. p. 327. B.
8) *Φανῇ.* A.

ὀδόντες τῶν τέκνων [7]) ὠμοδίασαν. ζῶ ἐγὼ, λέγει κύριος, εἰ ἔσαι ἡ παραβολὴ αὕτη· ἀλλὰ τῶν φαγόντων τὸν ὄμφακα ὠμοδιάσουσιν οἱ ὀδόντες.

Vers. 3. Ἀλλ' — αὐτῷ. Ἔργα τοῦ θεῦ λέγει, τὴν ἀπὸ χοὸς πλάσιν τῶν ὀφθαλμῶν τῦ τυφλοῦ. ἐπεὶ γὰρ ὁμολογούμενον ἔργον θεοῦ ἦν ἡ ἀπὸ χοὸς πλάσις τῦ σώματος τῦ ἀδὰμ, ἀπὸ χοὸς καὶ αὐτὸς πλάττει τοὺς ὀφθαλμοὺς τῦ τυφλοῦ, τὸ κάλλιστον μέρος τῦ σώματος, ἵνα ἐντεῦθεν φανείη [8]) θεὸς ἀναμφιβόλως, οἷα τὰ ἴσα τῷ θεῷ δυνάμενος. ὁ γὰρ τὸ κάλλιστον μέρος ἔτω πλάσας, δυνατὸς καὶ τὸ ὅλον πλάσαι.

Ἢ ἔργα τῦ θεῦ φησι, τὴν κεκρυμμένην δύναμιν τῆς θεότητος αὐτῦ, ἥτις τότε μᾶλλον ἐφάνη. τί οὖν, εἰ μὴ ἐκολάθη οὗτος, οὐκ ἐνῆν ἑτέρως φανερωθῆναι τὰ ἔργα τῦ θεῦ; ἐνῆν [9]) μὲν, ἀλλ' οὐδὲ οὗτος ἐκολάθη, μᾶλλον μὲν οὖν εὐηργετήθη, διὰ τῆς πηρώσεως τῶν τῦ σώματος ὀφθαλμῶν, ἀναβλέψας τοὺς τῆς ψυχῆς. τί γὰρ ὄφελος ἐκείνων, ὅταν οὗτοι μὴ βλέπωσιν; ἐξῆν οὖν τῷ κτίσῃ τυφλὸν αὐτὸν κτίσαι, οὐ κολαστικῶς, ἀλλ' οἰκονομικῶς, ἵνα τε τὰ ἔργα τῦ θεῦ φανερωθῇ, καὶ αὐτὸς ἐντεῦθεν ἀναβλέψῃ τὴν ψυχήν.

Τινὲς δὲ τὸ ἵνα, οὐκ αἰτιολογικὸν λέγουσιν ἐνταῦθα, ἀλλὰ δηλωτικὸν τῦ μέλλοντος, ὅτι φανερωθήσονται τὰ ἔργα τῦ θεῦ ἐν αὐτῷ, τοιοῦτον [1]) δὲ εἶναι καὶ τὸ· εἰς κρίμα [2]) ἐγὼ εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἦλθον, ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέπωσι, καὶ οἱ βλέποντες [τυφλοὶ [3]) γένωνται. σημαίνει γὰρ, ὅτι οἱ μὴ βλέποντες βλέψουσι, καὶ οἱ βλέποντες] τυφλωθήσονται. οὐ γὰρ διὰ τῦτο ἦλθεν, ἵνα οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται. καὶ ὁ παῦλος δέ φησιν· νόμος [x]) παρεισῆλθεν, ἵνα πλε- x) Rom. 5, 20.

v) Io. 9, 39.

9) ἐνῆν μέν. absunt. A.
1) τῦτον δέ. B.
2) Inclusa exciderunt. A.

enim propter hoc subintroiuit, sed ait quod subsequutum est, vt abundaret delictum, et multa huiusmodi. Siquidem et hoc scripturae idioma est, loquendique proprietas.

Vers 4. *Me — me.* Me oportet operari opera, quae me patris esse filium ostendant, et aequalem Deo: me oportet manifestare me ipsum, quod hominum sim amator, vt homines per huiusmodi opera ad fidem, quae in me est, attracti, non pereant: quandoquidem enim carnem assumsi, impossibile est eos aliter saluos fieri, nisi per fidem, qua in me credant.

Vers. 4. *Donec dies est.* Donec praesens durat seculum, donec vita haec consistit, donec hominibus operari conceditur.

Vers. 4. *Venit — operari.* Venit futurum retributionis seculum. Quod autem operationem dicat hic, qua in ipsum crederetur, ex eo manifestum est, quod superius dixerit, Hoc est opus Dei, vt credatis in eum, quem ille misit:

Christus namque praesens seculum vocauit diem, eo quod operationi aptum est: futurum vero noctem, quia in eo non fient opera. Paulus autem ediuerso, Noctem dixit praesens seculum propter errorem et ignorantiam ac tenebras perturbationum animi: diem vero, futurum, eo quod nihil horum habebit. Ait enim, Nox praecessit, dies autem appropinquauit.

Vers 5. *Quamdiu — mundi.* Et eos, qui obtenebrati sunt, oportet illuminari per fidem, priusquam a mundo transeam. Decimo quinto autem

3) Inclusa exciderunt. A.
4) τῦ πέμψαντός με, addit. A.
5) τὸ ἔργον. A.

ονάσῃ τὸ παράπτωμα. [δ[3]) γὰρ διὰ τοῦτο παρεισῆλθεν, ἀλλ' ὅτι μέλλει πλεονάσαι τὸ παράπτωμα.] καὶ πολλὰ τοιαῦτα. ἰδίωμα γὰρ καὶ τοῦτο τῆς γραφῆς.

Vers. 4. Ἐμὲ — με. Ἐμὲ δεῖ ἐργάζεσθαι τὰ ἔργα,[4]) τὰ δεικνύοντά με υἱὸν τοῦ πατρὸς, καὶ ἴσον τῷ θεῷ. ἐμὲ χρὴ φανερὸν ἑαυτὸν, ὡς φιλάνθρωπον, ἵνα διὰ τῶν τοιούτων ἔργων χειραγωγούμενοι πρὸς τὴν εἰς ἐμὲ πίστιν οἱ ἄνθρωποι, μὴ ἀπόλωνται. ἐμοῦ γὰρ ἐνανθρωπήσαντος, ἀδύνατον σωθῆναί τινα ἑτέρως, εἰ μὴ διὰ τῆς εἰς ἐμὲ πίστεως.

Vers. 4. Ἕως ἡμέρα ἐστίν. Ἕως ὁ παρὼν αἰών ἐστιν, ἕως ὁ βίος οὗτος συνέστηκεν, ἕως ἔξεστι τοῖς ἀνθρώποις ἐργάζεσθαι.

Vers. 4. Ἔρχεται — ἐργάζεσθαι. Ἔρχεται ὁ μέλλων αἰών, ὅτε οὐδεὶς δύναται ἐργάζεσθαι τὸ πιστεύειν εἰς ἐμέ. ἐργασίας γὰρ ὁ παρὼν καιρός. ὁ δὲ μέλλων ἀνταποδόσεως. ὅτι δὲ ἐργασίαν ἐνταῦθα, τὴν τοῦ πιστεύειν, λέγει, δῆλον ἀπὸ τοῦ εἰπεῖν ὀπίσω· ὅτι[y]) τοῦτό ἐστι τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ, ἵνα πιστεύσητε εἰς ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος. y) Io. 6, 29.

Ὁ μὲν οὖν χριστὸς ἡμέραν μὲν ἐκάλεσε, τὸν παρόντα αἰῶνα, διὰ τὸ[5]) ἐνεργόν· νύκτα δὲ, τὸν μέλλοντα, διὰ[6]) τὸ ἀεργόν. ὁ δὲ παῦλος τἀναντίον, νύκτα μὲν, τὸν παρόντα αἰῶνα, διὰ τὴν πλάνην καὶ τὴν ἄγνοιαν καὶ τὸ σκότος τῶν παθῶν· ἡμέραν δὲ, τὸν μέλλοντα, διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν τούτων· φησὶ γὰρ, ἡ νὺξ[z]) προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν. z) Rom. 13, 12.

Vers. 5. Ὅταν — κόσμου. Καὶ χρὴ τοὺς ἐσκοτισμένους φωτίζεσθαι διὰ πίστεως, πρὸ τοῦ μεταβῆναί με ἀπὸ τοῦ κόσμου. καὶ ἐν τῷ πεν-

[6]) διὰ τὴν ἀνταπόδοσιν. ὁ δέ. A.

autem capite latius de hoc loquitur. Quid ergo, quum in coelo est, non est lux mundi? Est vtique, sed nunc de conuersatione sua in terra dicit, simul et ad fidem adhortans, et propinquam esse mortem suam significans.

Vers. 6. *His dictis — caeci.* Quare solum puluerem sumtum non illeuit? Quia solus puluis sine aliquo humore non linitur. Et quam ob causam sputo et non aqua lutum fecit? vt sputo adscriberetur miraculum.

Vers. 7. *Et — Silohe.* Lauari iubet, ostendens, quod nulla sit pulueris necessitas: sed eo vsus est solum, vt ostendat se esse, qui ab initio corpus Adam de puluere formauit. Mittit autem eum ad piscinam Silohe, quae longe distabat, vt appareret fides ac promta caeci obedientia: neque enim vlla erat apparentia, quod piscina illum esset curatura.

Vers. 7. *Quod — missus.* Quod vocabulum Silohe videlicet, quod est Hebraicum, interpretatione sonat Missus: ideo, vt opinor, quod tunc caecus illo fuerit missus: praesignabat namquae piscinae appellatio id, quod futurum erat.

Vers. 7. *Abiit — videns.* Abiit nihil haesitans, sed confestim obediens. Atqui verisimiliter dicere poterat. Quid hoc sibi vult? non potuit me curare? num fortassis illudit me, frustraque mittit? nam frequenter ibi lotus, nihil accepi vtilitatis. Item et aliter. Si futurum est, vt lutum me sanet, quid opus est, vt in dicta piscina lauer?

7) τῇ, abest. A.
8) ἐπιτραφῇ. B.
9) τινός. A.

πεκαιδεκάτῳ δὲ κεφαλαίῳ πλατύτερον περὶ τούτου λέγει, τί ἦν, ἐν τῷ ἐρανῷ ὢν, ἐκ ἔσι φῶς τῦ κόσμου; ἔστιν. ἀλλὰ νῦν περὶ τῆς ἐν τῇ[7]) γῇ διατριβῆς αὐτῦ φησιν, ἅμα μὲν προτρεπόμενος εἰς πίστιν, ἅμα δὲ τὸν ὅσον ἔπω θάνατον αὐτοῦ παραδηλῶν.

Verſ. 6. Ταῦτα εἰπὼν — τυφλῦ. Διατί μὴ χοῦν μόνον λαβὼν ἐπέχρισε; διότι ὁ χοῦς ἄνευ ὑγρῦ τινὸς ἐκ ἐπιχρίεται. καὶ διατί οὐχ ὕδατι, ἀλλὰ πτύσματι πηλὸν ἐποίησεν; ἵνα τῷ πτύσματι ἐπιγραφῇ[8]) τὸ θαῦμα.

Verſ. 7. Καὶ — σιλωάμ. Νίψαθαι μὲν κελεύει, δεικνὺς, ὅτι οὐ χρείαν εἶχε τῦ χοός· ἀλλ' ἐχρήσατο τούτῳ πρὸς τὸ διδάξαι μόνον, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ κατ' ἀρχὰς ἐκ χοὸς πλάσας τὸ σῶμα τῦ ἀδάμ. ἀποστέλλει δὲ αὐτὸν εἰς τὴν κολυμβήθραν τῦ σιλωάμ, πόρρω ὄσαν, ἵνα φανῇ ἡ πίστις καὶ εὐπείθεια τῦ τυφλῦ. ἐδὲ γὰρ ὑποψία τις ἦν, ὅτι ἡ κολυμβήθρα θεραπεύσει αὐτόν. πολλῶν γὰρ καθεκάστην ἐκεῖ καὶ νιπτομένων καὶ λουομένων, οὐδεὶς εὑρέ ποτε νόσε[9]) τινὸς ἀπαλλαγήν.

Verſ. 7. [d]Ὁ — ἀπεσταλμένος. [d]Ὅπερ ονομα, τὸ σιλωὰμ δηλονότι, ἑβραϊκὸν ὄν, ἑρμηνεύεται ἀπεσταλμένος. οἶμαι διὰ τὸν ἀπεσταλμένον ἐκεῖ τότε τυφλόν. προεδήλε γὰρ ἡ τῆς κολυμβήθρας κλῆσις τὸ μέλλον.

Verſ. 7. Ἀπῆλθεν — βλέπων. Ἀπῆλθε, μὴ διακριθεὶς ὅλως, ἀλλ' εὐθέως ὑπακούσας, καίτοι εἰκὸς ἦν εἰπεῖν, τί τῦτο βέλεται, οὐκ ἠδύνατο αὐτὸς θεραπεῦσαι; μήποτε πλανᾷ με, καὶ μάτην πέμπει. πολλάκις γὰρ ἐκεῖ νιψάμενος, ἐδὲν ὠφελήθην. καὶ ἑτέρως δὲ, εἰ ὁ πηλὸς θεραπεύσει, τίς ἡ χρεία τῦ νίψασθαι εἰς τὴν εἰρη-

lauer? si vero illa me curatura est, quae fuit luti necessitas? Sed nihil huiusmodi aut dixit, aut cogitauit: sed simpliciter credens, quod ea, quae ad salutem suam conuenirent, et fecisset et iussisset, obediuit et abiit, et per talem fidem non est sua spe frustratus.

Vers. 8. *Vicini itaque* — v. 11. *visum recepi.* Quid ais? Homo talia facere potest? nondum enim cognoscebat eum etiam esse Deum. Non dixit autem, Exspuit in terram: nam tunc non viderat, sed, Lutum fecit et inunxit oculos meos: hoc namque sensu ac sensu tactus cognouerat.

Sed vnde didicit, quod Iesus diceretur? Interrogauit proculdubio eos, qui tunc praesentes erant, Verisimile enim est, quod etiam prius de miraculis illius audierit, ideo etiam incunctanter illi paruit, vt dictum est.

Vers. 12. *Dixerunt — illi?* Nam requirebant illum, qui insaniam ipsorum aufugerat: et quasi solum id audissent, inuestigant eum.

Vers. 12. *Ait, Nescio.* Nam quum inunxisset, et ad piscinam abire iussisset, continuo discesserat, fugiens plausum de miraculo.

Vers. 13. *Adducunt* — v. 14. *oculos.* Quum illum non inuenirent, hunc adducunt, vt demonstrent, quod Sabbathum soluerit.

Vers. 15. *Rursum — video.* Non interrogauerunt, Quomodo visum recepisti, sed quomodo

[1]) ποτέ, A.

[2]) Chrysostomus, vt solet, versum 15 et 26. confudit. Vide Tom. VIII. p. 334. A. Hunc ergo sequitur Euthymius et Theophylactus, etiam in interpretatione p. 697. C. Similis confusio est infra 17, 7, 8. et in locis centum aliis. Sed altero loco

εἰρημένην κολυμβήθραν; εἰ δὲ ἐκείνη θεραπεύσει, τίς ἡ χρεία τῦ πηλοῦ; ἀλλ' οὐδὲν τοιῦτον ἢ εἶπεν, ἢ ἐλογίσατο. ἁπλῶς δὲ πιστεύσας, ὅτι τὰ πρὸς ἴασιν αὐτῦ καὶ πεποίηκε καὶ προσέταξεν, ἐπείθη καὶ ἀπῆλθε, καὶ τῆς τοιαύτης πίστεως οὐ διήμαρτεν.

Vers. 8. Οἱ οὖν γείτονες — v. 11. ἀνέβλεψα. Τί λέγεις; ἄνθρωπος τοιαῦτα δύναται; οὔπω γὰρ ἐγίνωσκεν αὐτὸν, καὶ θεόν. οὐκ εἶπε δὲ, ὅτι ἔπτυσε χαμαί. οὐχ ἑώρα γὰρ τότε, ἀλλ' ὅτι πηλὸν ἐποίησε, καὶ ἐπέχρισέ μου τοὺς ὀφθαλμούς. ἤθετο γὰρ καὶ ἔγνω τοῦτο ἐκ τῆς ἁφῆς.

Ἀλλὰ πόθεν ἔμαθεν, ὅτι Ἰησοῦς λέγεται; ἠρώτησε τότε[1]) πάντως τοὺς παρόντας. εἰκὸς γὰρ καὶ πρότερον ἀκούειν περὶ τῶν θαυμάτων αὐτῦ. διὸ καὶ ἀπεριέργως ὑπήκουσεν αὐτῦ, καθὼς εἴρηται.

Vers. 12. Εἶπον — ἐκεῖνος; Ἐζήτουν γὰρ αὐτὸν, διαφυγόντα τὴν μανίαν αὐτῶν, καὶ ὡς μόνον ἤκουσαν, ἐχνηλατοῦσιν αὐτόν.

Vers. 12. Λέγει· οὐκ οἶδα. Ἐπιχείσας γὰρ καὶ ἐντειλάμενος ἀπελθεῖν εἰς τὴν κολυμβήθραν, ἀνεχώρησεν αὐτίκα, φεύγων τὸν ἀπὸ τοῦ θαύματος κρότον.

Vers. 13. Ἄγουσιν — v. 14. ὀφθαλμούς. Μὴ εὑρόντες ἐκεῖνον, ἄγουσι τοῦτον εἰς ἀπόδειξιν τῆς λύσεως τῦ σαββάτου.

Vers. 15. Πάλιν — βλέπω. Οὐκ ἠρώτησαν, πῶς[2]) ἀνέβλεψας, ἀλλὰ πῶς ἀνέῳξέ σου

loco Codices etiam fingit et confuse eos laudat. Multoties, cum interpretes, Origenes, Chrysostomus et alii dicunt, Euangelista aut Apostolus *non hoc*

modo aperuit oculos tuos? dantes occasionem calumniandi eum de opere prohibito, scilicet in sabbatho: ipse vero quasi ad eos loquens, qui iam audiuerant, sermonem abbreuiat.

Vers. 16. *Dicebant — obseruat.* Non est a Deo, missus videlicet, vel non est ex Deo.

Vers. 16. *Alii — eos.* Nam qui ex Deo non est, ex diabolo est, et omnino peccator est. Dissensio itaque et tunc, et prius facta est: siquidem, Non veni, inquit, vt mittam pacem in terram, sed gladium. Sed non perseuerauit. Rursum enim vniti sunt instantibus pharisaeis.

Vers. 17. *Aiunt — oculos?* Hoc aiunt non illi, qui dixerant, Non est a Deo, sed qui ab his diuisi erant: ne enim illi patrocinari viderentur, eum, qui virtutis eius experimentum sumserat, constituunt ambiguitatis iudicem.

Vers. 17. *At — est.* Prophetas vocabant diuinos viros. Aperte ergo dicit, quod a Deo esset, nec iram timuit dicentium, quod non esset a Deo. Firmus enim erat, et veritatis amator, ac aequus homo.

Vers. 18. *Non — visum recepisset.* Qui dixerant, Non est a Deo. Sed o insensati, si non ita est, quod cum caecus esset visum recepit, quomodo Christum calumniamini, quod illum sabbatho sanauerit?

Vers. 18. *Donec — v. 19. natus est?* Vide malitiam, rigide interrogant, putantes illos exterrere: vt dum hi negassent, tenebris offunderetur

hoc, sed illud dixit: non *illud*, sed *hoc* probandum est. Id etiam hoc loco fecerunt Euthymius et Theophylactus. Vterque enim in contextu vulgatam seruat lectionem.

σε τὸς ὀφθαλμὸς; διδόντες ἀφορμὴν τῦ διαβαλεῖν αὐτὸν ἐπὶ ἐργασίᾳ κεκωλυμένῃ δῆθεν ἐν τῷ σαββάτῳ. ὁ δὲ, ὡς πρὸς ἀκηκοότας ἤδη τὰ κατ' αὐτὸν λέγων, ἐπιτέμνει τὸν λόγον.

Vers. 16. Ἔλεγον — τηρεῖ. Οὐκ ἔστι παρὰ θεῦ, ἀπεσαλμένος δηλονότι, ἢ οὐκ ἔστιν ἐκ θεοῦ.

Vers. 16. Ἄλλοι — αὐτοῖς. Ὁ γὰρ μὴ ὢν ἐκ τῦ θεῦ, ἐκ τῦ διαβόλου ἐστὶ, καὶ πάντως ἁμαρτωλός ἐστι. σχίσμα μὲν οὖν καὶ τότε καὶ πρότερον ἐγένετο[a]) ἐκ ἦλθον, γάρ φησι, βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τὴν γῆν, ἀλλὰ μάχαιραν· ἀλλ' οὐκ ἐπέμεινεν.[3]) ἠνώθησαν γὰρ αὖθις, ἐπικειμένων τῶν ἀρχόντων. a) Matt. 10, 34.

Vers. 17. Λέγουσι — ὀφθαλμούς; Λέγουσι τῦτο, οὐχ οἱ εἰπόντες, ὅτι οὐκ ἔστι παρὰ θεῦ, ἀλλ' οἱ σχισθέντες ἀπ' αὐτῶν. ἵνα γὰρ μὴ δόξωσι συνηγορεῖν αὐτῷ, τὸν λαβόντα πεῖραν τῆς δυνάμεως αὐτῦ ποιοῦνται κριτὴν τῆς ἀμφιβολίας.

Vers. 17. Ὁ — ἐστί. Προφήτας ἐκάλουν, τοὺς θείους ἄνδρας. ἄντικρυς οὖν φησιν, ὅτι παρὰ θεῦ ἐστί, καὶ οὐκ ἐφοβήθη τὸν θυμὸν τῶν λεγόντων, ὅτι οὐκ ἔστι παρὰ θεῦ. σεβὸς γὰρ ἦν καὶ φιλαλήθης καὶ εὐγνώμων.

Vers. 18. Οὐκ — ἀνέβλεψεν. Οἱ εἰπόντες, ὅτι οὐκ ἔστι παρὰ θεῦ. ἀλλ', ὦ ἀνόητοι! εἰ οὐχὶ τυφλὸς ὢν ἀνέβλεψε, πῶς διαβάλλετε τὸν χριστὸν, ὡς ἐν σαββάτῳ ἰασάμενον αὐτόν;

Vers. 18. Ἕως — v. 19. ἐγεννήθη; Ὁρᾶ πονηρίαν. αὐτηρῶς ἐρωτῶσι, προσδοκῶντες ἐκφοβεῖν αὐτοὺς, ἵνα τέτων ἀρνησαμένων, ἐπισκια-

θῇ

3) τὸ σχίσμα.

tur miraculum: et aiunt: De quo vos dicitis, quod caecus natus est? mentientes videlicet et dolose simulantes, vt ipsi Iesu gloriam quaeratis.

Vers. 19. *Quomodo — videt?* Si caecus natus est.

Vers. 20. *Responderunt* — v. 21. *nescimus.* Quum de tribus interrogati fuissent: vtrum hic esset filius eorum, vtrum caecus natus esset, et quomodo nunc videret: de duobus confitentur: quomodo autem nunc videat, ignorare se dicunt, timentes Iudaeos, sicut in progressu manifestabitur.

Vers. 21. *Ipse — loquetur.* Sese extra periculum constituentes, ad eum qui curatus erat interrogationem remittunt, vt qui in eiusmodi quaestione fide dignior eis esset.

Vers. 22. *Haec — extra synagogam eiiceretur.* Conspirauerant, pactum fecerant.

Vers. 23. *Propter — interrogate.* Rursus idem dicit, perstringens illos tanquam timidos, et qui ignorare se simulauerant, ne extra synagogam, siue congregationem eiicerentur: filio autem totius certaminis onus imposuerant.

Vers. 24. *Vocauerunt — Deo.* Glorifica Deum, vtpote ab eo sanatus, et non a Iesu.

Vers. 24. *Nos — est.* Absente illo hoc dicitis scelesti: nam quum ille praesens esset, et vos paulo ante interrogaret, Quis ex vobis arguit me de peccato, ne mutire quidem potuistis, ora a veritate obturata habentes.

Vers. 25.

4) Intellige, ὁ εὐαγγελιστής.
5) τοὺς γονεῖς τοῦ ποτε τυφλοῦ.

θῇ τὸ θαῦμα. καὶ φασιν, ὃν ὑμεῖς λέγετε, ὅτι τυφλὸς ἐγεννήθη, ψευδόμενοι, δηλαδὴ, καὶ κακουργοῦντες, καὶ τῷ ἰησοῦ δόξαν περιποιούμενοι.

Vers. 19. Πῶς — βλέπει; Εἰ τυφλὸς ἐγεννήθη.

Vers. 20. Ἀπεκρίθησαν — v. 21. οὐκ οἴδαμεν. Τρία ἐρωτηθέντες, εἰ οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς αὐτῶν, εἰ τυφλὸς ἐγεννήθη, καὶ πῶς ἄρτι βλέπει· τὰ μὲν δύο ὁμολογοῦσι· πῶς δὲ ἄρτι βλέπει, ἀγνοεῖν λέγουσι, φοβούμενοι τοὺς ἰουδαίους, ὡς ἐξῆς δηλωθήσεται.

Vers. 21. Αὐτὸς — λαλήσει. Ἔξω κινδύνου καθιστῶντες ἑαυτοὺς, ἐπὶ τὸν τεθεραπευμένον παραπέμπουσι τὴν ἐρώτησιν, ὡς ἀξιοπιστότερον αὐτῶν ἐν τῷ τοιούτῳ ζητήματι.

Vers. 22. Ταῦτα — ἀποσυνάγωγος γένηται. Συνετέθειντο, ἤτοι, συνεφώνησαν. ἀποσυνάγωγος δὲ, ὁ ἐκβεβλημένος τῆς συναγωγῆς.

Vers. 23. Διὰ — ἐρωτήσατε. Τὸ αὐτὸ πάλιν λέγει,[4]) διασύρων αὐτοὺς,[5]) ὡς δειλοὺς, καὶ διὰ τὸ μὴ ἀποσυναγώγους γενέσθαι προσποιουμένους μὲν ἀγνοεῖν, τῷ υἱῷ δὲ τὸν ἀγῶνα ὅλον ἐπιφορτίζοντας.

Vers. 24. Ἐφώνησαν — θεῷ. Δόξασον τὸν θεὸν, ὡς παρ' αὐτοῦ ἰαθεὶς, καὶ μὴ παρὰ τοῦ ἰησοῦ.

Vers. 24. Ἡμεῖς — ἐστιν. Ἀπόντος τοῦτο λέγετε μιαροί. παρόντος γὰρ, καὶ ἐρωτήσαντος ὑμᾶς ἔναγχος· τίς b) ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας· οὐκ ἠδυνήθητε δὲ γρύξαι μόνον, ἐμφραγέντων ὑμῖν[6]) τῶν στομάτων ὑπὸ τῆς ἀληθείας. Vers. 25.

b) Io. 8, 46.

[6]) ὑμῶν. A.

Vers. 25. *Respondit — video.* Non dixit dubitando, An peccator sit nescio, sed nugas huiusmodi more dubitantis repellens. Nam in progressu manifestius hoc ostendit dicens, Scimus, quod peccatores deus non audiat.

Vers. 26. *Dixerunt — oculos?* Quum ab omni parte repulsi essent, nec quicquam eorum, quae voluerant, effecissent: rursum ad primum quaesitum reuertuntur: ideo etiam is, qui curatus fuerat arguens illos, non iam timide, sed liberius loquendo respondet.

Vers. 27. *Respondit — audistis.* Nec credidistis.

Vers. 27. *Quid — audire?* Quam ob causam rursus audire quaeritis?

Vers 27. *Num — fieri?* Dicens, Num et vos, ostendit, quod ipse paulo ante factus esset, et confidenter id fatebatur, non metuens illorum insaniam: adeo fortis est veritas, vt eos libertate repleat, qui ipsam elegerint: mendacium vero adeo imbecille, vt eos quoque, qui fortes sunt, reddat timidos.

Vers. 28. *Conuitiati — discipuli.* Neque Mosis: nam si Mosis essetis, vtique et Christi essetis. Si crederetis, inquit, Mosi, crederetis vtique mihi.

Vers. 29. *Nos — sit.* Vnde missus sit. Atqui variis in locis docuit vos, qui sint ferentes de se testimonium: puta Iohannes, opera quae facit, et pater qui et Deus. At certe de Mose auditis, non autem videtis: huius vero opera non

auditis

Vers. 25. Ἀπεκρίθη — βλέπω. Τὸ, εἰ ἁμαρτωλός ἐστιν, οὐκ οἶδα, ἀ διςάζων εἶπεν, ἀλλ' ἐν σχήματι διςάζοντος, παραπεμπόμενος τὸν τοιοῦτον Φλήναφον. προϊὼν γὰρ φανερώτερον ἀποφαίνεται λέγων· οἴδαμεν c) δὲ, ὅτι ἁμαρτω- c) Io. 9, 31.
λῶν ὁ θεὸς οὐκ ἀκέει.

Vers. 26. Εἶπον — ὀφθαλμούς; Πανταχόθεν ἀποκρουθέντες, καὶ μηδὲν, ὧν ἐβάλοντο, δυνηθέντες ἀνύσαι, πάλιν ἐπὶ τὸ πρότερον ἐρώτημα τρέφονται. διὸ καὶ καταγνοὺς αὐτῶν ὁ τεθεραπευμένος, οὐκ ἔτι μεθ' ὑποζολῆς, ἀλλὰ παῤῥησιαςικώτερον ἀποκρίνεται.

Vers. 27. Ἀπεκρίθη — ἠκούσατε. Οὐκ ἐπιςεύσατε.

Vers. 27. Τί — ἀκέειν; Τίνος ἕνεκεν πάλιν ζητεῖτε ἀκούειν.

Vers. 27. Μὴ — γενέσθαι; Εἰπὼν, ὅτι μὴ καὶ ὑμεῖς, ἔδειξεν, ὅτι αὐτὸς τέως ἐςὶ, καὶ θαῤῥαλέως ὡμολόγησε, μὴ δειλιάσας τὴν μανίαν αὐτῶν. ἔτως ἰσχυρὸν ἡ ἀλήθεια, παῤῥησίας ἐμπιπλῶσα τοὺς ἑλομένους αὐτήν, καὶ ἐκ τῶν ἀπερῥιμμένων εἶεν· τὸ δὲ ψεῦδος τἐναντίον ἀθενὲς, δειλοὺς ἀπεργαζόμενον καὶ τοὺς ἰσχυροὺς.

Vers. 28. Ἐλοιδόρησαν — μαθηταί. Οὐδὲ τῦ μωϋσέως. εἰ γὰρ τῦ μωϋσέως ἦτε, καὶ τῦ χριςῦ ἂν ἦτε. εἰ γὰρ d) ἐπιςεύετέ, φησι, μωϋ- d) Io. 5, 46.
σεῖ, ἐπιςεύετε ἂν ἐμοί.

Vers. 29. Ἡμεῖς — ἐςί. Πόθεν ἀπέςαλη. καὶ μὴν διαφόρως ἐδίδαξεν ὑμᾶς, τίνες μαρτυρῶσι περὶ αὐτῦ, ὅτι ὁ ἰωάννης, ὅτι τὰ ἔργα, ἃ ποιεῖ, ὅτι ὁ πατὴρ καὶ θεός· ἀλλὰ περὶ μωϋσέως μὲν, ἀκούετε, ἃ μὴν βλέπετε· τὰ

auditis solum, verum etiam videtis, et nostis, quod oculi sint auribus fide digniores.

Vers. 30. *Respondit — oculos.* Quod quum vobis ignotus sit, et inglorius, meos aperuit oculos, taleque edidit miraculum. Nam si de insignibus esset et glorioſis, nequaquam tantum esset miraculum. Itaque magnus quispiam est, quanquam vos nesciatis vnde sit.

Vers. 31. *Scimus — audit.* Vide contexturam et quomodo mirabiliter argumentetur ac sermonem augeat. Vere enim non exterioribus tantum oculis illuminatus est, sed et interioribus. Nam quia in praecedentibus dixerant: Nos scimus, quod hic homo peccator est: tunc quidem more dubitantis sermonem repulit, nunc vero tanquam libertate plenus, ostendit hunc non esse peccatorem, sed potius Dei cultorem ac Dei voluntatem adimplentem. Siquidem adhuc eum hominem esse suspicabatur, vt diximus. Peccatores autem Deus non audit, in huiusmodi videlicet miraculis.

Vers. 32. *A — v. 33. quicquam.* Quicquam simile. Caeci namque oculos alii etiam aperuerant, caeci vero a natiuitate nullus. Magnitudo itaque miraculi diuinum quempiam esse eius effectorem ostendit. Nam qui maius aliquod edit miraculum, quam sint vniuersa humana miracula, vtique maior est cunctis hominibus.

Vers. 34. *Responderunt — nos?* Non tulerunt manifestam redargutionem ac praeclaram victoriam: conuersa autem malitia in suum ipsorum caput, indignati sunt illi dicentes: Peccator omnino

7) ὀφθαλμὸς, omittit. B.
8) γεννητῆς. A.

ἔργα δὲ τούτου, ἃ μόνον ἀκούετε, ἀλλὰ καὶ βλέπετε, καὶ οἴδατε, ὅτι ὀφθαλμοὶ ὤτων πιστότεροι.

Vers. 30. Ἀπεκρίθη — ὀφθαλμούς. Ὅτι ὑμῖν ἄσημος καὶ ἄδοξος ὤν, ἀνέῳξέ μου τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ πεποίηκεν τηλικοῦτον θαῦμα. εἰ γὰρ ἦν τῶν ἐπισήμων καὶ ἐνδόξων, οὐκ ἂν τοσοῦτον ἦν θαυμαστόν. ὥστε μέγας τίς ἐστιν, εἰ καὶ ὑμεῖς οὐκ οἴδατε, πόθεν ἐστίν.

Vers. 31. Οἴδαμεν — ἀκούει. Βλέπε σύνεσιν, πῶς θαυμασίως συλλογίζεται, καὶ αὔξει τὸν λόγον. ἐφωτίθη γὰρ ὄντως, ἃ τοὺς ἔξω μόνον ὀφθαλμούς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἔνδον. ἐπεὶ γὰρ προλαβόντες εἶπον, ἡμεῖς e) οἴδαμεν, ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὗτος ἁμαρτωλός ἐστι· τότε μὲν ἐν σχήματι διεξάξοντος παρεκρέσατο τὸν λόγον· νῦν δὲ παῤῥησίας ὢν μεστὸς, ἀποδεικνύει τοῦτον μὴ ὄντα ἁμαρτωλὸν, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον θεοσεβῆ, καὶ τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ ποιοῦντα. ἔτι γὰρ ἄνθρωπον τοῦτον ὑπελάμβανεν, ὡς εἰρήκαμεν. ἁμαρτωλῶν δὲ ὁ θεὸς οὐκ ἀκούει, ἐπὶ τοιούτοις θαύμασι, δηλονότι. e) Ioh. 9, 24.

Vers. 32. Ἐκ — v. 33. ἐδέη. Οὐδὲν τοιοῦτον. τυφλοῦ μὲν γὰρ ἤνοιξαν καὶ ἄλλοι 7) ὀφθαλμούς· τυφλοῦ δὲ ἐκ 8) γενετῆς, οὐδείς. λοιπὸν τοίνυν, τὸ ὑπερβάλλον τοῦ θαύματος, θεῖόν τινα δεικνύει τὸν ἐργάτην αὐτοῦ. ὁ γὰρ μεῖζον πάντων τῶν ἀνθρωπίνων θαυμάτων ποιῶν, μείζων ἄρα πάντων ἀνθρώπων ἐστίν.

Vers. 34. Ἀπεκρίθησαν — ἡμᾶς; Οὐκ ἠνέγκαν τὸν λαμπρὸν ἔλεγχον, καὶ τὴν περιφανῆ νίκην· περιτραπείσης δὲ τῆς πονηρίας κατὰ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς, ὀργισθέντες ὕβριζον 9) αὐ-

9) ὑβρίζουσιν. A

no natus es, siue ab initio, a prima statim aetate. Insipienter namque opinabantur, propter peccata aliqua esse natum caecum, vt ostenderent, eum esse peccatorem. Atqui etiamsi peccator erat, sermones eius probare oportuit, si veri essent: quid enim absurdi dixerat?

Vers. 34. *Et — foras.* Ab ecclesia et concione repulerunt praeconem veritatis, tanquam Christi discipulum. Quum enim miraculum calumniari non potuissent, imo potius ediuerso celebre illud vehementi ac curiosa inuestigatione reddidissent, suum effundunt furorem aduersus eum qui curatus fuerat.

Vers. 35. *Audiuit — Dei?* Venit vt maius conferret beneficium illi, qui propter se fuerat eiectus, quodque bonorum caput est tribuit, sese illi praebens cognoscendum, ac verum efficiens discipulum. Quod autem ait, Tu, propter illos dixit, qui non credebant.

Vers. 36. *Respondit — eum?* Spe bona ad sermonem erectus est, tanquam paratus ad credendum: et discere quaerit, quisnam sit: neque enim sciebat, quis esset.

Vers. 37. *Dixit — est.* Vidisti eum: non prius, sed nunc. Non dixit, Ego sum, qui aperui oculos tuos. Vult enim simplicitatem ac praeparationem fidei illius ostendere, ad eorum, qui praesentes erant vtilitatem: ac confusionem eorum, qui quum multa edocti essent, multaque signa conspexissent, non tamen adhuc credebant. Nam hoc solo audito, Et qui loquitur tecum ipse est, statim credidit: sermo namque animam illius repente tetigit: quumque bonam illam inueniisset, ad

*) πίνδσι. A.

τὸν, λέγοντες· ἁμαρτωλὸς σὺ ἐγεννήθης ὅλως, ἤγουν, τὴν ἀρχὴν, ἐκ πρώτης ἡλικίας. ὑπελάμβανον γὰρ αὐτὸν ἀνοήτως, δι' ἁμαρτίας τινὰς τυφλὸν γεννηθῆναι, εἰς ἀπόδειξιν τὸ εἶναι αὐτὸν ἁμαρτωλόν. καίτοι καὶ ἁμαρτωλὸς ἐὰν ἦν, τὸς λόγους ἔδει τοῦτου δοκιμάσαι, εἰ ἀληθεῖς εἰσι. τί γὰρ ἄτοπον εἶπεν;

Verſ. 34. Καὶ — ἔξω. Ἀποσυνάγωγον ἐποίησαν τὸν κήρυκα τῆς ἀληθείας, ὡς μαθητὴν δῆθεν τὸ χριστὸ. μὴ δυνηθέντες γὰρ ἐπηρεάσαι τῷ θαύματι, τἐναντίον δὲ μᾶλλον περιβόητον αὐτὸ διὰ τῆς πολυπραγμοσύνης ποιήσαντες,[1]) κενοῦσι τὸν θυμὸν κατὰ τοῦ θεραπευθέντος.

Verſ. 35. Ἤκουσεν — θεὸ; Ἔρχεται μεῖζον εὐεργετήσων τὸν ἐκβληθέντα δι' αὐτὸν, καὶ δίδωσι τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν, γνωρίζων ἑαυτὸν αὐτῷ, καὶ μαθητὴν ἀληθῆ ποιῶν· τὸ δὲ σὺ, δι' ἐκείνους εἶπεν[2]) ἀπιστοῦντας.

Verſ. 36. Ἀπεκρίθη — αὐτόν; Ἀνεπτερώθη τῷ λόγῳ, ὡς ἕτοιμος εἰς τὸ πιστεῦσαι, καὶ ζητεῖ μαθεῖν, τίς ἐστιν. οὐ γὰρ ἠπίστατο, τίς ἐστιν.

Verſ. 37. Εἶπε — ἐστίν. Ἑώρακας αὐτὸν, ἃ πρότερον, ἀλλὰ νῦν. καὶ ὃ εἶπεν, ἐγώ εἰμι ὁ ἀνοίξας τοὺς ὀφθαλμούς σου. βέλεται γὰρ δεῖξαι τὸ ἀπερίεργον τῆς πίστεως αὐτοῦ, πρὸς ὠφέλειαν τῶν τηνικαῦτα παρόντων, καὶ ἐντροπὴν τῶν καὶ πολλὰ διδαχθέντων, καὶ πολλὰ σημεῖα θεασαμένων, καὶ μὴ πιστευσάντων ἔτι. μόνον γὰρ ἀκούσας, ὅτι ὁ λαλῶν μετὰ σοῦ, ἐκεῖνός ἐστιν, εὐθὺς ἐπίστευσεν. ἥψατο γὰρ ὁ λόγος αὐτίκα τῆς αὐτοῦ ψυχῆς, εὑρὼν αὐτὴν ἀγαθὴν.

[2]) τοὺς videtur addendum.

ad cognitionem ac fidem eam illuminauit. Vide enim.

Verſ. 38. *At ille — eum.* Adorauit, confirmans ſe credere.

Verſ. 39. *Et — fiant.* Atqui ſuperius dixit, Non miſit Deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum: Sed iudicium vocat hic condemnationem. Ad condemnationem, inquit, quorundam ego incarnatus ſum: nam interpretans ſermonem addit, Vt qui non vident, hoc eſt, qui iudicantur caeci mente propter ſcripturarum ignorantiam, hi videant lumen veritatis apertis animae eorum oculis, ab ea quae in me eſt fide. Qui autem perſpicaces videntur propter ſcripturarum notitiam, hi potius non videant, clauſis eorum interioribus oculis ab infidelitate.

Dictionem vero Vt, neque hic oportet intelligere cauſaliter: Non enim propter hoc venit, vt qui vident caeci fiant, quemadmodum etiam de Vt, in praecedentibus ſignificauimus, ſed quod futuri ſit ſignificatiua: futurum, inquit, eſt, vt qui non vident videant, et qui vident caeci fiant.

Aut, In iudicium ego in mundum veni, hoc eſt, ad diſcernendum, ad ſeparationem horum ab illis, vt appareat, in his quidem proſpectus liberae voluntatis, quae a bonitate procedit: in aliis vero mentis excaecatio, quae a malitia egreditur.

Verſ. 40. *Et — eo.* Qui quondam fuerant cum eo, poſtmodum autem ſeparati erant. Nam quidam phariſaei ſequebantur, vt viderent et audirent, quid faceret ac loqueretur.

Verſ. 40. *Et — ſumus?* Nam ſicut alibi dicebant, Nemini ſeruiuimus vnquam: et, E ſtupro

3) τέτον, abeſt. A.

καὶ κατέλαμψεν αὐτὴν εἰς ἐπίγνωσιν καὶ πίστιν. ὅρα γάρ.

Vers. 38. Ὁ δὲ — αὐτῷ. Προσεκύνησε, βεβαιῶν, ὅτι ἐπίστευσε.

Vers. 39. Καὶ — γένωνται. Καὶ μὴν ὀπίσω εἴρηκεν· ὅτι f) οὐκ ἀπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ εἰς τὸν κόσμον, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον. ἀλλὰ κρίμα νῦν, τὸ κατάκριμα λέγει, ὅτι εἰς κατάκριμα ἐγὼ ἐνηνθρώπησά τινων. ἐφερμηνεύων γὰρ τὸν λόγον, φησὶν, ἵνα οἱ μὴ βλέποντες, ἦγουν, οἱ δοκοῦντες τυφλοὶ τὸν νοῦν, τῇ ἀγνοίᾳ τῶν γραφῶν, οὗτοι βλέπωσι τὸ φῶς τῆς ἀληθείας, διανοιγέντων αὐτοῖς τῶν ψυχικῶν ὀφθαλμῶν ὑπὸ τῆς εἰς ἐμὲ πίστεως· αὐτοὶ δὲ, οἱ δοκοῦντες ὀξυδερκεῖς, τῇ γνώσει τῶν γραφῶν, οὗτοι μᾶλλον μὴ βλέπωσι, μυσάντων αὐτοῖς τῶν ἔνδον ὀφθαλμῶν ὑπὸ ἀπιστίας. f) Io. 3, 17.

Κἀνταῦθα δὲ τὸ ἵνα, ἐ χρὴ νοεῖν αἰτιολογικόν. ἐ γὰρ διὰ τοῦτο ἦλθεν, ἵνα οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται, ἀλλὰ δηλωτικὸν τοῦ μέλλοντος, ὅτι μέλλουσιν οἱ μὴ βλέποντες βλέπειν, καὶ οἱ βλέποντες τυφλοῦσθαι, ὡς καὶ προλαβόντες περὶ τοῦ ἵνα παρεσημειωσάμεθα.

Ἢ εἰς κρίμα ἐγὼ εἰς τὸν κόσμον τοῦτον [3]) ἦλθον, ἀντὶ τοῦ, εἰς διάκρισιν καὶ διαχωρισμὸν τούτων τε κἀκείνων, ἵνα φανῇ τῶν μὲν, ἡ ἐξ ἀγαθῆς προαιρέσεως ἀνάβλεψις, τῶν δὲ, ἡ ἐκ πονηρᾶς γνώμης ἀποτύφλωσις.

Vers. 40. Καὶ — αὐτοῦ. Οἱ ποτὲ ὄντες μετ' αὐτοῦ, ὕστερον δὲ ἀποστάντες. ἢ οἱ ὄντες τηνικαῦτα. τινὲς γὰρ Φαρισαῖοι παρεῖποντο, βλέποντες καὶ ἀκούοντες, τί ποιεῖ καὶ λαλεῖ.

Vers. 40. Καὶ — ἐσμεν; Ὥσπερ ἀλλαχοῦ ἔλεγον· ἐδενὶ g) δεδουλεύκαμεν πώποτε· g) Io. 8, 33.

ſtupro nati non ſumus: ita et nunc ad ſenſibilia tantum inhiabant, et de corporali ſolum caecitate illos pudebat: ideo de hac interrogant, cognoſcentes, quod propter eos dictus eſſet ſermo.

Verſ. 41. *Ait — peccatum.* De infidelitate videlicet: nam reſpondere poſſetis, Non vidimus ſigna.

Vers. 20. Ἦσαν — ἑορτῇ. Πολλοὶ γὰρ ἕλληνες,[2]) ἀσπαζόμενοι τὴν θρησκείαν τῶν ἰουδαίων, καὶ θέλοντες γενέσθαι προσήλυτοι, ἀνέβαινον καὶ προσεκύνουν ἐν τῇ ἑορτῇ.

Vers. 21. Οὗτοι — ἰδεῖν. Ἀκούσαντες τὴν περὶ αὐτοῦ φήμην, θέλουσιν αὐτὸν ἰδεῖν.

Vers. 22. Ἔρχεται — ἀνδρέας. Περὶ τῶν ἑλλήνων τούτων, ὡς[1]) πρώτων.

Vers. 22. Καὶ πάλιν — v. 23. ἀνθρώπου. Ἐπεὶ τότε ἔμελλεν ἀποθανεῖν, ὅτε οἱ μὲν ἰουδαῖοι κυρώσουσι τὸν αὐτοῦ θάνατον, τὰ δὲ ἔθνη ἄρξονται προσέρχεσθαι αὐτῷ· γέγονε δὲ ἤδη καὶ τοῦτο καὶκεῖνο· ἐξ ἐθνῶν γὰρ οἱ ῥηθέντες ἕλληνες· φησὶν, ἐλήλυθεν ὁ καιρὸς, ἵνα ἀποθάνω. μετὰ γὰρ τὸν θάνατον καὶ τὴν ἀνάστασιν, ἔμελλε δοξασθῆναι ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, κηρυχθέντος τοῦ εὐαγγελίου ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. καὶ ὅτε ἐδόξαν οἱ ἰουδαῖοι σβέσαι τὴν δόξαν αὐτοῦ, τότε[2]) μᾶλλον ἔλαμψεν εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην.

[Ἐπεὶ[3]) οὖν ἰουδαῖοι μὲν μετὰ διασκέψεως ἐκύρωσαν τὸν αὐτοῦ θάνατον, τὰ ἔθνη δὲ ἐζήτησαν αὐτὸν, ἀνάξιον ἦν τῆς τοῦ θεοῦ δικαιοσύνης, παραμένειν ἔτι τοῖς ἀνιάτοις, καὶ περιορᾶν τοὺς ἑτοίμους εἰς θεραπείαν. καὶ διατί μὴ μετέβη τότε

[2]) μᾶλλον, abeſt. A. [3]) Incluſa abſunt. A.

tunc ad Gentes non transiuit? Vt omnem Iudaeorum de perfidia responsionem circumcluderet: non solum enim ipse non transiuit, sed nec discipulos in viam Gentium abire permisit, passusque ab ingratis innumera, non reliquit illos: docens, sanans ac modis omnibus beneficia praestans, donec illum occiderunt.

Vers. 24. *Amen — adfert.* Discipulos consolatur, ostendens per exemplum, quod vtile sit ac necessarium, vt ipse moriatur: nam in modum tritici mors eius multos adferet fructus, eritque fertilis ac vtilis. Propter praedictam enim causam post mortem suam discipulos suos missurus erat in omnes gentes, vt iam mors eius vita esset Gentium. Mortem autem tritici intellige mihi corruptionem ipsius. Deinde illos quoque accendit, vt mortem despiciant, nec in propositis periculis retinendae vitae cupidi sint, supra fidem, quae in ipsum est.

Vers. 25. *Qui — eam.* Qui tempore martyrii vitae retinendae cupidus est, obsequens animae suae plus, quam oporteat, amans eam male concupiscentem. Ne gradiaris, ait, in concupiscentiis animae tuae. Qui amat eam supra Deum, perdet eam in futuro seculo, hoc est, in supplicium coniiciet, vt qui fidem prodiderit.

Vers. 25. *Et — eam.* Qui contrarium facit, hoc est, qui retinendae vitae non nimis cupidus est et caetera. Similia quoque dixit iuxta finem decimi noni iuxta Matthaeum capitis, et aliis in locis.

Vers. 26

4) αὐτοὺς, omisso πολλὰς. B.
5) αὐτοῦ, abest. A.
6) μαρτυρίας. B.
7) Ita Chrysost. hunc locum laudat. T. VIII. p. 400. C.

τε ἐπὶ τὰ ἔθνη; διὰ τὸ περιελεῖν πᾶσαν ἀπολογίαν ἀγνωμοσύνης τῶν Ἰουδαίων. οὐ μόνον γὰρ αὐτὸς οὐ μετέβη, ἀλλ' ἐδὲ τὰς μαθητὰς ἀφῆκεν εἰς ὁδὸν ἐθνῶν ἀπελθεῖν, καὶ μυρία πάσχων ὑπὸ τῶν ἀχαρίστων, ἐκ ἀνῆκε διδάσκων, θεραπεύων, καὶ πάντα τρόπον εὐεργετῶν, ἕως ἀνεῖλον αὐτόν.]

Vers. 24. Ἀμὴν — φέρει. Παραμυθέμενος τὸς μαθητὰς, διὰ παραδείγματος ἀποδείκνυσιν, ὅτι συμφέρον καὶ ἀναγκαῖον, ἀποθανεῖν αὐτόν. τρόπον γὰρ σίτε ὁ θάνατος [4]) αὐτοῦ πολλοὺς καρποφορήσει, καὶ γονιμώτατος ἔσαι, καὶ κερδαλέος. διὰ τὴν προρρηθεῖσαν γὰρ αἰτίαν μετὰ τὸν θάνατον αὐτῦ ἔμελλον οἱ μαθηταὶ [5]) αὐτοῦ ἀποσαλῆναι εἰς τὸ μαθητεῦσαι πάντα τὰ ἔθνη, καὶ λοιπὸν ὁ θάνατος αὐτῦ ζωὴ τῶν ἐθνῶν. θάνατον δὲ σίτε νόει μοι, τὴν φθορὰν αὐτοῦ. εἶτα παραθήγει καὶ αὐτοὺς ἐπὶ τὸ καταφρονεῖν τοῦ θανάτου, καὶ μὴ φιλοψυχεῖν ἐν τοῖς προκειμένοις κινδύνοις ὑπὲρ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως.

Vers. 25. Ὁ — αὐτήν. Ὁ φιλοψυχῶν ἐν καιρῷ [6]) μαρτυρίου, ὁ χαριζόμενος τῇ ψυχῇ παρὰ τὸ δέον, ὁ φιλῶν αὐτὴν, ἐπιθυμῆσαν κακῶς· μὴ [8]) πορεύου, [7]) γάρ φησιν, ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς ψυχῆς σου· ὁ φιλῶν αὐτὴν παρὰ τὸν Θεὸν, ἀπολέσει αὐτὴν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, [τετέσιν, [8]) εἰς κόλασιν ἐμβαλεῖ, ὡς προδεδωκυῖαν τὴν πίστιν.] g) Sirac. 18, 30.

Vers. 25. Καὶ — αὐτήν. Ὁ τἐναντίον ποιῶν, ἤγουν, ὁ μὴ φιλοψυχῶν, καὶ τὰ ἑξῆς. εἴρηκε δὲ τοιαῦτα καὶ πρὸς τῷ τέλει τοῦ ἑνδεκάτε κεφαλαίε τῦ κατὰ ματθαῖον [καὶ [9]) ἐν ἄλλοις.]

[8]) Inclusa absunt. A.
[9]) Inclusa absunt. A.

Verſ. 26. *Si — ſequatur.* Me ſequatur, per imitationem, hoc eſt, ſi quis meus voluerit eſſe diſcipulus, me imitetur. Quemadmodum enim neceſſe eſt, miniſtrum ſequi dominum, ita quoque diſcipulum oportet ſequi praeceptorem.

Verſ. 26. *Et — erit.* Aut idem rurſum proteſtans dicit, aut, poſtquam de praeſenti malorum tolerantia dixit, de futura etiam addidit fruitione, Qui me ſequitur in coelum conſcendet.

Verſ. 26. *Et — pater.* Glorificabit eum, tanquam miniſtrum legitimi filii ſui. Hoc autem dixit, quoniam adhuc patrem eſſe maiorem eo putabant. Ne quis autem dicat, quod facile de morte philoſophatur, vt qui extra humanam ſit imbecillitatem, oſtendit, quod et ipſe, tanquam homo, indutus eſt naturae infirmitate, ideo primo naturae concedit, vt quod ſuum eſt patiatur, deinde ſeipſum ad tolerantiam confortat, propter id, quod neceſſarium eſt ac vtile. Vide enim, quid dicat.

Verſ. 27. *Nunc — turbata eſt.* Humano modo commota angore trepidat propter inſtantem mortem.

Verſ. 27. *Et quid dicam?* Haeret prae timore.

Verſ. 27. *Pater — hac.* Libera me ex hoc terribili ac funeſto tempore. Poſtquam haec, vt homo dixit, humana formidine circumdatus, ſeipſum refocillat ac confortat dicens:

Verſ. 27. *Sed — hanc.* Propterea ſeruatus ſum in hoc tempus, vt nunc morerer: iam itaque viriliter ferre oportet. Relicta ergo nobis natu-

Vers. 26. Ἐὰν — ἀκολουθείτω. Ἐμοὶ ἀκολουθείτω, διὰ μιμήσεως, τουτέστιν, ἐὰν ἐμοὶ μαθητεύητάς τις, ἐμὲ μιμείσθω. ὥσπερ γὰρ ἀναγκαῖον τὸν ὑπηρέτην ἕπεσθαι τῷ κυρίῳ, οὕτω καὶ τὸν μαθητὴν τῷ διδασκάλῳ.

Vers. 26. Καὶ — ἔσται. Ἢ πάλιν τὸ αὐτὸ λέγει, διαμαρτυρόμενος, ἢ περὶ τῆς ἐνεστώσης κακοπαθείας εἰπὼν, προσέθηκε καὶ περὶ τῆς μελλούσης ἀπολαύσεως, ὅτι ὁ ἐμοὶ ἀκολουθῶν, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβήσεται.

Vers. 26. Καὶ — πατήρ. Δοξάσει αὐτὸν, ὡς ὑπηρέτην τοῦ γνησίου υἱοῦ αὐτοῦ. τοῦτο δὲ εἶπε, διότι ἔτι τὸν πατέρα μείζονα αὐτοῦ ἐνόμιζον. ἵνα δὲ μὴ εἴπῃ τις, ὅτι ἐκτὸς τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας ὤν, εὐκόλως περὶ θανάτου φιλοσοφεῖ, δείκνυσιν, ὅτι καὶ αὐτὸς, ὡς ἄνθρωπος, περίκειται τὴν ἀδθένειαν τῆς φύσεως. διὸ πρῶτον μὲν συγχωρεῖ τῇ φύσει πάσχειν τὸ ἴδιον, εἶτα παραθαῤῥύνει ἑαυτὸν εἰς τὸ ὑπομεῖναι, διὰ τὸ ἀναγκαῖον καὶ χρήσιμον. ὅρα γὰρ, τί φησι;

Vers. 27. Νῦν — τετάρακται. Ἀνθρωπίνως τεθορύβηται, ἀγωνιῶσα διὰ τὸν ἐγγίζοντα θάνατον.

Vers. 27. Καὶ τί εἴπω; Ἀπορούμενος, ὑπὸ τῆς ἀγωνίας.

Vers. 27. Πάτερ — ταύτης. Ῥῦσαί με ἐκ τοῦ καιροῦ τούτου, τοῦ φοβεροῦ, τοῦ θανατηφόρου. ταῦτα εἰπὼν, ὡς ἄνθρωπος, καὶ ὡς ἀνθρωπίνην δειλίαν περιβεβλημένος, ἀνακτᾶται ἑαυτὸν καὶ ἐπιῤῥωννύει λέγων·

Vers. 27. Ἀλλ᾽ — ταύτην. Διὰ τοῦτο ἐτηρήθην ἕως τοῦ νῦν καιροῦ, διὰ τὸ ἀποθανεῖν ἐν τούτῳ, καὶ λοιπὸν χρὴ φέρειν γενναίως. ἀπολι-

naturalis timoris mensura ac fortitudinis monumento, rursus ait.

Vers. 28. *Pater — nomen.* Quod apud coelestes virtutes glorificatum est, glorifica etiam illud coram hominibus terram incolentibus, per ea, quae in morte mea futura sunt signa: glorifica illud per gloriam nominis mei, siquidem mea gloria tua est.

Vers. 28. *Venit — glorificabo.* Glorificaui in his, quae facta sunt signis: et rursus glorificabo in his, quae in morte tua fient.

Vers. 29. *Turba ergo — esse factum.* Qui vocem non intellexerant, sed sonum duntaxat eius perceperant.

Vers. 29. *Alii — loquutus est.* Qui vocem intellexerant.

Vers. 30. *Respondit — vos.* Non propter me, vt discam, quod non scio. Nam omnia, quae patris sunt noui, sed propter vos, vt id discatis, de quo dubitatis, puta, quod a Deo sim: quomodo enim super me vox de coelo descendisset, nisi a Deo essem? quomodo praeterea Deus nomen suum et glorificasset, et rursus glorificaturus esset per me?

Vers. 31. *Nunc — huius.* Iam nunc hominum huius mundi vltio fit per meam punitionem. Aliis siquidem omnibus hominibus mors, peccati poena est. Nam omnes, inquit, peccauerunt, et per peccatum mors introiuit: mihi vero nequaquam, quia nunquam peccaui. Quum ergo diabolus etiam mihi, qui peccati expers semper permansi, mortem intulit: nunc praesenti tempore irrogatae mihi iniuriae poenas luit, quippe tyrannidis subuersionem:

πῶν οὖν ἡμῖν μέτρον Φυσικῆς δειλίας, καὶ ὑπογραμμὸν ἀνδρείας, πάλιν λέγει.

Vers. 28. Πάτερ — ὄνομα. Δεδοξασμένον ὂν παρὰ ταῖς ἐρανίαις δυνάμεσι, δόξασον αὐτὸ καὶ παρὰ τοῖς ἐπὶ γῆς ἀνθρώποις, διὰ τῶν μελλόντων ἐπὶ τῷ θανάτῳ μὲ γενέθαι σημείων. δόξασον αὐτὸ, διὰ τῆς τὲ ἐμὲ ὀνόματος δόξης. ἡ γὰρ ἐμὴ δόξα, σή.

Vers. 28. Ἦλθεν — δοξάσω. Ἐδόξασα, ἐν τοῖς προγεγενημένοις σημείοις, καὶ πάλιν δοξάσω, ἐν τοῖς ἐπὶ τῷ θανάτῳ σου γενησομένοις.

Vers. 29. Ὁ οὖν ὄχλος — γεγονέναι. Οὐ συνιεὶς τῆς φωνῆς, ἀλλὰ τὸν ἦχον αὐτῆς μόνον κατασχών.

Vers. 29. Ἄλλοι — λελάληκε. Συνιέντες αὐτῆς.

Vers. 30. Ἀπεκρίθη — ὑμᾶς. Οὐ δι' ἐμὲ, ἵνα μάθω, ὃ οὐκ οἶδα. πάντα γὰρ οἶδα τὰ τὲ πατρὸς, ἀλλὰ δι' ὑμᾶς, ἵνα μάθητε, περὶ οὗ ἀμφιβάλλετε, ὅτι ἐκ τὲ θεὲ εἰμι. πῶς γὰρ ἂν ἦλθε φωνὴ ἐκ τὲ ἐρανοῦ ἐπ' ἐμὲ, εἰ μὴ ἐκ τοῦ θεὲ εἰμι; πῶς δ' ἂν ὁ θεὸς τὸ ὄνομα αὐτὲ καὶ ἐδόξασε καὶ πάλιν δοξάσει δι' ἐμὲ;

Vers. 31. Νῦν — τούτε. Νῦν ἤδη ἐκδίκησις τῶν τὲ κόσμε τούτε ἀνθρώπων, διὰ τῆς ἐμῆς ἐκδικήσεως. τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις ὁ θάνατος ἐπιτίμιον ἁμαρτίας ἐστὶ πάντες h) γὰρ ἥμαρτον, φησὶ καὶ, διὰ i) τῆς ἁμαρτίας εἰσῆλθεν ὁ θάνατος· ἐμοὶ δὲ, ἐδαμῶς· διότι ἐδαμῶς ἥμαρτον. ἐπεὶ οὖν καὶμοὶ τὸν θάνατον ὁ διάβολος ἐπάγει, ἀναμαρτήτῳ μεμενηκότι, νῦν ἐν τῷ ἐνεστῶτι καιρῷ δίκην δίδωσι τῆς ἐμῆς ἀδικίας, τὴν καθαίρεσιν τῆς τυραννίδος. αὕτη δὲ ἡ δίκη,

h) Rom. 3, 23.
i) Rom. 5, 12.

sionem: nam mulcta ipsa, siue punitio, mundi huius est vltio: praesens itaque repensio contumeliae, quam mihi intulit, vltio est, et violentiae aduersus primos generis propagatores totumque genus irrogatae.

Vers. 31. *Nunc — foras.* Extra huiusmodi principatum, quem fraude acquisiuit. Nam quia olim veterem Adam per ligni cibum e regno mundi eiecit: nouus nunc Adam ipsum per crucis lignum e mundi regno eiecit, progenitoris inobedientiam sua curans obedientia.

Vers. 32. *Et ego — meipsum.* Si adactus fuero in crucem, omnes vndique, qui fidem susceperint, per eam traham ad meipsum. Et vere in cruce exaltatus, latronem primum attraxit, et centurionem, eosque, qui se cum illo seruabant, hinc coepit attrahere. Traham, inquit, tanquam a tyranno detentos, ipso primum tyranno deiecto.

Hanc autem attractionem alibi Raptum vocauit dicens: Quomodo potest quis ingredi in domum fortis ac vasa eius diripere, nisi primum alligauerit fortem, et tunc domum eius diripiet? Atqui superius dixit, Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum: hic autem ait, Omnes traham ad meipsum, non contraria significans, sed quae patris sunt sibi concilians ac communia omnia ostendens, et aequalitatem per talia demonstrans.

Vers. 33.

[1]) Malim οὖν pro νῦν, quae duo alibi etiam in his Codicibus confusa esse animaduerti.

[2]) Durum hoc. Ac fortasse aliquis maluerit, διὰ τῆς τοῦ ξύλου βρώσεως. Sed mox huc refertur, διὰ τοῦ ξύλου τῆς σαυρώσεως. Membrorum ergo aequalitate excusatur.

εἴτουν, ἡ κόλασις, τῦ κόσμου τούτυ ἐκδίκησίς ἐστι. λοιπὸν[1]) νῦν ἡ ἐκδίκησις τῆς εἰς ἐμὲ ἐπηρείας, ἐκδίκησίς ἐστι τῆς εἰς τοὺς γενάρχας καὶ ὅλον τὸ γένος ἐπηρείας.

Verſ. 31. Νῦν — ἔξω. Ἔξω τῆς τοιαύτης ἀρχῆς, ἣν δι' ἀπάτης ἐκτήσατο. ἐπεὶ γὰρ αὐτὸς διὰ τοῦ ξύλου τῆς[2]) βρώσεως πάλαι τὸν παλαιὸν ἀδὰμ ἐξέβαλε τῆς βασιλείας τῦ κόσμυ· [αὐτὸν[3]) διὰ τοῦ ξύλυ τῆς ϛαυρώσεως νῦν ὁ νέος ἀδὰμ ἐκβάλλει τῆς βασιλείας τῦ κόσμου,] τὴν τοῦ προπάτορος παρακοὴν διὰ τῆς ἑαυτῦ ὑπακοῆς ἰασάμενος.

Verſ. 32. Κἀγὼ — ἐμαυτόν. Ἐὰν ἀναχθῶ ἐπὶ τὸν ϛαυρὸν, πάντας πανταχόθεν τὲς δεκτικοὺς τῆς πίϛεως ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτὸν δι' αὐτῆς. καὶ οὗτος, ὑψωθεὶς ἐπὶ τοῦ ϛαυροῦ, πρῶτον εἵλκυσε τὸν λῃσὴν, καὶ τὸν ἑκατόνταρχον, καὶ τοὺς μετ' αὐτῦ τηροῦντας αὐτὸν, ἐντεῦθεν ἀρξάμενος ἑλκύειν. ἑλκύσω δέ, φησι, κατεχομένους ὑπὸ τοῦ τυράννυ, ἅτε πρῶτον ἐκεῖνον καταβαλών.

Ταύτην δὲ τὴν ἕλξιν, ἁρπαγὴν ἐκάλεσεν ἀλλαχοῦ λέγων· πῶς[k]) δύναταί τις εἰσελθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἰσχυρῦ, καὶ τὰ σκεύη αὐτῦ διαρπάσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον δήσῃ τὸν ἰσχυρὸν, καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσῃ. ὀπίσω μὲν οὖν εἶπεν· ὅτι οὐδεὶς δύναται[l]) ἐλθεῖν πρὸς ἐμὲ, ἐὰν μὴ ὁ πατὴρ ὁ πέμψας με ἑλκύσῃ αὐτόν· ἐνταῦθα δὲ λέγει, ὅτι πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν· οὐκ ἐναντιολογῶν, ἀλλὰ τὰ τοῦ πατρὸς οἰκειούμενος, καὶ κοινὰ πάντα δεικνύων, καὶ τὸ ἴσον διὰ τῶν τοιούτων παριϛῶν.

k) Matt. 12, 29.

l) Io. 6, 44.

3) Incluſa exciderant ex Cod. B.

Verſ. 33. *Hoc — eſſet morituus.* Hoc: Quidnam? Si exaltatus fuero, ſiquidem exaltationem in cruce innuebat.

Verſ. 34. *Reſpondit — hominis?* Etiam hic Legem, ſimpliciter, diuinam appellant ſcripturam. Nam frequentibus eius in locis immortalitas diuinitatis Chriſti ſignificatur: quemadmodum etiam mortalitas humanitatis eius, et maxime in Pſalmis Dauidicis.

Et vide doloſum eorum conatum: quum enim ſuperius de morte diſputantem audiſſent ac dicentem, oportet exaltari filium hominis (quanquam hoc euangeliſta non addiderit: ſiquidem variis in locis hoc eis loquutus eſt) quum etiam nunc addiderit, Si exaltatus fuero: intellexerunt, quod exaltationem diceret mortem: licet non de ea, quae per crucem fieret, conciperent: et hinc ſperabant conuinci poſſe ipſum non eſſe Chriſtum: tanquam dicentes, Nos audiuimus ex ſcriptura, quod Chriſtus non moriatur: et quomodo tu dicis, quod ipſum mori oporteat? Deinde, ne hoc de eo dicere videantur, aiunt.

Verſ. 34. *Quis — hominis?* Etenim ſi Chriſtus eſt, non moritur: quod ſi moritur, non eſt Chriſtus. Atqui o dementes! debilis eſt ratio veſtra: nam et hoc et illud verum eſt: immortalis quidem eſt diuinitate, mortalis autem humanitate. Sed Chriſtus nunc non docuit, quomodo immortalis eſſet, ſed quomodo mortalis; Sciens, eos non ſuſcepturos de ſua immortalitate ſermonem.

Conſidera namque, quod, quum etiam vocem, quae de coelo venerat, audiſſent, ac dixiſſent, Angelus

4) γὰρ, pro δέ. A.

Vers. 33. Τοῦτο — ἀποθνήσκειν. Τοῦτο, ποῖον; τὸ, ὅταν ὑψωθῶ. ὑπεδήλωσε γὰρ τὴν ἐπὶ τῷ σταυρῷ ὕψωσιν.

Vers. 34. Ἀπεκρίθη — ἀνθρώπου; Καὶ ταῦτα νόμον λέγουσιν ἁπλῶς, τὴν θείαν γραφήν. πολλαχῷ γὰρ αὐτῆς, τὸ ἀθάνατον τῆς θεότητος τῷ χριστῷ σημαίνεται, ὥσπερ καὶ τὸ θνητὸν τῆς ἀνθρωπότητος αὐτῷ, καὶ μᾶλλον ἐν τοῖς δαυϊτικοῖς ψαλμοῖς.

Ὅρα [4]) δὲ κακουργίαν. ἀκούσαντες γὰρ ἀνωτέρω περὶ τοῦ θανάτου φιλοσοφήσαντος, καὶ προσθέντος· ὅτι [m]) δεῖ ὑψωθῆναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου· εἰ καὶ μὴ προσέθηκε τοῦτο ὁ εὐαγγελιστής· καὶ γὰρ διαφόρως ἔλεγε τοῦτο πρὸς αὐτούς· ἐπεὶ καὶ νῦν εἶπεν· ὅτι ὅταν ὑψωθῶ, συνῆκαν, ὅτι ὕψωσιν, τὸν θάνατον λέγει, εἰ καὶ μὴ τὴν ἐπὶ σταυροῦ ἐνόησαν, καὶ προσεδόκησαν ἐντεῦθεν ἐλέγξαι αὐτὸν, μὴ ὄντα χριστὸν, ὡσανεὶ λέγοντες, ἠκούσαμεν ἐκ τῆς γραφῆς, ὅτι ὁ χριστὸς οὐκ ἀποθνήσκει, καὶ πῶς σὺ λέγεις, ὅτι ἀποθανεῖν [5]) χρὴ αὐτόν; εἶτα, ἵνα μὴ δόξωσι περὶ αὐτοῦ τοῦτο λέγειν, φασί·

m) Io. 3, 14. 8, 28.

Vers. 34. Τίς — ἀνθρώπου; Εἰ μὲν γάρ ἐστιν ὁ χριστὸς, οὐκ ἀποθνήσκει· εἰ δὲ ἀποθνήσκει, οὐκ ἔστιν ὁ χριστός. καὶ μήν, ὦ ἀνόητοι! σαθρὸς ὁ λόγος ὑμῶν. ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο καὶ ἐκεῖνο. ἀθάνατος μὲν, τῇ ἀθεότητι· θνητὸς δὲ, τῇ ἀνθρωπότητι. ἀλλ' ὁ χριστὸς οὐκ ἐδίδαξε νῦν, πῶς μέν ἐστιν ἀθάνατος, πῶς δὲ θνητός, εἰδὼς, αὐτοὺς οὐ παραδεξομένους τὸν περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ λόγον.

Σκόπει γὰρ, ὅτι καὶ τὴν ἐλθοῦσαν φωνὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐνωτισθέντες, καὶ εἰπόντες, ὅτι ἄγγελος

5) δεῖ, pro χρή. A.

gelus ei loquutus est, adhuc tamen malignantur. Ideo simpliciter eos admonet.

Vers. 35. *Dicit — comprehendant.* Lucem dicit seipsum. Nam et in praecedentibus dicebat, Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris. Modicum autem tempus id dicit, quod ad mortem vsque deerat. Prae humanitate ergo ac benignitate protestatur et admonet illos, vt in luce ambulent, hoc est sequantur eum cum lumine praeeuntem, viamque commonstrantem et eius credant sermonibus. Per tenebras vero errorem intelligo, quo eos seduxerunt illorum pontifices, postquam Christum interfecerunt, affirmantes, quod seductor fuisset.

Intelliguntur quoque simpliciter Tenebrae, error Iudaeorum, qui corporalem cultum seruantes, arbitrabantur se Deo placere, ac saluos fieri. Atqui hae tenebrae iam illos habebant: sed ait, Non vos comprehendant, id est, ne vsque ad finem dominentur vobis.

Vers. 35. *Et — vadat.* Errat, offendit, praecipitatur.

Vers. 36. *Donec — lucem.* Sermonem explanauit.

Vers. 36. *Vt — filii.* In primordiis quoque euangelii dixit hic euangelista, Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, credentibus in nomen eius. Sed ibi quidem intelligimus, quod filii fiant patris: hic autem, quod filii ipsius filii: vt discas, quod vna sit patris et filii operatio, et amborum omnia esse communia.

Vers. 36.

λος αὐτῷ λελάληκεν, ἔτι πονηρεύονται. διὸ παρα-
νεῖ αὐτοῖς ἁπλῶς.

Vers. 35. Εἶπεν — καταλάβῃ. Φῶς, ἑαυτὸν λέγει. καὶ γὰρ καὶ προλαβὼν ἔλεγεν· ἐγώ εἰμι n) τὸ φῶς τοῦ κόσμου, ὁ ἀκολουθῶν ἐμοί, n) Io. 8, 12.
οὐ μὴ περιπατήσῃ ἐν τῇ σκοτίᾳ. μικρὸν δὲ χρόνον
φησὶ, τὸν ἄχρι τοῦ θανάτου αὐτοῦ. ὑπὸ φιλαν-
θρωπίας τοίνυν διαμαρτύρεται, καὶ κατεπείγει
αὐτοὺς εἰς τὸ περιπατεῖν ἐν τῷ φωτὶ, ἤγουν,
ἀκολουθεῖν αὐτῷ, φωταγωγοῦντι καὶ ὁδηγοῦντι,
καὶ πιστεύειν τοῖς λόγοις o) αὐτοῦ. σκοτίαν δὲ νοῶ,
τὴν πλάνην, ἣν ἐπλάνησαν αὐτοὺς οἱ ἄρχοντες
αὐτῶν μετὰ τὸ ἀνελεῖν τὸν χριστὸν, πληροφορή-
σαντες, ὅτι πλάνος ἦν.

Νοεῖται δὲ σκοτία, καὶ ἡ ἁπλῶς πλάνη τῶν
Ἰουδαίων. τὴν γὰρ σωματικὴν λατρείαν φυλάσ-
σοντες, δοκοῦσιν εὐαρεστεῖν τῷ θεῷ, καὶ σώζεσθαι.
καὶ μὴν αὕτη ἡ σκοτία καὶ τότε εἶχεν αὐτούς·
ἀλλὰ τὸ καταλάβῃ, ἀντὶ τοῦ, κατακυριεύσῃ
μέχρι τέλους.

Vers. 35. Καὶ — ὑπάγει. Πλανᾶται, προσκόπτει, κρημνίζεται.

Vers. 36. Ἕως — φῶς. Ἐσαφήνισε τὸν λόγον.

Vers. 36. Ἵνα — γένησθε. Καὶ ἐν προοιμίοις τοῦ εὐαγγελίου εἶπεν οὗτος ὁ εὐαγγελιστής· ὅτι p) ὅσοι ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν p) Io. 1, 12.
τέκνα θεοῦ γενέσθαι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα
αὐτοῦ. ἀλλ' ἐκεῖ μὲν νοοῦμεν, ὅτι τέκνα τοῦ πα-
τρὸς γίνονται· ἐνταῦθα δὲ, ὅτι υἱοὶ τοῦ υἱοῦ, ἵνα
μάθῃς, ὅτι μία ἐνέργεια πατρὸς καὶ υἱοῦ, καὶ
κοιναὶ πάντα ἀμφοῖν.

Vers. 36.

o) τῷ λόγῳ. A.

Verſ. 36. *Haec — eis.* Sciebat namque, iram illorum turbatam eſſe ac irritatam: ideo abſcondit ſe, ne amplius inflammaretur, ſed magis eius ſeceſſione ſedaretur.

Verſ. 37. *Tam multa — eum.* Tam multa: quot autem ille ediderit, praetermiſit hic propter eorum multitudinem.

Verſ. 38. *Vt — compleretur.* Etiam hic dictio Vt, non eſt cauſalis ſed euentum dicit, ſiue eius, quod futurum eſt, completionem. Et vbicunque dicitur, Vt ſermo prophetae compleretur: Vt prophetia compleretur: dictio Vt, et Graecae dictiones ἵνα, ὅπως ac ſimiles, dictam eandem habent ſignificationem: quanquam in aliis euangeliſtis hoc non manifeſtauimus. Neque enim, quia dixerunt prophetae, ideo facta ſunt, quae dixerant ſed, quia futurum erat, vt fierent, propterea praedixerunt prophetae. Nam ſcripturae idioma eſt, vt praediximus, quo ſignificat infallibilitatem prophetiae et omnimodam eius completionem.

Verſ. 38. *Quem — noſtro.* De his, qui non crediderunt, hoc dixit propheta: Auditum dicens horum ac ſimilium, prophetiam de Chriſto, quam prophetae quum audiſſent, auribus animarum ſuarum a diuino ſpiritu immiſſam, prophetauerunt: dicit ergo, quod nullus talium illi crediderunt.

Verſ. 38. *Et — reuelatum eſt?* Brachium patris eſt filius, vtpote potentia ac robur eius. Ait enim Paulus, Chriſtus Dei potentia. Nihil horum cognitum eſt, non propter ſui abſconſio-

7) Monuit quidem in ſuperioribus etiam, nec tamen ita aperte. Igitur mox dicit, προδεδήλωται.

Vers. 36. Ταῦτα — αὐτῶν. Ἔγνω γὰρ τὸν θυμὸν αὐτῶν ταρασσόμενον καὶ ἀγριαινόμενον, καὶ ἐκρύβη, ἵνα μὴ ἐπὶ πλέον ἀναφλεγῇ, καταξαλῇ δὲ μᾶλλον, τῇ ὑποχωρήσει αὐτῦ.

Vers. 37. Τοσαῦτα — αὐτόν. Τοσαῦτα, ὅσα ἐκεῖνος μὲν ἐποίησεν, ἔτος δὲ παρέλιπε, διὰ τὸ πλῆθος αὐτῶν.

Vers. 38. Ἵνα — πληρωθῇ. Κἀνταῦθα τὸ ἵνα, οὐκ ἔστιν αἰτιολογίας, ἀλλ' ἐκβάσεως, ἤτοι πληρώσεως τῦ μέλλοντος, ὅτι ἔμελλε πληρωθῆναι. καὶ πανταχοῦ τὸ, ἵνα ὁ λόγος τοῦ προφήτου πληρωθῇ, καὶ τὸ, ἵνα ἡ προφητεία πληρωθῇ, καὶ τὸ, ὅπως, καὶ τὰ τοιαῦτα, τοιαύτην ἔχεσι τὴν σημασίαν, εἰ καὶ[7]) μὴ ἐν τοῖς ἄλλοις εὐαγγελισταῖς τῦτο δεδηλώκαμεν. ἐ γὰρ, διότι εἶπον οἱ προφῆται, διὰ τοῦτο γεγόνασιν, ἃ εἶπον· ἀλλὰ διότι ἔμελλον γενέσθαι, διὰ τοῦτο εἶπον οἱ προφῆται. ἰδίωμα γάρ[8]) ἐστι τοῦτο τῆς γραφῆς, ὡς προδεδήλωται, δηλῦν τὸ ἀψευδὲς τῆς προφητείας, καὶ τὸ πάντως πληρούμενον.

Vers. 38. Ὃν — ἡμῶν; Περὶ τῶν μὴ πιστευσάντων τοῦτο εἴρηκεν ὁ προφήτης, τότων τε, καὶ τῶν τοιότων· ἀκοὴν λέγων, τὴν περὶ τῦ χριστῦ προφητείαν, ἣν ἀκούσαντες οἱ προφῆται τοῖς ὠσὶ τῶν ψυχῶν αὐτῶν, ὑπὸ τῦ θείου πνεύματος ἐνηχηθεῖσαν, προεφήτευσαν. λέγει δὲ, ὅτι ἐδὼς τῶν τοιότων ἐπίστευσεν αὐτῇ.

Vers. 38. Καὶ — ἀπεκαλύφθη; Βραχίων τῦ πατρὸς, ὁ υἱὸς, ὡς δύναμις αὐτῦ. φησὶ γὰρ ὁ παῦλος· χριστὸς[p]) θεῦ δύναμις. ἐδενὶ τούτων ἐγνωρίσθη. οὐ παρὰ τὴν ἑαυτῦ κρυφιότητα, ἀλλὰ

p) 1 Cor. 1, 24.

[8]) δὲ, pro γάρ. A.

ſconſionem, ſed propter illorum caecitatem. Ipſe ſiquidem in modum ſolis, lucem ſuae diuinitatis oſtendebat, et per ſermones, et per opera. Illi vero malitia deprauatum habentes aſpectum non illuſtrabantur.

Verſ. 39. *Propterea — Ieſaias.* Etiam hic Propterea, non cauſale eſt, ſed futuri declaratiuum: quia futurum erat, vt credere non poſſent, ſiue non vellent: nam ſi voluiſſent, vtique credidiſſent. Non poſſe ſiquidem etiam ſignificat, Non velle, ſicut in praecedentibus docuimus. Aut, Non poterant credere, prohibiti a malitia et caecitate ſua. Quid ergo iterum dixit Ieſaias?

Verſ. 40. *Excaecauit — cor.* Et hoc ſcripturae idioma eſt, Dei permiſſionem, quaſi opus eius appellare. Siquidem Excaecauit, et indurauit, ſignificant, excaecari ac indurari permiſit, tanquam incurabiles: neminem enim vi attrahit, propter liberum cuiusque arbitrium. Simile etiam eſt, quod dicitur, Indurans indurabo cor Pharaonis, et, Declinare feciſti ſemitas noſtras a via tua, et, Errare feciſti nos, domine, a via tua: frequentiaque ſunt huiusmodi in veteri teſtamento idiomata.

Tale quoque eſt, quod apud Paulum dicitur, Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, et, Tradidit illos in affectiones ignominiae. Nam Deus non ſolum nemini hoc facit, ſed nec relinquit, niſi eum relinquamus. Ait namque, Peccata veſtra diuiſionem faciunt inter me et vos. Rurſumque dicit, Ignoraſti legem Dei tui, ignorabo et ego te. Et Dauid, Ecce, qui elongant ſe a te, peribunt.

Ad

9) τραυῶς ἐγίνωσκον. De τραυοῦν hoc ſenſu, vide Huet. ad Orig. T. III. p. 564. nota α.

7) A. ponit vocabulum κύριε, paulo poſt, ante συνεχῆ.

8) ἐ μόνον, abſunt. A.

ἀλλὰ παρὰ τὴν αὐτῶν τύφλωσιν. αὐτὸς μὲν γὰρ δίκην ἡλίου τὸ φῶς τῆς οἰκείας θεότητος ἐδείκνυε, καὶ διὰ λόγων, καὶ δι' ἔργων· αὐτοὶ δὲ σαθρωθεῖσαν τῇ πονηρίᾳ τὴν ὅρασιν ἔχοντες, οὐκ[o]) ἐνετράνιζον.

Vers. 39. Διὰ τοῦτο — ἡσαΐας. Καὶνταῦθα τὸ διὰ τοῦτο, οὐκ ἔστιν αἰτιολογίας, ἀλλὰ μέλλοντος, ὅτι ἔμελλον οὐ δύνασθαι πιστεύειν, εἴτουν, οὐ βέλεσθαι. εἰ γὰρ ἐβέλοντο, ἐπίστευον ἄν. τὸ γὰρ μὴ δύνασθαι, σημαίνει καὶ τὸ μὴ βέλεσθαι, ὡς καὶ προλαβόντες ἐδιδάξαμεν. ἢ οὐκ ἠδύναντο, κωλυόμενοι ὑπὸ τῆς κακίας καὶ πωρώσεως αὐτῶν. τί οὖν πάλιν εἶπεν ἡσαΐας.

Vers. 40. Τετύφλωκεν — καρδίαν. Ἰδίωμα καὶ τοῦτο τῆς γραφῆς, τὸ τὴν παραχώρησιν τῷ θεῷ, ὡς πρᾶξιν αὐτῷ λέγειν. τὸ γὰρ τετύφλωκε, καὶ τὸ πεπώρωκεν, ἀντὶ τοῦ, παρεχώρησε τυφλωθῆναι καὶ πωρωθῆναι, ὡς ἀνιάτων. ἐδένα γὰρ ἀνθέλκει, διὰ τὸ αὐτεξούσιον ἑκάστου. τοιοῦτόν ἐστι καὶ τό· σκληρύνων[q]) σκληρυνῶ τὴν καρδίαν Φαραώ· καὶ τὸ, ἐξέκλινας[r]) τὰς τρίβους ἡμῶν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου· καὶ τὸ, ἐπλάνησας[s]) ἡμᾶς, κύριε,[t]) ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου· συνεχῆ δὲ τὰ τοιαῦτα ἰδιώματα παρὰ τῇ παλαιᾷ γραφῇ.

q) Exod. 4, 21.
r) Pſ. 43, 19.
s) Iſ. 63, 17.

Τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ παρὰ παύλῳ· παρέδωκεν[t]) αὐτοὺς εἰς ἀδόκιμον νοῦν· καί· παρέδωκεν[v]) αὐτοὺς εἰς πάθη ἀτιμίας. ὁ γὰρ θεὸς οὐ[z]) μόνον ἐδέν τι τοιοῦτον πράττει· ἀλλ' ἐδὲ ἐγκαταλιμπάνει, ἐὰν μὴ ἐγκαταλίπωμεν αὐτόν. λέγει γάρ· οὐχὶ[x]) αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν διίστωσιν ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν; καὶ πάλιν φησὶν ἐπελάθου[y]) νόμου θεοῦ σου, ἐπιλήσομαί σου κἀγώ· καὶ ὁ δαυὶδ ἰδοὺ οἱ μακρύνοντες[z]) ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ, ἀπολοῦνται·

t) Rom. 1, 28.
v) Rom. 1, 26.
x) Iſ. 59, 2.
y) Oſee. 4, 6.
z) Pſ. 72, 27.

Ad haec saluator ipse in Euangeliis ad Ierusalem, Quoties volui congregare filios tuos et caetera et noluistis.

Vers. 40. *Vt — eos.* Rursum Vt, non est, causae redditiuum, sed futuri demonstratiuum, quia futurum erat, vt oculis non viderent, et corde non intelligerent, neque conuerterentur, nec sanarentur. Oculos autem dicit intellectuales: nam oculis non videre, declaratur per id, quod subditur, Corde non intelligere.
Haec tamen verba alio modo declarata sunt in euangelio iuxta Matthaeum, alio dicta tempore.

Vers. 41. *Haec — eo.* Haec puta, de caecitate ac induratione et caetera. Gloriam autem eius dicit glorioſam illam visionem, quando vidit dominum sedentem super solium excelsum, et ea quae circa ipsum erant, terribilia ac magnifica erant. Tunc enim filium vidit: et haec postmodum dixit ac loquutus est de eo, quum tunc haec ab eo audisset. Nam de Christo erant, quod excaecandi et indurandi erant, non visuri, nec intellecturi, quod Deus esset, neque conuertendi ab errore, vt sanarentur vulnera animarum ipsorum.

Vers. 42. *Veruntamen — v. 43. Dei.* Siquidem principes non erant, sed serui gloriae humanae. Propterea etiam dominus illis dicebat, Quomodo potestis vos credere, quum gloriam a vobis mutuo sumatis, et gloriam, quae a solo Deo est, non quaeratis.

Vers. 44. *Iesus — me.* Mitigata Iudaeorum ira apparuit iterum et docet. Quod autem dicit, tantundem est, ac si dicat, Qui credit in me, credit

[3]) Genitiuum habet Hentenius. Sed Datiuum videtur Euthymius elegisse, ne plures Genitiui concurrerent.

καὶ οὐθὶς ὁ σωτὴρ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις πρὸς τὴν Ἱερουσαλήμ· ποσάκις[a]) ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, καὶ τὰ ἔξης, καὶ οὐκ ἠθελήσατε. a) Matt. 23, 37.

Vers. 40. Ἵνα — αὐτές. Πάλιν τὸ ἵνα, οὐκ ἔστιν αἰτιολογίας, ἀλλὰ μέλλοντος, ὅτι ἔμελλον μὴ ἰδεῖν τοῖς ὀφθαλμοῖς, μηδὲ νοῆσαι τῇ καρδίᾳ, μηδ' ἐπιστραφῆναι καὶ ἰαθῆναι. ὀφθαλμοὺς δὲ λέγει, τοὺς νοητούς. τὸ γὰρ μὴ ἰδεῖν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἑρμηνευτικόν, τὸ μηδὲ νοῆσαι τῇ καρδίᾳ.

Ταῦτα δὲ τὰ ῥητὰ τρόπον ἕτερον ἡρμηνεύθησαν ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον, καθ' ἕτερον ῥηθέντα καιρόν.

Vers. 41. Ταῦτα — αὐτῦ. Ταῦτα, τὰ περὶ τῆς τυφλώσεως καὶ πωρώσεως, καὶ τὰ ἑξῆς. δόξαν δὲ αὐτῦ, φησὶ, τὴν ἔνδοξον ὀπτασίαν ἐκείνην, ὅτε εἶδε τὸν κύριον[b]) καθήμενον ἐπὶ θρόνυ ὑψηλοῦ, καὶ τἄλλα, τὰ περὶ αὐτῦ φοβερὰ καὶ ἐξαίσια. τὸν υἱὸν γὰρ εἶδε τότε, καὶ ταῦτα εἶπεν ὕστερον, καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ, ἀκέσας αὐτὰ τότε παρ' αὐτῦ. περὶ τῦ χριστῦ γὰρ ἦσαν, ὅτι ἔμελλον τυφλωθῆναι καὶ πωρωθῆναι, καὶ μὴ ἰδεῖν, μηδὲ συνιέναι, ὅτι θεός ἐστι, μηδ' ἐπιστραφῆναι ἀπὸ τῆς πλάνης, καὶ ἰαθῆναι τὰ τραύματα τῆς ψυχῆς αὐτῶν. b) Ies. 6, 1.

Vers. 42. Ὅμως — v. 43. θεῦ. Οὐκ ἄρα ἄρχοντες ἦσαν, ἀλλὰ δῆλοι δόξης ἀνθρωπίνης. διὰ τοῦτο καὶ ὁ κύριος ἔλεγεν αὐτοῖς· πῶς[c]) δύνασθε ὑμεῖς πιστεῦσαι, δόξαν παρὰ ἀλλήλων λαμβάνοντες, καὶ τὴν δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνυ θεῦ οὐ ζητοῦντες. c) Io. 5, 44.

Vers. 44. Ἰησῦς — με. Ἐνδόντος τοῖς[3]) ἰουδαίοις τῦ θυμῦ, πάλιν ἀνεφάνη καὶ διδάσκει. ὃ δὲ λέγει, τοιῦτόν ἐστιν. ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, πι-

credit in eum, qui me misit: non solum quia vna est natura et diuinitas amborum, verum etiam, quia honor ei, qui missus est, exhibitus, redundat in eum, qui misit. Et quod ait, Non credit in me, videtur quidem negationis, sed magis est exhortationis ad credendum. Simile quoque est et illud, Qui susceperit me, non me suscipit, sed eum, qui misit me. Nam et haec idiomatis sunt aliaque huiusmodi.

Scire autem oportet, quod aliud est credere ei, quam credere in eum: illud siquidem est, credere sermonibus eius, quod de caeteris etiam hominibus dicitur: hoc autem est, credere in diuinitatem eius, quod de solo Deo dicitur.

Vers. 45. *Et — me.* Visionem eam dicit, quae mentis est, ac si dicat, Qui meam cognouit dignitatem, eam quoque cognouit, quae patris est: nam vna et eadem est in nobis diuinitas: et ego patris imago sum, per omnia illi similis.

Videt autem quispiam Christi diuinitatem, non ex natura sua: diuina siquidem natura inuisibilis est, ac penitus inintelligibilis, iuxta illud, Deum nemo vidit unquam, sed ex operibus diuinis eiusque sermonibus.

Vers. 46. *Ego — veni.* Lux intellectualis soluens tenebras intellectus, per diuina opera ac verba, diuinitatis radios sanis offendens oculis.

Vers. 46. *Vt — maneat.* Quae sunt in errore peccati. Frequenter etiam eadem contestando dicit, assiduitate volens durum illorum cor emollire, et quicquid ad se attinet, in medium adducens: propterea siquidem etiam clamabat.

Vers. 47.

a) καὶ ταῦτα. A.

πέυει εἰς τὸν πέμψαντά με, οὐ μόνον διότι μία Φύσις καὶ θεότης ἀμφοῖν, ἀλλὰ καὶ διότι ἡ εἰς τὸν ἀπεσταλμένον τιμὴ, εἰς τὸν ἀποστείλαντα διαβαίνει. τὸ δὲ οὐ πιστεύει εἰς ἐμὲ, δοκεῖ μὲν ἀρνήσεως· ἔστι δὲ μᾶλλον προτροπῆς εἰς τὸ πιστεύειν. τοιοῦτον δέ ἐστι καὶ τό· ὁ [d]) ἐμὲ δεχόμενος, οὐκ ἐμὲ δέχεται, ἀλλὰ τὸν ἀποστείλαντά με. ἰδιωματικὰ γὰρ καὶ [4]) τὰ τοιαῦτα. d) Marc. 9, 37.

Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι ἕτερόν ἐστι τὸ πιστεύειν αὐτῷ, καὶ ἕτερόν ἐστι τὸ πιστεύειν εἰς αὐτόν· τὸ μὲν γάρ ἐστι πιστεύειν τοῖς λόγοις αὐτοῦ, ὃ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων λέγεται· τὸ δὲ ἐστι, πιστεύειν εἰς τὴν θεότητα αὐτοῦ, ὅπερ ἐπὶ θεοῦ μόνου λέγεται.

Vers. 45. Καὶ — με. Θεωρίαν, τὴν διὰ τοῦ νοῦ λέγει· ὅτι ὁ γνοὺς τὴν ἐμὴν θεότητα, ἔγνω τὴν τοῦ πατρός μου. μία γὰρ καὶ ἡ αὐτὴ θεότης ἐν ἡμῖν. καὶ ἐγὼ εἰκών εἰμι τοῦ πατρὸς ἀπαραλλακτος.

Θεωρεῖ δέ τις τὴν τοῦ χριστοῦ θεότητα, οὐκ ἀπὸ τῆς φύσεως αὐτῆς· ἀθεώρητος γὰρ ἡ θεία φύσις καὶ παντελῶς ἀνεννόητος· κατὰ τὸ· θεὸν [e]) οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· ἀλλ' ἀπὸ τῶν θεοπρεπῶν ἔργων καὶ λόγων αὐτοῦ. e) Io. 1, 18.

Vers. 46. Ἐγὼ — ἐλήλυθα. Φῶς νοητὸν, λύων τὸ νοητὸν σκότος, καὶ διὰ τῶν θεοπρεπῶν ἔργων καὶ λόγων παραδεικνύων τὰς ἀκτῖνας τῆς θεότητος τοῖς ὑγιέσιν ὀφθαλμοῖς.

Vers. 46. Ἵνα — μείνῃ. Τῇ τῆς πλάνης, τῇ τῆς ἁμαρτίας. διαφόρως δὲ τὰ αὐτὰ λέγει διαμαρτυρόμενος, καὶ τῇ συνεχείᾳ μαλάξαι τὸ σκληρὸν τῆς καρδίας αὐτῶν βουλόμενος, καὶ πᾶν εἰσφέρων τὸ ἑαυτοῦ. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἔκραξε.

Verſ. 47. *Et — eum.* In praeſenti ſeculo.

Verſ. 47. *Neque — mundum.* Dixit etiam tertio capite, Non miſit Deus filium ſuum in mundum, vt condemnet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per eum: et ibi quoque lege enarrationem quae optima eſt.

Verſ. 49. *Qui — ipſum.* Qui mihi non paret, nec ſuſcipit verba mea, habet qui ſe conuincat ac condemnet: quis ſit autem is, audito.

Verſ. 48. *Sermo — die.* Quis autem ſit hic ſermo, aduerte.

Verſ. 49. *Quia — loquar.* Quia dicebant, non eſſe eum a Deo, et propterea non obediebant ei, ait: In nouiſſimo die ſermo, quem loquutus ſum dicens, quod ex meipſo non ſum loquutus, ſed pater, qui miſit me, ipſe mihi praeceptum dedit, quid dicam et quid loquar, ille condemnabit eum, loco accuſatoris conſtitutus, conuincens, omnemque amputans occaſionem, quem operibus confirmaui, ex omni parte oſtendens, quod Deo non ſim contrarius.

Verſ. 50. *Et — eſt.* Vtpote vitam concilians aeternam, tanquam ad vitam adducens aeternam. Sunt ergo inexcuſabiles, qui ea non ſuſcipiunt, quae mihi praecepta ſunt, vt loquar, videlicet verba mea, doctrinam meam: et ſibiipſis ſunt inimici, vtpote vitam non ſuſcipientes aeternam.

Haec vero, Quid dicam et quid loquar, idem ſignificant. Multa autem ſunt huiusmodi apud ſacram ſcripturam.

Verſ. 50.

Vers. 47. Καὶ — αὐτόν. Ἐν τῷ ὧν αἰῶνι.

Vers. 47. Οὐ — κόσμον. Εἶπε καὶ ἐν τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ· ὅτι f) οὐκ ἀπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ εἰς τὸν κόσμον, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ. καὶ ἀνάγνωθι πάλιν ἐκεῖ τὴν ἐξήγησιν εὖ ἔχουσαν. f) Io. 3, 17.

Vers. 48. Ὁ — αὐτόν. Ὁ ἀπειθῶν ἐμοὶ, καὶ μὴ δεχόμενος τὰ ῥήματά μου, ἔχει τὸν 5) κατακρίνοντα, τὸν ἐλέγχοντα αὐτόν. τίς δέ ἐστιν οὗτος, ἄκουσον.

Vers. 48. Ὁ λόγος — ἡμέρᾳ. Τίς δὲ ὁ λόγος ἔτος, ἐνωτίσθητι.

Vers. 49. Ὅτι — λαλήσω. Ἐπεὶ ἔλεγον, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ θεοῦ, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐπείθοντο αὐτῷ, φησὶν, ὅτι ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ ὁ λόγος, ὃν ἐλάλησα λέγων, ὅτι ἐξ ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλάλησα, ἀλλ' ὁ πέμψας με πατὴρ, αὐτός μοι ἐνετείλατο, τί εἴπω καὶ τί λαλήσω, ἐκεῖνος κρινεῖ αὐτὸν, ἐν τάξει κατηγόρου ἱσάμενος καὶ διελέγχων, καὶ πᾶσαν ἀπολογίαν περιαιρῶν, ὃν ἐβεβαίουν τοῖς ἔργοις, πανταχόθεν δεικνύων, ὅτι οὐκ εἰμὶ ἀντίθεος.

Vers. 50. Καὶ — ἐστιν. Ὡς ζωὴν αἰώνιον προξενοῦσα, ὡς εἰς ζωὴν αἰώνιον ἄγουσα. ἀναπολόγητοι οὖν οἱ μὴ δεχόμενοι τὰ ἐνταλθέντα μοι λαληθῆναι, ἤτοι, τὰ ῥήματά μου, τὴν διδασκαλίαν μου. καὶ ἐπίβουλοί εἰσιν ἑαυτῶν, ὡς μὴ δεχόμενοι τὴν αἰώνιον ζωήν.

Τὸ δὲ· τί εἴπω καὶ τί λαλήσω, τὸ αὐτὸ δηλοῦσι. πολλὰ δὲ τοιαῦτα παρὰ τῇ γραφῇ.

5) τὸν κρίνοντα. A.

Verſ. 50. *Quae — loquor.* Et per praedictam et per praeſentem ſententiam, rurſum inducit eos ad fidem, parcens adhuc illis prae immenſa benignitate. De huiusmodi autem humilitate verborum diſpenſatorie dictorum, variis in locis diximus. Illa namque, A meipſo non veni: et, Ex meipſo non ſum loquutus: et, Ipſe mihi praeceptum dedit, quid dicam et quid loquar, ac ſimilia: manifeſtius quidem confirmant, quod Deo non ſit contrarius: ſecretius vero innuunt, quod patri ſit aequalis.

Cap. XIII. v. 1. *Ante — patrem.*

Nam poſtquam mortuus eſt ac reſurrexit, a terra in coelum migrauit.

Verſ. 1. *Quum dilexiſſet — eos.* Suos, vocat diſcipulos, vtpote domeſticos propter obedientiam. Sui autem appellati quoque ſunt omnes Iudaei, tanquam cognati: imo etiam omnes ſimul homines, tanquam creaturae ipſius. Addidit autem, Qui erant in mundo. Nam qui iam in virtutute mortui erant, eius etiam proprii dicebantur, Abraham videlicet Iſaac et Iacob, quique tempore illorum iuſti erant. Quum dilexiſſet ergo diſcipulos ad id vſque temporis, tunc magis dilexit eos. Nam, In finem, idem ſignificat, quod vehementer. Quia enim iam moriturus erat, eosque relicturus, dilectionem intendit ad accenſionem vehementioris memoriae ipſius. Signum vero intentionis fuit, lotio pedum illorum: nam qui aliquem feruenter amat, ne extremum quidem eius miniſterium deuitat.

Verſ. 2. *Et coena facta.* In diuerſorio, in inſtrato coenaculo: quia facta veſpera, ſicut dixit Mat-

Vers. 50. Ἃ — λαλῶ. Καὶ διὰ τοῦ προῤῥηθέντος, καὶ διὰ τοῦ παρόντος ῥητοῦ, πάλιν ἐνάγει τούτους εἰς πίστιν, ἔτι φειδόμενος αὐτῶν ὑπὸ τῆς ἀπείρου φιλανθρωπίας. περὶ μέντοι τῆς ταπεινότητος τῶν τοιούτων οἰκονομικῶν ῥημάτων, διαφόρως εἰρήκαμεν. τὸ γὰρ ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐκ g) ἐλήλυθα, καὶ ἐξ h) ἐμαυτοῦ ἐκ ἐλάλησα, καὶ αὐτός μοι ἐντολὴν ἔδωκε, τί εἴπω καὶ τί λαλήσω, καὶ τὰ τοιαῦτα, φανερώτερον μὲν, τὸ μὴ εἶναι αὐτὸν ἀντίθεον βεβαιοῦσι· κρυφιώτερον δὲ, τὸ εἶναι αὐτὸν ἴσον τῷ πατρὶ ὑποφαίνουσι.

g) Io. 7, 28.
h) Io. 12, 49.

Cap. XIII. v. 1. Πρὸ — πατέρα.

Ἀποθανὼν γὰρ καὶ ἀναστὰς, μετέβη ἀπὸ τῆς γῆς εἰς τὸν οὐρανόν.

Vers. 1. Ἀγαπήσας — αὐτούς. Ἰδίους λέγει, τοὺς μαθητὰς, ὡς οἰκείους, διὰ τὴν εὐπείθειαν. ἴδιοι δὲ αὐτοῦ προσηγορεύθησαν καὶ οἱ πάντες ἰουδαῖοι, ὡς συγγενεῖς· καὶ οἱ σύμπαντες ἄνθρωποι, ὡς δημιουργήματα αὐτοῦ. τὸς ἐν τῷ κόσμῳ δὲ εἶπε, διότι καὶ οἱ τετελευτηκότες ἐν ἀρετῇ, ἴδιοι αὐτοῦ ἦσαν, ἀβραὰμ καὶ ἰσαὰκ καὶ ἰακὼβ, καὶ οἱ κατ' ἐκείνους δίκαιοι. ἀγαπήσας οὖν, φησὶ, τοὺς μαθητὰς ἄχρι τοῦ τότε καιροῦ, τότε μᾶλλον ἠγάπησεν αὐτούς· τὸ γὰρ εἰς τέλος, τὸ σφόδρα δηλοῖ. ἐπεὶ γὰρ ἔμελλεν ἤδη ἀποθανεῖν καὶ ἀπολιπεῖν αὐτοὺς, ἐπιτείνει τὴν ἀγάπην, εἰς ἐμπύρευμα μνήμης αὐτοῦ σφοδροτέρας. σημεῖον δὲ τῆς ἐπιτάσεως, τὸ νίψαι τοὺς πόδας αὐτῶν. ὁ γὰρ ἀγαπῶν τινὰ θερμῶς, ἐδὲ τὴν ἐσχάτην ὑπηρεσίαν αὐτοῦ παραιτεῖται.

Vers. 2. Καὶ δείπνου γενομένου. Ἐν τῷ καταλύματι, ὅπου τὸ ἐσρωμένον ἀνώγεων, ὅτε

Matthaeus, accubuit cum duodecim. Quaere ergo hanc ſententiam ſexageſimo tertio eius capite, ac lege omnem, quae ibi data eſt, expoſitionem.

Verſ. 2. *Quum diabolus — traderet.* Quum iam tunc cogitationem immiſiſſet, quando vnguentum effudit ſuper caput Ieſu mulier, de qua ſcripſit Matthaeus. Quaere ergo iuxta finem ſexageſimi ſecundi capitis ipſius, vbi dicitur, Amen dico vobis, vbicunque praedicatum fuerit hoc euangelium in vniuerſo mundo et caetera, et lege finem datae ibi expoſitionis.

Hoc autem interpoſuit euangeliſta cum ſtupore admirans excellentem Chriſti clementiam, quia huius etiam pedes lauit, qui in proximo erat eum traditurus.

Cap. XVI. De lotione pedum.

Verſ. 3. *Sciens — manus.* Tanquam filio legitimo et vnigenito. Humano autem more dixit, Omnia dedit ipſi pater in manus, Chriſtum ipſum imitans, qui frequenter huiusmodi de ſe diſpenſatorie ſolet dicere, ſicut variis in locis diximus. Sicut autem pater tradit filio, ſic et filius patri. Ait enim Paulus, Quum tradiderit regnum Deo et patri.

Verſ. 3. *Et — iret.* Tanquam filius Dei ac Deus. Ait ergo, Sciens ſeipſum omnipotentem ac Dei filium: licet tantae eſſet poteſtatis, talisque dignitatis, ad extremam tamen deſcendit humilitatem, tum dilectionem erga diſcipulos oſtendens, tum eos animi modeſtiam edocens.

Verſ. 4. *Surgit — veſtimenta.* Non omnia, ſed exteriorem amictum, aut etiam indumentum, quod

ὀψίας i) γενομένης, ὡς εἶπε ματθαῖος, ἀνέκειτο μετὰ τῶν δώδεκα. ζήτησον οὖν τουτὶ τὸ ῥητὸν ἐν τῷ ἑξηκοστῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ αὐτοῦ, καὶ ἀνάγνωθι πᾶσαν τὴν ἐκεῖ ῥηθεῖσαν ἐξήγησιν. i) Matt. 26, 20.

Verſ. 2. Τοῦ διαβόλου — παραδῶ. Ἤδη βεβληκότος λογισμὸν τότε, ὅτε τὸ μύρον κατέχεεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ χριστοῦ ἡ γυνὴ, περὶ ἧς ματθαῖος ἱστόρησε. ζήτησον οὖν πρὸς τῷ τέλει τοῦ ἑξηκοστοῦ δευτέρου κεφαλαίου αὐτοῦ τὸ· ἀμὴν, k) ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅπου ἐὰν κηρυχθῇ τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ἀνάγνωθι τὸ τέλος τῆς ἐκεῖ ῥηθείσης ἐξηγήσεως. k) Matt. 26, 13.

Τοῦτο δὲ παρενέβαλεν ὁ εὐαγγελιστὴς, ἐκπλῆττόμενος τὴν ὑπερβάλλουσαν τοῦ σωτῆρος ἀνεξικακίαν, ὅτι καὶ τούτου τοὺς πόδας ἔνιψε, μελετῶντος ἤδη προδοῦναι αὐτόν.

Κεφ. Ις. Περὶ τοῦ νιπτῆρος.

Verſ. 3. Εἰδὼς — χεῖρας. Ὡς υἱῷ γνησίῳ καὶ μονογενεῖ. ἀνθρωποπρεπῶς δὲ εἶπεν, ὅτι πάντα δέδωκεν αὐτῷ ὁ πατὴρ εἰς τὰς χεῖρας, μιμούμενος τὸν χριστὸν, τοιαῦτα λέγοντα περὶ ἑαυτοῦ πολλάκις κατ' οἰκονομίαν, ὡς διαφόρως εἰρήκαμεν. ὥσπερ δὲ ὁ πατὴρ παραδίδωσι τῷ υἱῷ· ἔτω καὶ ὁ υἱὸς τῷ πατρί. φησὶ γὰρ παῦλος· ὅταν l) παραδῷ τὴν βασιλείαν τῷ θεῷ καὶ πατρί. l) 1 Cor. 15, 24.

Verſ. 3. Καὶ — ὑπάγει. Ὡς υἱὸς θεοῦ καὶ θεός. φησὶν οὖν, ὅτι εἰδὼς, ἑαυτὸν παντοκράτορα, καὶ υἱὸν θεοῦ, καὶ τοσαύτης μὲν ἐξουσίας, τηλικαύτης δὲ ἀξίας, ὅμως εἰς ἄκραν συγκατέβη ταπείνωσιν· ἅμα μὲν τὴν εἰς τοὺς μαθητὰς ἀγάπην ἐνδεικνύμενος· ἅμα δὲ παιδεύων αὐτοὺς ταπεινοφρονεῖν.

Verſ. 4. Ἐγείρεται — ἱμάτια. Οὐ πάντα,

quod veſti illi exteriori adhaerebat, quo ſuccinctior eſſet ad id, quod facere parabat.

Verſ. 4. *Quumque accepiſſet — ſe.* Linteo ſeſe praecinxit ad extergendos lauandorum pedes.

Verſ. 5. *Deinde — peluim.* Ipſe etiam aquam ferebat, et vniuerſa cum omni promtitudine propriis manibus faciebat: vt et nos miniſtrantes, cuncta cum omni promtitudine per nosipſos faciamus, in illum reſpicientes: neque extollamur: quid enim ſumus nos, ſi ad Deum conferamur? Linteum itaque, peluim ac hydriam a patrefamilias procul dubio in eum tunc vſum accepit.

Verſ. 5. *Et —* v. 6. *Petrum.* Quia lauare coepit ac poſtmodum venit ad Petrum: apparet, quod primum lauerit pedes Iſcariotae: ſimul quidem beneficio afficiens ac honorans proditorem ſuum vſque ad mortem, vt et nos ſimiliter faciamus. Simul etiam compungi volens illum, qui talia aduerſus talem gubernatorem cogitaret.

Verſ. 6. *Et — pedes?* Tu qui filius Dei es? In ſtuporem verſus hoc dixit, ac vehementer cum reuerentia veritus.

Verſ. 7. *Reſpondit — modo.* Quod ego hac re doceo.

Verſ. 6. *Scies autem poſtea.* Quando hoc manifeſtauero. Nam paulo poſt de hoc dicturus eſt, Si ego laui veſtros pedes dominus et magiſter, et vos debetis inuicem alii aliorum lauare pedes. Vel ſcies poſtea, quum me videris in coelum aſ-

ſum-

6) εὐσαλές. B.
7) κύτουργίας. A.

πάντα, ἀλλὰ τὸ ἔξωθεν περιβόλαιον, ἢ καὶ τὸ μετ' ἐκεῖνο, πρὸς τὸ [6]) εὐσαλὴς εἶναι.

Vers. 4. Καὶ λαβὼν — ἑαυτόν. Τῷ λεντίῳ διέζωσεν ἑαυτὸν, πρὸς τὸ ἐκμάσσειν δι' αὐτοῦ τοὺς πόδας τῶν νιπτομένων.

Vers. 5. Εἶτα — νιπτῆρα. Αὐτὸς καὶ τὸ ὕδωρ κομίσας, καὶ πάντα μετὰ πάσης προθυμίας αὐτουργήσας, ἵνα καὶ ἡμεῖς διακονοῦντες πάντα μετὰ πάσης προθυμίας [7]) αὐτουργῶμεν, εἰς ἐκεῖνον ἀποβλέποντες, καὶ μὴ ἐπαιρώμεθα. τί γὰρ ἡμεῖς πρὸς τὸν θεόν; τὸ μέντοι λέντιον, καὶ τὸν νιπτῆρα, καὶ τὴν ὑδρίαν, ἀπὸ τῆς οἰκοδεσπότου πάντως ἔλαβεν εἰς τὴν τότε χρῆσιν.

Vers. 5. Καὶ — v. 6. πέτρον. Ἐπεὶ ἤρξατο νίπτειν, εἶτα ἦλθε πρὸς τὸν πέτρον, φαίνεται, ὅτι [8]) πρῶτον ἔνιψε τὰς πόδας τοῦ ἰσκαριώτου, ἅμα μὲν εὐεργετῶν ἄχρι θανάτου καὶ τιμῶν τὸν προδότην αὐτοῦ, ἵνα καὶ ἡμεῖς ὁμοίως ποιῶμεν· ἅμα δὲ καὶ βελόμενος αὐτὸν καταυγῆναι, τοιαῦτα κατὰ τοῦ τοιούτου κηδεμόνος διανοούμενον.

Vers. 6. Καὶ — πόδας; Σὺ, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ; ἐκπλαγεὶς γὰρ εἶπε τοῦτο, καὶ σφόδρα εὐλαβηθείς.

Vers. 7. Ἀπεκρίθη — ἄρτι. Ὃ ἐγὼ διδάσκω, διὰ τούτου τοῦ πράγματος.

Vers. 7. Γνώσῃ δὲ μετὰ ταῦτα. Ὅτε φανερώσω αὐτό. οὐκ εἰς μακρὰν γὰρ ἐρεῖ περὶ τούτου· ὅτι [m]) εἰ ἐγὼ ἔνιψα ὑμῶν τοὺς πόδας, ὁ κύριος καὶ ὁ διδάσκαλος, καὶ ὑμεῖς ὀφείλετε ἀλλήλων νίπτειν τοὺς πόδας, καὶ τὰ ἑξῆς· ἡ γνῶσις μετὰ ταῦτα, ὅταν με ἴδῃς ἀναλαμβανόμενον εἰς

m) Io. 13, 14.

[8]) Est haec Chrysostomi opinio. Tom. VIII. p. 415. A.

ſumtum, quum venerit ſuper vos paracletus: tunc enim ſcies, qualis quale fecerim opus et quare.

Verſ. 8. *Ait — aeternum.* Hoc eſt, nunquam, aſſeuerabat enim honorans illum ac venerans.

Verſ. 8. *Reſpondit* — v. 9. *caput.* Non dixit, quam ob cauſam hoc faceret, ſciens, illi non poſſe eo modo perſuaderi, ſed potius magis repugnaturum: ſed quum prae nimio amore repugnaret, ex hoc illi perſuadet: comminatus namque exciſionem, protinus eum inclinauit, fecitque, vt ille amplius petat, quam prius ab eo petebatur: et tantum ſe offerat ad id miniſterium perferendum, quantum prius ad repugnandum, imo etiam amplius. Non tantum, inquit, pedes, ſed et manus et caput: ita nimia dilectione et primum obſiſtebat, et poſtmodum concedebat.

Verſ. 10. *Dicit — eſtis.* Ne opinarentur lotionem hanc, purificationem quandam eſſe, quale et baptiſma: huiusmodi opinionem exemplariter ſoluit dicens, Qui lotus eſt, non indiget lauari, niſi ſolos pedes, quibus calcando lauacrum egreditur, ſed eſt mundus totus, vtpote iam lotus. Et vos mundi eſtis, nempe mundati iam per doctrinam, quam vos docui, et abiecta omni prauitate ac malitia.

Nam et Chryſoſtomus interpretans illud, Et vos mundi eſtis: ait etiam adiectum eſſe, Propter ſermonem, quem loquutus ſum vobis. Itaque doctrina

9) ἢ πρὶν παρατεῖσθαι. A.

2) Chryſoſt. Tom. VIII. p. 416. B. non dicit, haec προσκεῖσθαι, ſed ea explicationis cauſſa infert ex Io. 15, 3. Dum ergo addit. videtur dicere, id προσκεῖσθαι. Aut ex vocabulo ἐπήγαγεν id collegit

εἰς τὸν οὐρανόν, ὅταν ἔλθῃ ὁ παράκλητος ἐφ' ὑμᾶς. τότε γὰρ γνώσῃ, ἡλίκος ὢν ἡλίκον ἔργον ἐποίησα, καὶ διατί.

Vers. 8. Λέγει — αἰῶνα. Εἰς τὸν αἰῶνα, ἀντὶ τοῦ, ποτέ. διϊσχυρίζεται γὰρ, τιμῶν αὐτὸν, καὶ λίαν αἰδέμενος.

Vers. 8. Ἀπελθὼν — v. 9. κεφαλήν. Οὐκ εἶπε μὲν, τίνος ἕνεκεν τοῦτο ποιεῖ, γινώσκων αὐτὸν μὴ πειθησόμενον ἀπὸ τούτου, μᾶλλον μὲν οὖν ἐπὶ πλέον ἐνησόμενον· ἐπεὶ δὲ ἀπὸ πολλῆς ἀγάπης διϊσχυρίζετο, ἀπὸ ταύτης αὐτὸν πείθει. ἀπειλήσας γὰρ ἔκπτωσιν αὐτῆς, αὐτίκα τοῦτον ὑποκλίνει, καὶ ποιεῖ μᾶλλον αἰτεῖν, ὃ[9]) πρὶν παρητεῖτο, καὶ τοσαύτην ἱκεσίαν εἰσφέρειν, ὅσην πρότερον εἰσέφερεν ἔνσασιν, μᾶλλον δὲ καὶ πλείονα. μὴ τοὺς πόδας, γάρ φησι, μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς χεῖρας καὶ τὴν κεφαλήν. ἕτω δὶ ὑπερβολὴν ἀγάπης καὶ πρῶτον ἐνέξη, καὶ ὕστερον ἐνέδωκε.

Vers. 10. Λέγει — ἐστέ. Ἵνα μὴ ὑπολάβωσιν, ὅτι ἡ νίψις αὕτη, καθάρσιόν τί ἐστιν, δίον καὶ τὸ βάπτισμα, λύει τὴν τοιαύτην ὑποψίαν παραδειγματικῶς, ὅτι ὁ λελουμένος δὲ χρήζει λέσαθαι, εἰ μὴ τοὺς πόδας νίψαθαι μόνους, διότι τούτοις περιπατῶν. ἔξεισι τοῦ λουτροῦ· ἀλλ' ἔστι καθαρὸς ὅλος, ὡς ἤδη λελουμένος· καὶ ὑμεῖς καθαροί ἐστε, ὡς ἤδη καθαριθέντες ὑπὸ τῆς διδασκαλίας, ἣν ἐδίδαξα ὑμᾶς, καὶ ῥίψαντες πᾶσαν κακίαν καὶ πονηρίαν.

Ἑρμηνεύων γὰρ ὁ χρυσόστομος τό· καὶ ὑμεῖς καθαροί ἐστε· προσκεῖσθαι[1]) λέγει καὶ τό· διὰ τὸν λόγον, ὃν λελάληκα ὑμῖν, εἴτουν, τὴν διδασκαλίαν.

git Euthymius, quo tamen haud adeo diligenter vtitur, vt ex multis exemplis constat.

doctrina non opus est vobis, vt mundemini ab his, quibus iam emundati estis, nisi vt solis pedibus lauemini, propter causam, quam nunc non scitis, scietis autem postea.

Vers. 10. *Sed non omnes.* Non omnes mundi estis.

Vers. 11. *Sciebat — estis.* Nouerat eum, qui praecipitatus et contaminatus erat.

Vers. 12. *Quum — vobis?* Ignorantes interrogat, quo attentiores reddat: nam postquam factum est, vult nunc docere, quod ignorabant.

Vers. 13. *Vos — etenim.* Sum ista, tanquam Deus. Nam cum discipulis loquens sese detegit. Dicens itaque, Vos dicitis: vos me ita appellatis: sermonem inuidia carere fecit. Addens autem, Sum: huiusmodi confirmauit appellationes, nec ad gratiam, sed propter veritatem dictas demonstrauit. Iam ergo hinc ratiocinemini.

Vers. 14. *Si — pedes.* Non dixit, si ego, qui natura dominus sum, laui vestros pedes, qui natura serui estis, multo magis vos inuicem conserui, debetis alii aliorum lauare pedes. Neque dixit, Si ego proditoris laui pedes, multo magis vos insidiatorum: sed haec per opera significans, horum disputationem reliquit auditorum conscientiae.

Vers. 15. *Exemplum — vobis.* Exemplum deiectionis in dilectione, hoc opere tradidi vobis.

Vers. 15. *Vt — faciatis.* Et dilectione deiecti, ac subditis ministrantes. At vero ipse quidem erat maior, quam intelligi ac dici posset: nos autem sumus terra et cinis, pulvis et coenum, aut si quid

λίαν. οὐ χρήζετε οὖν καθαρισθῆναι, ὧν ἐκαθαρίσθητε, εἰ μὴ τοὺς πόδας νίψασθαι μόνους, διὰ πρᾶγμα, ὃ οὐκ οἴδατε ἄρτι, γνώσεσθε δὲ μετὰ ταῦτα.

Vers. 10. Ἀλλ' οὐχὶ πάντες. Οὐ πάντες καθαροί ἐστε.

Vers. 11. Ἤδει — ἐστε. Ἤδει αὐτὸν ἐκτραχηλιθέντα καὶ ὑποπωθέντα.

Vers. 12. Ὅτε — ὑμῖν; Ἐρωτᾷ ἀγνοοῦντας, ἵνα διεγείρῃ εἰς προσοχήν. μετὰ γὰρ τὸ ποιῆσαι, λοιπὸν βέλεται διδάξαι τὸ ἀγνοούμενον.

Vers. 13. Ὑμεῖς — γάρ. Εἰμὶ ταῦτα, ὡς θεός. πρὸς τοὺς μαθητὰς γὰρ διαλεγόμενος ἐκκαλύπτει ἑαυτόν. εἰπὼν μὲν οὖν· ὅτι ὑμεῖς φωνεῖτέ με, ὑμεῖς καλεῖτέ με οὕτως, ἀνέπαυσε τὸν λόγον ἐποίησε· προσθεὶς δὲ· ὅτι εἰμὶ, ἐβεβαίωσέ τε τὰς τοιαύτας προσηγορίας, καὶ μὴ πρὸς χάριν, ἀλλὰ πρὸς ἀλήθειαν λεγομένας ἀπέδειξε. λοιπὸν τοίνυν ἐντεῦθεν συλλογίζεται.

Vers. 14. Εἰ — πόδας. Οὐκ εἶπεν, ὅτι ἐὰν ἐγὼ, ὁ φύσει κύριος, ἔνιψα ὑμῶν, τῶν φύσει δούλων, τοὺς πόδας, πολλῷ μᾶλλον ὑμεῖς, οἱ ὁμόδουλοι, ὀφείλετε ἀλλήλων νίπτειν τοὺς πόδας· οὐδ', ὅτι ἐὰν ἐγὼ ἔνιψα τοὺς τοῦ προδότου, πολλῷ μᾶλλον ὑμεῖς τοὺς τῶν ἐπιβούλων· ἀλλὰ διὰ τῶν ἔργων ταῦτα δηλώσας, ἀφῆκε τὴν διάκρισιν αὐτῶν τῇ συνειδήσει τῶν ἀκροωμένων.

Vers. 15. Ὑπόδειγμα — ὑμῖν. Ὑπόδειγμα τῆς ἐν ἀγάπῃ ταπεινώσεως ἔδωκα ὑμῖν, διὰ τῆς τοιαύτης πράξεως.

Vers. 15. Ἵνα — ποιῆτε. Ἐξ ἀγάπης ταπεινούμενοι, καὶ διακονοῦντες τοῖς ὑποβεβηκόσι. καίτοιγε, αὐτὸς μὲν ἦν ὑπὲρ ἔννοιαν καὶ λόγον· ἡμεῖς δέ ἐσμεν γῆ καὶ σποδὸς, καὶ τέφρα,

ſi quid his vilius eſt. Quando vero non tantum ad minores non deiicimus nos, ſed neque ad maiores: nec ſolum pedes ſeruorum non lauamus, ſed neque amicorum, quum etiam inſidiatorum lauare debeamus: qua obſecro condemnatione digni non erimus? qui non ſolum Chriſti non imitamur exemplum, verum etiam e contrario erigimur, et ex diametro extollimur, nec quod debitum eſt exſoluimus. Et vos, inquit, debetis inuicem alii aliorum lauare pedes.

Verſ. 16. *Amen — illum.* Itaque ſi ego, qui incomparabiliter maior ſum, meipſum adeo deieci, multo magis vos. Et hoc autem ineffabilis humilitatis ipſius eſt, quod ſeſe dederit exemplum, creatorem videlicet creaturis: et quodammodo ſe comparauerit, qui incomparabilis eſt.

Dixit autem et hanc ſententiam decimo nono capite iuxta Matthaeum: ibi ergo quaere, quod dicitur, Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum ſuum et caetera.

†† Non eſt ſeruus. Quamdiu ille quidem eſt ſeruus huius, hic apoſtolus eius. Inferioris enim eſt conditionis, et ſeruire, et nuntium mitti.

Verſ. 17. *Si — ea.* Si haec nouiſtis, quae dicta ſunt, nouiſtis autem ea, quum a me didiceritis: beati eritis ſi feceritis ea, neque enim nosse ſufficit, ſed et facere oportet.

Verſ. 18. *Non — dico.* Puta, Si feceritis ea. Nam de Iuda hoc dicebat, qui non ſolum ea facturus non erat, ſed nec aliud quicquam eorum, quae praecepta erant, de proditione iam curam habens.

Verſ. 18.

*) αὐτοῦ, abeſt. A.

καὶ κόνις, καὶ εἴ τι τούτων εὐτελέστερον. ὅταν δὲ οὐ μόνον οὐ ταπεινώμεθα πρὸς τοὺς ἐλάττονας, ἀλλ' ἀδὲ πρὸς τοὺς μείζονας· καὶ οὐ μόνον ἀ νίπτομεν τοὺς πόδας τῶν δούλων, ἀλλ' ἀδὲ τῶν φίλων, οἱ καὶ τοὺς τῶν ἐπιβούλων νίπτειν ὀφείλοντες· ποίας οὐκ ἂν εἴημεν ἄξιοι καταδίκης, ἀ μόνον ἀ μιμούμενοι τὸ δοθὲν ὑπόδειγμα, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἐναντίας ἰσάμενοι, καὶ κατὰ διάμετρον ἐπαιρόμενοι, καὶ τὴν ὀφειλὴν ἀκ ἀποδιδόντες; καὶ ὑμεῖς, γάρ φησιν, ὀφείλετε ἀλλήλων νίπτειν τοὺς πόδας.

Vers. 16. Ἀμὴν — αὐτόν. Λοιπὸν ἔν, εἰ ἐγὼ ὁ ἀσυγκρίτως μείζων, ὅτως ἐταπεινώθην, πολλῷ μᾶλλον ὑμεῖς. καὶ τοῦτο δὲ τῆς ἀφάτου ταπεινώσεως αὐτοῦ, τὸ δοῦναι ἑαυτὸν παράδειγμα, τὸν πλάστην τοῖς πλάσμασι, καὶ τρόπον τινὰ συγκρίνεσθαι τὸν ἀσύγκριτον.

Εἶπε δὲ τὸ νόημα τοῦτο καὶ ἐν τῷ ἐννεακαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ ματθαῖον, καὶ ζήτησον ἐκεῖ τό· οὐκ ἔστι n) μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον[2]) αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. n) Matt. 10, 24.

[Οὐκ[3]) ἔστι δοῦλος· Ἕως ἂν ὁ μὲν ἐστι δοῦλος τούτῳ, ὁ δὲ ἀπόστολος ἐκείνου. ἐλάττωσις γὰρ καὶ τὸ δουλεύειν, καὶ τὸ ἀποστέλλεσθαι.]

Vers. 17. Εἰ — αὐτά. Εἰ ταῦτα οἴδατε, τὰ ῥηθέντα· οἴδατε δὲ αὐτὰ, παρ' ἐμοῦ μαθόντες· μακάριοί ἐστε, ἐὰν ποιῆτε αὐτά. οὐκ ἀρκεῖ γὰρ εἰδέναι μόνον, ἀλλὰ χρὴ καὶ ποιεῖν.

Vers. 18. Οὐ — λέγω. Τὸ, ἐὰν ποιῆτε αὐτά. περὶ τοῦ ἰούδα γὰρ τοῦτο ἔλεγεν, ὃς οὐ μόνον οὐκ ἔμελλε ποιήσειν αὐτὰ, ἀλλ' ἀδ' ἄλλό τι τῶν ἐντεταλμένων, ἤδη τὴν προδοσίαν μελετῶν.

3) Haec vterque in margine habet. Caret iis Hentenius.

Verſ. 18. *Ego — elegerim.* Noui, tanquam Deus, quinam ex electis meis facturi ſunt ea, et quis ſit, qui non faciet. Superius quoque dixit, Et vos mundi eſtis, ſed non omnes: variisque temporibus multa huiusmodi loquutus eſt, quae ſolius proditoris pungerent conſcientiam, ſimulque docerent, quod eum non lateret proditor, et illum ad poenitentiam ac correctionem euocarent: verum non perſuaſerunt.

Cur autem etiam proditorem elegerit, diximus octauo iuxta Marcum capite: et ibi quaere, quod dicitur, Et aſcendit in montem, et vocauit, quos ipſe voluit et caetera, totamque illorum verborum lege enarrationem.

Verſ. 18. *Sed — ſuum.* Etiam in hoc loco dictio Vt, manifeſtatiua eſt eius, quod futurum erat. Hoc quoque ſicut et alia propter proditorem dicit. Nam futurum erat: vt compleretur ſcriptura Dauidica, quae ait, Qui comedit panes meos ampliauit aduerſum me ſupplantationem.

Septuaginta ergo ex Hebraico ſenſu hanc ita interpretati ſunt: Chriſtus vero eandem nunc ex eodem interpretatus, aliis dictionibus eandem vim obtinentibus eadem et ipſe dicit. Siquidem idem ſibi volunt, Qui edit, quum euangeliſta, Chriſti verba referens, habeat ὁ τρώγων: et, Qui comedit, quum ſeptuaginta dicant ὁ ἐσθίων: et Ampliauit, ſicut ſuſtulit, eodemque modo ſe habent et reliqua.

Ait ergo de Iuda, Qui apud me paſcitur, qui de eadem menſa mecum communicat, neque ob hoc ipſum me reueretur, ampliauit ac ſuſtulit, hoc eſt, confirmauit ſiue mouit aduerſum me calcaneum et ſupplantationem, ſiue dolum ac inſidias,

eo

4) Redde: *veluti, Sed hoc propter proditorem dico.*

Vers. 18. Ἐγὼ — ἐξελεξάμην. Οἶδα, ὡς θεὸς, τίνες μὲν τῶν παρ' ἐμοῦ ἐκλεγέντων ποιήσουσιν αὐτὰ, τίς δὲ οὐ ποιήσει. καὶ ἀνωτέρω δὲ εἰπών: ὅτι [o]) καὶ ὑμεῖς καθαροί ἐστε, ἀλλ' οὐχὶ πάντες· καὶ ἐν διαφόροις δὲ καιροῖς πολλὰ τοιαῦτα φθεγξάμενος, νύττοντα μόνον τὸ τῆ προδότη συνειδὸς, καὶ ἅμα μὲν διδάσκοντα, ὅτι οὐ λανθάνει ἐπιβουλεύων, ἅμα δὲ καὶ εἰς μετάμέλειαν καὶ διόρθωσιν ἐκκαλέμενα, οὐκ ἔπεισε. o) Io. 13, 10.

Διατί δὲ ἐξελέξατο καὶ τὸν προδότην, εἰρήκαμεν ἐν τῷ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ τῆ κατὰ μάρκον, καὶ ζήτησον ἐκεῖ τό· καὶ [p]) ἀναβαίνει εἰς τὸ ὄρος, καὶ προσκαλεῖται οὓς ἤθελεν αὐτὸς, καὶ τὶ ἐξῆς, καὶ ἀνάγνωθι τὴν ὅλην ἐξήγησιν τῶν τοιούτων ῥητῶν. p) Marc. 3, 13.

Vers. 18. Ἀλλ' — αὐτῆ. Κἀνταῦθα τὸ ἵνα, δηλωτικόν ἐστι τῆ μέλλοντος· οἷον, [q]) ἀλλὰ διὰ τὸν προδότην τοῦτο λέγω. μέλλει γὰρ ἡ γραφὴ πληρωθῆναι ἡ δαυϊτικὴ, ἡ λέγουσα, ὁ [q]) ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν. q) Ps. 40, 10.

Οἱ μὲν οὖν ἑβδομήκοντα ἔτως ἀπὸ τῆ ἑβραϊκῆ τὸ ῥητὸν ἡρμήνευσαν· ὁ δὲ χρισὸς ἀπὸ τῆ αὐτῆ τὸ αὐτὸ νῦν μεθερμηνεύων, τὰ αὐτὰ καὶ αὐτὸς λέγει, δι' ἑτέρων ἰσοδυνάμων λέξεων. ἴσον γὰρ τὸ ὁ ἐσθίων καὶ τὸ ὁ τρώγων, καὶ τὸ ἐμεγάλυνε καὶ τὸ ἐπῆρε, καὶ τὰ λοιπὰ δὲ ὁμοίως ἔχουσι.

Φησὶ δὲ περὶ τῆ ἰούδα, ὅτι ὁ τρεφόμενος παρ' ἐμοὶ, ὁ κοινωνῶν μοι τραπέζης, ἐφ' αὐτὸ τοῦτο αἰδεσθεὶς ἐμεγάλυνε καὶ ἐπῆρεν, ἤγουν, ἐκραταίωσε καὶ ἐκίνησε κατ' ἐμοῦ πτέρναν καὶ πτερνισμὸν, εἴτουν, ἐπιβουλὴν καὶ δόλον, διὰ τὸ [s]) συλλαλη-

s) τοῦ. B.

eo quod cum inimicis sit loquutus. Solent namque, qui currentes deiicere nituntur, calcaneo insidiari. Ideo calcaneus ac supplantatio dolum ac insidias denotat.

Vers. 19. *Nunc — sum.* Vt quum fuerit completa huiusmodi scriptura, credatis, quod ego sum, de quo illa vaticinabatur.

Vers. 20. *Amen — me.* Iuxta finem quoque decimi noni capitis euangelii secundum Matthaeum dixit, Qui recipit vos, me recipit: et qui me recipit, recipit eum, qui me misit. Nunc autem etiam idem dicit, volens amplius illos consolari, quod futurum esset, vt paulo post percurrerent orbem.

Vers. 21. *Haec — spiritu.* Spiritum dicit affectum moeroris ac turbationis, quo mouebatur ob proditoris perditionem: nam prae nimia compassione turbabatur. Vehementer enim super eo dolebat. De Lazaro etiam dictum illud declarantes, Infremuit spiritu, spiritum diximus turbationis affectum.

Vers. 21. *Et — me.* Testificatus est, siue protestatus de proditione.

Vers. 22. *Aspiciebant — diceret.* Siquidem miserum nondum publicare volebat, expectans adhuc eius conuersionem.

Vers. 23. *Recumbebat autem — Iesus.* Ipse erat, qui haec scribebat, velut significauit idem in fine euangelii. Hunc autem diligebat Iesus, plus videlicet caeteris, vt qui plus diligi dignus erat, ob virtutis magnae praerogatiuam, quam ipse modestiae causa occultauit.

Dicitur

σαι τοῖς ἐχθροῖς. εἰώθασι γὰρ, οἱ τοὺς τρέχοντας ὑποσκελίζειν πειρώμενοι, διὰ τῆς πτέρνης ἐπιβαλεύειν. διὸ πτέρνα καὶ πτερνισμὸς, ἡ ἐπιβολὴ καὶ ὁ δόλος.

Verſ. 19. Ἀπάρτι — εἰμι. Ἵνα, ὅταν πληρωθῇ ἡ τοιαύτη γραφὴ, πιστεύσητε, ὅτι ἐγώ εἰμι, περὶ οὗ ἐκείνη προεφήτευσεν.

Verſ. 20. Ἀμὴν — με. Καὶ πρὸς τῷ τέλει τῆ ἐννεακαιδεκάτῃ κεφαλαίου τῆ κατὰ ματθαῖον εἶπεν· ὁ r) δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται· καὶ ὁ ἐμὲ δεχόμενος, δέχεται τὸν ἀποστείλαντά με. καὶ νῦν δὲ τὸ αὐτὸ λέγει, παρηγορῶν αὐτοὺς ἐπὶ πλέον, μέλλοντας ὅσον οὔπω διατρέχειν τὴν οἰκουμένην. r) Matt. 10, 40.

Verſ. 21. Ταῦτα — πνεύματι. Πνεῦμα νόει, τὸ πάθος τῆς λύπης καὶ συγχύσεως, τῆς ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τῆ προδότου. ὑπὸ γὰρ τῆς ἄγαν συμπαθείας ἐταράχθη, ὑπεραλγήσας αὐτῆ. καὶ ἐπὶ τῆ λαζάρου δὲ, τό, ἐνεβριμήσατο s) τῷ πνεύματι, ἑρμηνεύοντες, πνεῦμα τὸ πάθος τῆς συγχύσεως εἰρήκαμεν. s) Io. 11, 33.

Verſ. 21. Καὶ — με. Ἐμαρτύρησεν, ἤγουν, διεμαρτύρατο περὶ τῆς προδοσίας.

Verſ. 22. Ἔβλεπον — λέγει. Οὔπω γὰρ ἤθελε δημοσιεῦσαι τὸν ἄθλιον, ἀναμένων ἔτι τὴν ἐπιστροφὴν αὐτῆ.

Verſ. 23. Ἦν δὲ ἀνακείμενος — ἰησοῦς. Αὐτὸς ἦν ὁ ταῦτα γράζων, ὡς αὐτὸς ἐπὶ τέλει τῆ εὐαγγελίᾳ δεδήλωκε. τοῦτον δὲ ἠγάπα ὁ ἰησοῦς, πλέον δηλονότι, ὡς ἄξιον ἀγαπᾶσθαι πλέον, διὰ πλεονεξίαν ἀρετῆς μεγάλης, ἣν αὐτὸς ἀπέκρυψε διὰ μετριοφροσύνην.

Dicitur autem tantam a puero curam habuisse puritatis, vt ne turpem quidem cogitationem vnquam in cor suum ascendere permiserit: turpis autem cogitatio, non de motu naturali accipienda est, sed de phantasia voluntaria: ideo etiam virgo postmodum cognominatus est. Hoc vero priuilegium Dei quoque genetrici datum erat.

Dicit autem Chrysostomus, quod etiam amplius eum diligebat, propter excellentem animi humilitatem ac mansuetudinem, quas adeptus erat postquam de praeeminentia correptus fuerat. Siquidem hae virtutes etiam Mosen exaltauerunt.

Considera vero et hoc, quomodo solus e discipulis in magistri afflictionibus permanserit, donec spiritum exhalasset: ob haec ergo etiam amplius eum diligebat, ac tempore illo in sinu eius recumbebat, tanquam filius in sinu patris: appropinquans similiter ei propter virtutis propinquitatem. Siquidem verisimile est, quod praecognita iam magistri morte, moestus admodum erat, et propterea post pedum lotionem ascitus fuerat, ibique recubuerat: consolationis ergo gratia haec scripsit, non gloriationis: nam fugiens iactantiam, suiipsius nomen conticuit.

Verum, quum caeteri euangelistae praetermisissent, quae de intinctione et offula Iudae data contigerant: narraturus hoc, incidit necessario in horum enarrationem. Nam, quia hortatu Petri clam interrogauerat, quisnam esset, qui eum traderet, necesse erat dicere, quomodo recumberet, vt clam caeteris posset interrogare, et quo pacto ausus est ibi recumbere ac secreto interrogare.

Aut recubuisse se dicit in sinu eius, immensam illius manifestans humilitatem, qui immensae

[a]) Tom. VIII. p. 194. A.

Λέγεται δὲ καὶ τοσοῦτον ἐκ νεότητος ἐπιμελήσασθαι καθαρότητος, ὡς μὴ ἐᾶσαί ποτε μηδὲ λογισμὸν αἰσχρὸν ἀναβῆναι εἰς τὴν καρδίαν αὐτῆς. λογισμὸν δὲ αἰσχρὸν, οὐ τὴν φυσικὴν κίνησιν οἰητέον· ἀλλὰ τὴν προαιρετικὴν φαντασίαν. διὸ καὶ παρθένος ὕστερον ἐπωνομάσθη. τοῦτο δὲ τὸ προτέρημα καὶ τῇ θεοτόκῳ προσῆν.

Λέγει δὲ ὁ [6]) χρυσόστομος, ὅτι ἠγάπα αὐτὸν πλέον, καὶ δι' ὑπερβάλλουσαν ταπεινοφροσύνην καὶ πραότητα, ἅπερ ἐκτήσατο μετὰ τὸ ἐπιτιμηθῆναι διὰ τὴν προεδρίαν. ταῦτα γὰρ καὶ τὸν μωϋσῆν ὕψωσαν.

Σκόπει δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι καὶ τοῖς πάθεσι τῆς διδασκάλου μόνος τῶν μαθητῶν παρέμεινεν ἄχρις ἂν ἐξέπνευσε. διὰ ταῦτα οὖν καὶ ἠγαπᾶτο πλέον. καὶ ἀνέκειτο κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἐν τῷ κόλπῳ αὐτῆς, ὡς παῖς ἐν κόλπῳ πατρὸς, ἀναλόγως ἐγγίζων αὐτῷ, διὰ τὴν ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ἐγγύτητα. εἰκὸς γὰρ, αὐτὸν γνόντα ἤδη τὸν θάνατον τῆς διδασκάλου, σφόδρα σκυθρωπάζειν, καὶ διὰ τοῦτο, μετὰ τὸν νιπτῆρα, προσκληθῆναι, καὶ ἀναπεσεῖν ἐκεῖ, χάριν παρηγορίας. ἔγραψε μὲν οὖν ταῦτα, οὐ φιλοτιμούμενος. καὶ γὰρ φεύγων τὸν κόμπον, τὸ ἑαυτῆς παρεσιώπησεν ὄνομα.

Ἀλλ' ἐπειδὴ παρέδραμον οἱ ἄλλοι εὐαγγελισταὶ τὰ περὶ τῆς ἐμβαφέντος ψωμίου καὶ δοθέντος τῷ ἰούδᾳ, μέλλων διηγήσασθαι τοῦτο, ἀναγκαίως ἐνέπεσε καὶ εἰς τὴν τούτων ἀπαγγελίαν. ἐπεὶ γὰρ αὐτὸς, ἐπιτραπεὶς παρὰ τῆς πέτρου, ἠρώτησε κρυφίως, τίς ἐστιν ὁ παραδιδοὺς αὐτόν· ἀναγκαῖον ἦν εἰπεῖν, ποῦ ἀνακείμενος ἠδύνατο ἐρωτᾶν κρυφίως, καὶ πῶς ἐθάρρει ἐκεῖ τε ἀνακεῖσθαι, καὶ ἐρωτᾶν μυστικῶς.

Ἢ τὸ μὲν ἀνακεῖσθαι ἐν τῷ κόλπῳ αὐτῆς φησι, δηλῶν τὴν ὑπεράπειρον ταπείνωσιν τῆς τὴν δόξαν

ſae erat gloriae: ſe vero diligi ait, ſignificans et ſe gratum, et illum humanum. Confitetur ergo, quod diligebatur: cauſam vero, cur diligeretur non addit, ſimul et gratus et modeſtus.

Verſ. 24. *Innuit — diceret.* Ipſe quidem auſus non eſt interrogare, propter cauſam, quam ſexageſimo quarto iuxta Matthaeum capite diximus: Iohanni vero hoc commiſit, tanquam a praeceptore maxime dilecto, qui tunc in ſinu eius recumbebat.

Verſ. 25. *Quum ergo ille recumberet ita — eſt?* Ita, ſicuti recumbebat, hoc eſt, non eleuatus, ſed tantum conuerſus. Iohannes itaque ex ſimplicitate ac dilectione recumbebat: nondum enim natura Deum eſſe cognoſcebat: ipſe vero permittebat, etiam in hoc animum illius oblectans.

Verſ. 26. *Reſpondet — Iſcariotae.* Quaere praedicto iuxta Matthaeum capite, vbi dicitur, Dico autem vobis, quod non bibam ex hoc fructu vitis vſque in diem illum et caetera: et lege totam enarrationem: nam in ea de his et iis, quae ſequuntur, ad verbum dictum eſt.

Verſ. 27. *Et — ſatanas.* In fine illius enarrationis de hoc plane inuenies. Ingreſſus eſt autem in illum, non quod, vt daemoniacum agitaret, ſed quod dominaretur ac ſeruituti eum ſubiiceret, veluti ſeptuageſimo ſexto capite euangelii ſecundum Lucam diximus. Vel etiam per cogitationes in illum ingreſſus eſt.

Verſ. 27.

7) τὸ κατὰ ματθαῖον, omittit. A.

ὑπεραπείρου· τὸ δὲ ἀγαπᾶθαι λέγει, δεικνύων ἑαυτόν τε εὐχάριστον, καὶ κεῖνον φιλανθρωπότατον, καὶ ὅτι μὲν ἠγαπᾶτο, ὁμολογεῖ· διατί δὲ ἠγαπᾶτο, οὐ προστίθησιν. εὐχαριστῶν μὲν ἅμα, καὶ μετριοφρονῶν.

Verſ. 24. Νέυει — λέγει. Αὐτὸς μὲν οὐκ ἐθάῤῥησεν ἐρωτῆσαι, διὰ τὴν αἰτίαν, ἣν εἰρήκαμεν ἐν τῷ ἑξηκοστῷ τετάρτῳ κεφαλαίῳ τῶ κατὰ ματθαῖον· τῷ ἰωάννῃ δὲ τοῦτο ἐπέτρεψεν, ὡς ἠγαπημένῳ μάλιστα τῷ διδασκάλῳ, καὶ ἀνακειμένῳ τηνικαῦτα ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ.

Verſ. 25. Ἐπιπεσὼν δὲ ἐκεῖνος οὕτως — ἐστιν; Οὕτως, ὡς ἀνέκειτο, τυτέστι, μὴ ἀναστὰς, ἀλλὰ μόνον μεταστραφείς. ὁ μὲν οὖν ἰωάννης ἐξ ἁπλότητος καὶ ἀγάπης ἐπέπεσεν. ὅπου γὰρ φύσει θεὸν αὐτὸν ἐγίνωσκεν. αὐτὸς δὲ ἠνέσχετο, κἂν τούτῳ ψυχαγωγῶν αὐτόν.

Verſ. 26. Ἀποκρίνεται — ἰσκαριώτῃ. Ζήτησον ἐν τῷ δηλωθέντι κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ [7]) ματθαῖον τό· λέγω [t]) δὲ ὑμῖν, ὅτι ἀ μὴ πίω ἀπάρτι ἐκ τούτου τοῦ γενήματος τῆς ἀμπέλου, ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης, καὶ ἀνάγνωθι τὴν ὅλην ἐξήγησιν. ἐν αὐτῇ γὰρ περὶ τούτων τε καὶ τῶν ἐφεξῆς ἐρρήθη κατὰ λόγον. t) Matt. 26, 29.

Verſ. 27. Καὶ — σατανᾶς. Ἐν τῷ τέλει τῆς ἐξηγήσεως ἐκείνης εὑρήσεις περὶ τούτου σαφῶς. εἰσῆλθε δὲ εἰς ἐκεῖνον, οὐχ ὥστε δαιμονᾶν αὐτὸν, ἀλλ' ὥστε κατακυριεύειν καὶ δολαγωγεῖν αὐτὸν, ὡς καὶ ἐν τῷ ἑβδομηκοστῷ ἕκτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ λουκᾶν εἰρήκαμεν. ἢ καὶ διὰ τῶν λογισμῶν εἰσῆλθεν εἰς [8]) ἐκεῖνον.

Verſ. 27.

8) εἰς αὐτόν.

Verſ. 27. *Ait* — v. 29. *daret.* In ea enarratione etiam haec omnia pulchre declarata ſunt.

Verſ. 30. *Accepta* — *exiuit.* Similiter et hoc.

Verſ. 30. *Erat* — v. 31. *exiuit.* Significauit tempus euangeliſta, oſtendens, quod neque nox eum retinuit.

Verſ. 31. *Ait* — *hominis.* Superius dixit capite decimo quinto, Venit tempus, vt glorificetur filius hominis. Hic autem, Nunc glorificatus eſt filius hominis. Ex hoc, inquit, tempore glorificatus eſt, afflictionibus pro mundo toleratis: nam gloria ſunt domino afflictiones, quas pro ſeruis tolerat. Tanquam factum autem dicit id, quod futurum eſt, quia paulo poſt comprehendendus et paſſurus erat. Quod ſi domino gloria ſunt afflictiones toleratae pro ſeruis, multo magis ſeruis gloria ſunt, quae pro domino ſuſtinent.

Verſ. 31. *Et* — *eum.* Pater glorificatus eſt per filium, per conuerſationem, qua tanquam homo pro ſalute hominum conuerſatus eſt. Nam ſicut filio gloria eſt habere talem patrem, ita ſane et patri gloria eſt, habere talem filium. Praeterea quoque homines videntes admiranda quae faciebat, glorificabant Deum, quemadmodum dicunt euangeliſtae.

Verſ. 32. *Quod ſi* — *ſeipſum.* Glorificabit filium per ſeipſum, edens prodigia tempore paſſionis, tremenda ac ſtupenda ſigna: etiam hinc oſtendens, quod legitimus eſſet eius filius. Nam et propterea in ſuperioribus dixit, Quum exaltaueritis

Vers. 27. Λέγει — v. 29. δῶ. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἐξηγήσει καὶ ταῦτα πάντα διηρμηνεύθησαν ἄριστα.

Vers. 30. Λαβὼν — ἐξῆλθεν. Ὁμοίως καὶ τοῦτο.

Vers. 30. Ἦν — v. 31. ἐξῆλθεν. Ἐπεσημήνατο τὸν καιρὸν ὁ εὐαγγελιστὴς, δεικνύων, ὅτι ἐδὲ ἡ νὺξ ἐπέσχεν αὐτόν.

Vers. 31. Λέγει — ἀνθρώπε. Ἀνωτέρω μὲν εἶπεν, ἐν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ, ἐλήλυθεν[v]) ἡ ὥρα, ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τε ἀνθρώπου· ἐνταῦθα δὲ, νῦν ἐδοξάσθη ὁ υἱὸς τε ἀνθρώπου. ἀπὸ τε νῦν[9]) ἐδοξάσθη, φησὶ, τοῖς ὑπὲρ τε κόσμου πάθεσι. δόξα γὰρ τῷ δεσπότῃ, τὰ ὑπὲρ τῶν δούλων πάθη. ὡς γεγονὸς δὲ λέγει τὸ γενησόμενον, διὰ τὸ ὅσον οὔπω μέλλειν συλληφθῆναι καὶ πάσχειν. εἰ δὲ τῷ δεσπότῃ δόξα, τὰ ὑπὲρ τῶν δούλων πάθη, πολλῷ μᾶλλον τοῖς δούλοις δόξα τὰ ὑπὲρ τε δεσπότε. v) Io. 12, 23.

Vers. 31. Καὶ — αὐτῷ. Ὁ πατὴρ ἐδοξάθη ἐν τῷ υἱῷ, διὰ τῆς πολιτείας, ἣν ὡς ἄνθρωπος ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων ἐπολιτεύσατο. ὥσπερ γὰρ τῷ υἱῷ δόξα, τὸ ἔχειν τοιοῦτον πατέρα· ἕτως ἄρα καὶ τῷ πατρὶ δόξα, τὸ ἔχειν τοιοῦτον υἱόν. ἄλλως τε, καὶ οἱ ἄνθρωποι βλέποντες, ἃ ἐτερατούργει καὶ ἐδίδασκεν, ἐδόξαζον τὸν θεὸν, ὡς οἱ εὐαγγελισταί φασι.

Vers. 32. Εἰ — ἑαυτῷ. Δοξάσει τὸν υἱὸν δι' ἑαυτε, τερατουργῶν ἐν τῷ καιρῷ τε σταυρε τὰ φοβερὰ καὶ ἐξαίσια σημεῖα, καὶ δεικνύων ἐντεῦθεν, ὅτι γνήσιος υἱὸς αὐτε ἐστι. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ προλαβὼν εἶπεν· ὅταν[x]) ὑψώσητε τὸν υἱὸν τε x) Io. 8, 28.

9) ἐδοξάθην. B.

ueritis filium hominis, tunc cognoſcetis, quod ego ſim, vbi latiorem ac manifeſtiorem dedimus enarrationem.

Verſ. 32. *Et — eum.* Continuo in ipſa cruce. Hoc autem dixit, ne de gloria illa opinarentur, quam habebit in ſecundo ſuo aduentu, de qua frequenter eos docuit. Haec vero dicens, monet ſtertentes eorum cogitationes, et ſuadet, ne ſolum non moleſte ferant, ſed et gaudeant propter gloriam eius, quae paulo poſt futura eſt.

Verſ. 33. *Filioli — ſum* Futura iterum illis praedicit, vt poſtea recordati cognoſcant, quod omnia manifeſte ſciens praedixerit: et ne repente ſuperuenientia turbent illos non expectantes. Filiolos vero vocauit eos, non ſolum tanquam creator eorum, verum etiam tanquam magiſter ipſorum. Dicens autem, Filioli adhuc modico tempore vobiscum ſum, vehementius ſuſpendit deſiderium eorum.

Verſ. 33. *Quaeretis me.* Poſtquam mortuus fuero. Iudaeis vero, quum dixiſſet, Quaeretis me, addidit, Et non inuenietis: diſcipulis autem hoc non addidit: nam hi inuenturi eum erant poſt reſurrectionem. Et illis quidem inſaniam mitigans, dixit, Quaeretis me: his autem ardentius immittens deſiderium.

Verſ. 33. *Et — nunc.* Sed illis quidem tanquam indignis hoc dixit: his vero tanquam nondum morituris.

Verſ. 34. *Praeceptum — inuicem.* Atqui vetus erat praeceptum, Diliges proximum tuum, ſicut

τοῦ ἀνθρώπου, τότε γνώσεσθε, ὅτι ἐγώ εἰμι· ἔνθα πλατύτερον ὑμῖν καὶ σαφέστερον ἐξηγησάμεθα.

Vers. 32. Καὶ — αὐτόν. Εὐθὺς, ἐν αὐτῷ τῷ σταυρῷ. τοῦτο δὲ εἶπεν, ἵνα μὴ ὑπολάβωσιν, ὅτι περὶ τῆς δόξης ἐκείνης λέγει, τῆς ἐν τῇ δευτέρᾳ παρουσίᾳ αὐτοῦ, περὶ ἧς διαφόρως ἐδίδαξεν αὐτούς. ταῦτα δὲ λέγων, ἀνίστησι καταπεπτωκότας τοὺς λογισμοὺς αὐτῶν, καὶ πείθει, μὴ μόνον μὴ δυσφορεῖν, ἀλλὰ μᾶλλον χαίρειν, διὰ τὴν μετὰ βραχὺ δόξαν αὐτοῦ.

Vers. 33. Τεκνία — εἰμι. Πάλιν προλέγει αὐτοῖς τὰ μέλλοντα, ἵνα τε μετὰ ταῦτα ὑπομιμνησκόμενοι γινώσκοιεν, ὅτι προεῖπε, πάντα σαφῶς εἰδὼς, καὶ ἵνα μὴ ἀθρόον ἐπελθόντα διαταράξωσιν αὐτούς, οὐ προσδοκῶντας. τεκνία δὲ ἐκάλεσε τούτους, οὐ μόνον ὡς ποιητὴς αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ ὡς διδάσκαλος. εἰπὼν δὲ, τεκνία, ἔτι μικρὸν χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, σφοδρότερον αὐτοῖς ἐξάπτει τὸν πόθον.

Vers. 33. Ζητήσετέ με. Μετὰ τὸ ἀποθανεῖν με. τοῖς μὲν Ἰουδαίοις εἰπών· ζητήσετέ με· προσέθηκεν, ὅτι καὶ οὐχ εὑρήσετε· ἐπὶ δὲ τῶν μαθητῶν, οὐ προσέθηκε τοῦτο, διότι ἔμελλον εὑρεῖν αὐτὸν οὗτοι μετὰ τὴν ἀνάστασιν. καὶ ἐκείνοις μὲν, παραμυθούμενος τὴν μανίαν, εἶπεν, ὅτι ζητήσετέ με· τούτοις δὲ, πόθον ἐμβάλλων πλείονα. y) Io. 7, 34.

Vers. 33. Καὶ — ἄρτι. Ἀλλ' ἐκείνοις μὲν εἶπε τοῦτο, ὡς ἀναξίοις τοῦ τόπου ἐκείνου· τέτοις δὲ, ὡς ἔπω ἀποθανουμένοις.

Vers. 34. Ἐντολὴν — ἀλλήλους. Καὶ μὴν παλαιὰ ἐντολὴ ἦν· ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου,

ſicut teipſum: verum, quod nunc datur, maius illo eſt: ſubdit enim:

Verſ. 34. *Sicut — inuicem.* Haec eſt nouitas: illud ſiquidem praecipiebat, proximum diligere tanquam ſeipſum: hoc autem etiam, plus quam ſeipſum. Nam ita dilexit nos Chriſtus, vt nec ſibi ipſi parceret, ſed pro nobis moreretur.

Quidam vero aliter interpretantur: quod ſcilicet vetus praeceptum erat, Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum: nunc autem tradit omnes eſſe diligendos, videlicet etiam inimicos: ſiquidem ipſe omnes dilexit diſcipulos, vt neque Iudam ſibi parantem inſidias odio haberet, ſed potius turbaretur ſpiritu, hoc eſt, affectu moeroris ac triſtitiae, propter illius perditionem.

Verſ. 35. *In — mutuam.* Sicut et ego erga vos: quia verus diſcipulus praeceptorem imitatur. Hic manifeſtus eſt Chriſtiani character, hoc plane inſigne: nam vera dilectio omnium caput eſt virtutum.

Quid ergo, an non multo magis demonſtrant miracula Chriſti diſcipulum? Nequaquam. Dixit enim iuxta finem quinti capitis euangelii ſecundum Matthaeum, Multi dicent mihi in illo die, Domine, Domine, nonne per nomen tuum prophetauimus, et per nomen tuum daemonia eiecimus, et per nomen tuum virtutes multas fecimus? et tunc confitebor illis, Nunquam noui vos: et lege totam, quae ibi poſita eſt, enarrationem.

Atqui miracula maxime orbem allexerunt. Verum id erat, quia dilectio eos, qui edebant miracula, praecedebat.

Verſ. 36.

[5]) καινὴν, pro καὶ νῦν. A. Forte καινὴν νῦν.

σου, ὡς σεαυτόν· ἀλλ' ἡ νῦν διδομένη, μείζων ἐκείνης. ἐπάγει γάρ.

Vers. 34. Καθὼς — ἀλλήλους. Τοῦτο ἡ καινότης. ἐκείνη μὲν γὰρ ἐκέλευεν, ἀγαπᾶν τὸν πλησίον, ὡς ἑαυτόν· αὕτη δὲ, καὶ ὑπὲρ ἑαυτόν. ὁ γὰρ χριστὸς οὕτως ἠγάπησεν ἡμᾶς, ὡς μηδὲ ἑαυτὸν θέσθαι, ἀλλ' ἀποθανεῖν ὑπὲρ ἡμῶν.

Τινὲς δὲ ἕτερος ἑρμηνεύουσιν, ὅτι ἐπειδὴ παλαιὰ ἐντολὴ ἦν· ἀγαπήσεις [z]) τὸν πλησίον σου, καὶ μισήσεις τὸν ἐχθρόν σε· καὶ [I]) νῦν δίδωσιν, ἀγαπᾶν πάντας, ἤγουν, καὶ τοὺς ἐχθρούς. καὶ αὐτὸς γὰρ ἠγάπησε τοὺς μαθητὰς πάντας, ὡς μηδὲ τὸν ἰούδαν μισῆσαι, ἐπιβουλεύοντα αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ταραχθῆναι τῷ πνεύματι, τουτέστι, τῷ πάθει τῆς λύπης καὶ συγχύσεως, τῆς ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ αὐτοῦ. z) Matth. 5. 43.

Vers. 35. Ἐν — ἀλλήλοις. Καθὼς καὶ ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς. ἐπεὶ καὶ μαθητὴς ἀληθὴς, ὁ μιμούμενος τὸν διδάσκαλον. τοῦτο σαφὴς χαρακτὴρ τοῦ χριστιανοῦ, τοῦτο φανερὸν γνώρισμα. ἡ ἀληθὴς γὰρ ἀγάπη, πάσης ἐστὶν ἀρετῆς κεφάλαιον.

Τί οὖν; οὐ πολλῷ μᾶλλον τὰ θαύματα δεικνύουσι τὸν τοῦ χριστοῦ μαθητήν; εὐδαμῶς· εἴρηκε γὰρ πρὸς τῷ τέλει τοῦ ἕκτου κεφαλαίου τοῦ κατὰ ματθαῖον· ὅτι [a]) πολλοὶ ἐροῦσί μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, κύριε, κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν; καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν; καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν; καὶ τότε ὁμολογήσω αὐτοῖς, ὅτι οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς· καὶ ἀνάγνωθι τὴν ἐκεῖ ῥηθεῖσαν πᾶσαν ἐξήγησιν. a) Matth. 7. 22. 23.

Καὶ μὴν, τὰ θαύματα μάλιστα τὴν οἰκουμένην ἐπηγάγετο, ἀλλὰ διότι προῦπῆν τοῖς θαυματουργοῦσιν ἡ ἀγάπη.

Verſ. 36. *Dixit — me.* Petrus quidem interrogauit, non tantum ſcire volens, quantum ſequi cupiens. Chriſtus autem cognitam habens eius mentem, ad eam reſpondit: non dixit enim, quo abiret: ſed, Non potes me nunc ſequi, inſinuabat autem de morte.

Verſ. 37. *Dicit — ponam.* Quid agis, o Petre? Quum ille dicat, Non potes, tu dicis, Quare non poſſum? Proinde experientia te docebit, ne contradicas.

Verſ. 38. *Reſpondit — ter.* Quaere ſexageſimo quarto iuxta Matthaeum capite, vbi dicitur, Reſpondens autem Petrus dixit illi, Et ſi omnes offendantur per te, ego tamen nunquam offendar: et lege ibi dictam enarrationem, praeterea et eas, quae ſequuntur vſque ad eum locum vbi habetur, Similiter autem et omnes diſcipuli dixerunt.

Quod ſi variationem aliquam ferunt verba, nihil mirum. Haec ſiquidem dicta ſunt priusquam exirent in montem Oliuarum, illa vero poſtquam illuc exiuerant: nam quum bis obſtitiſſet Petrus, bis de negatione proteſtatus eſt illi Chriſtus: et de prima quidem repugnatione ac proteſtatione ſcripſerunt Matthaeus et Marcus, de ſecunda vero Lucas et Iohannes.

Cap. XIV. v. 1. *Ne — cor.*

Quum dixiſſet dominus ad Petrum, Poſtmodum me ſequeris: et, Ter me negabis propter vtrumque turbati ſunt, timentes ne quando ipſi ab eo amputarentur vel exciderent, ſolo Petro ſequente, aut ne quando ipſi quoque eum negarent, quemadmo-

2) καί, abeſt. A.
3) αὐτόν. A.

Verſ. 36. Λέγει — μοι. Ὁ μὲν πέτρος ἠρώτησεν, οὐχ οὕτω βελόμενος μαθεῖν, ὡς ἐπιθυμῶν ἀκολουθῆσαι. ὁ δὲ χριστὸς τὴν διάνοιαν αὐτῦ γνοὺς, πρὸς αὐτὴν ἀπεκρίθη. ἐκ εἶπε γάρ, πῦ ὑπάγει, ἀλλ' ὅτι ἃ δύνασαί μοι νῦν ἀκολουθῆσαι. ὑπεδήλωσε δὲ περὶ τῆς σφαγῆς.

Verſ. 37. Λέγει — θήσω. Τί ποιεῖς, ὦ πέτρε! ἐκείνου εἰπόντος, ὅτι οὐ δύνασαι, σὺ λέγεις, ὅτι διατί ἃ δύναμαι; οὐκοῦν ἡ πεῖρα διδάξει σε μὴ ἀντιλέγειν.

Verſ. 38. Ἀπεκρίθη — τρίς. Ζήτησον ἐν τῷ ἑξηκοστῷ τετάρτῳ κεφαλαίῳ τῦ κατὰ ματθαῖον, τό· ἀποκριθεὶς [b]) δὲ ὁ πέτρος εἶπεν αὐτῷ, εἰ πάντες σκανδαλισθήσονταί ἐν σοὶ, ἐγὼ δὲ ἃ δέποτε σκανδαλισθήσομαι· καὶ ἀνάγνωθι καὶ τὴν ἐκεῖ ῥηθεῖσαν ἐξήγησιν· ἔτι δὲ καὶ τὰς τῶν ἑφεξῆς ῥητῶν, ἄχρι τοῦ· ὁμοίως [c]) δὲ [2]) καὶ πάντες οἱ μαθηταὶ εἶπον. b) Matt. 26, 33. c) Matt. 26, 35.

Εἰ δὲ καὶ παραλλαγήν τινα φέρουσι τὰ ῥητὰ, καινὸν ἃδέν. ταῦτα μὲν γὰρ ἐῤῥήθησαν, πρὸ τοῦ ἐξελθεῖν αὐτοὺς [3]) εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν· ἐκεῖνα δὲ, μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐκεῖ. δὶς γὰρ ἐνσάντι τῷ πέτρῳ, δὶς περὶ τῆς ἀρνήσεως διεμαρτύρατο ὁ χριστός. καὶ περὶ μὲν τῆς πρώτης ἐνστάσεως καὶ διαμαρτυρίας ματθαῖος καὶ [d]) μάρκος ἔγραψαν· περὶ δὲ τῆς δευτέρας, [e]) λουκᾶς καὶ ἰωάννης. d) Marc. 14, 29. e) Luc. 22, 33.

Cap. XIV. v. 1. Μὴ — καρδία.

Εἰπόντος τῦ κυρίου πρὸς τὸν πέτρον· ὅτι ὕστερον [f]) ἀκολουθήσεις μοι· καὶ· ὅτι [g]) ἀπαρνήσῃ με τρίς· ἐταράχθησαν δὶ ἀμφότερα, δεδοικότες, μήποτε αὐτοὶ ἀπεκόπησαν αὐτῦ, μόνου τῦ πέτρου ἀκολουθήσοντος, καὶ μήποτε καὶ αὐτοὶ τῦ- f) Io. 13, 36. g) Io. 13, 38

admodum et eorum praefectus. Reprimens ergo illorum anxietatem, primum quidem timorem negationis consolatur, deinde etiam de timore amputationis siue excisionis.

Vers. 1. *Credite — credite.* Credite firmiter in Deum patrem et in me, ac fides, quae in nos erit, seruabit vos insuperabiles.

Vers. 2. *In — sunt.* Quae sufficiant ad suscipiendum vos, vt semper sitis nobiscum.

Vers. 2. *Quod si secus — vobis.* Quod si non essent multae mansiones ac splendidum habitaculum, dixissem vobis, quod vado ad parandum mansionis locum vobis, qui mei estis et omnibus digniores: hoc omnino sane mihi curae est, vt vbi sum ego et vos sitis. Praedixit enim eis dicens, Vbi sum ego, illic et minister meus erit.

Vers. 3. *Et — sitis.* Hoc etiam dixissem vobis, Quod si abiero, vt praeparem vobis locum et caetera, itaque nec sic oportuit animo deiectos esse: quia vero iam olim praeparata est multitudo mansionum, ac dignis forte distributae sunt, fiduciam habere oportet, et non desperare.

Potest et aliter dici: quod etiamsi abiero vt praeparem vobis locum, videlicet, vt innouem vobis ascensum in coelum, quo nullus vnquam hominum ascendit, rursum veniam secundo aduentu, et assumam vos ad meipsum, resuscitatos ex mortuis, vt conregnetis mihi in aeternum. Quanquam enim mortui ante eum ascenderunt, sed non cum corporibus: et si simul cum eo sunt, at non simul regnant.

4) Ab ἐκεῖ ad ἔσῃ, in marg. a man. recent. in Cod. B. Nam a manu prima erat, καὶ ὑμεῖς ἦτε, quod per errorem ex superioribus erat repetitum. Quod nos dedimus, habet Cod. A. in contextu et Hentenius.

τον ἀπαρνήσωνται, ὡς ὁ κορυφαῖος. καταγέλλων οὖν τὴν ἐντεῦθεν ἀγωνίαν αὐτῶν, πρῶτα μὲν περὶ τῆ φόβῳ τῆς ἀπαρνήσεως παραμυθεῖται, εἶτα καὶ περὶ τῆ φόβῳ τῆς ἀποκοπῆς.

Verſ. 1. Πιστεύετε — πιστεύετε. Πιστεύετε βεβαίως, εἰς τὸν πατέρα καὶ εἰς ἐμέ· καὶ λοιπὸν, ἡ εἰς ἡμᾶς πίστις συντηρήσει ὑμᾶς ἀπτῶτους.

Verſ. 2. Ἐν — εἰσιν. Ἱκαναὶ δέξασθαι καὶ ὑμᾶς, συνεσομένους ἡμῖν ἀεί.

Verſ. 2. Εἰ δὲ μὴ — ὑμῖν. Εἰ δὲ μὴ ἦσαν ἐκεῖ πολλαὶ μοναὶ, καὶ δαψίλεια καταγωγίων, εἶπον ἂν ὑμῖν, ὅτι πορεύομαι ἑτοιμάσαι τόπον μοιῆς ὑμῖν τοῖς ἐμοῖς, καὶ πρὸ πάντων τέτου πάντως ἂν ἐφρόντισα, ἵνα, ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, καὶ ὑμεῖς ἦτε. προείρηκε γὰρ αὐτοῖς ὅτι[h]) ὅπου εἰμὶ ἐγὼ,[4]) ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσαι. h) Io. 12, 26.

Verſ. 3. Καὶ — ἦτε. Καὶ εἶπον ἂν ὑμῖν καὶ τοῦτο, ὅτι ἐὰν πορευθῶ ἑτοιμάσαι ὑμῖν τόπον μονῆς, πάλιν ἔρχομαι καὶ παραλήψομαι ὑμᾶς πρὸς ἐμαυτὸν, καὶ τὰ ἑξῆς. ὥστε ἐδὲ ὅτως ἔδει ἀθυμεῖν. ἐπεὶ δὲ πάλαι παρεσκεύασαι τὸ πλῆθος τῶν μονῶν, καὶ ἀποκεκλήρωνται τοῖς ἀξίοις, χρὴ θαρρεῖν, καὶ μὴ ἀπογινώσκειν.

Ἔσι δὲ καὶ ἕτερος εἰπεῖν, ὅτι καὶ ἐὰν πορευθῶ ἑτοιμάσαι ὑμῖν τόπον, ἦγουν, ἐγκαινίσαι ὑμῖν ἄνοδον πρὸς τὸν ἔρανὸν, ἣν ἐδεὶς ἐδέπω τῶν ἀνθρώπων ἀνῆλθε, πάλιν ἔρχομαι κατὰ τὴν δευτέραν μου παρουσίαν, καὶ παραλήψομαι ὑμᾶς πρὸς ἐμαυτὸν, ἀναστάντας ἐκ νεκρῶν, συμβασιλεύσοντάς μοι αἰωνίως, εἰ γὰρ καὶ ἀποθανόντες, πρὸς αὐτὸν ἀνῆλθον, ἀλλ' ἐ μετὰ τῶν σωμάτων, καὶ εἰ σύνεισιν αὐτῷ, ἀλλ' ἐ συμβασιλεύοντες,

regnant. Quia vero sciens motus cordium ipsorum, cognouit cupere illos scire, quo iret, et viam, quae eo duceret quo iret, ait:

Vers. 4. *Et — scitis.* Ex his, quae frequenter dixi vobis, et hoc et illud nostis, si recordamini. Ad patrem namque ibat a quo etiam exiuerat: via autem ipse est, per quem imus ad patrem, veluti in sequentibus dicturus est.

Vers. 5. *Dicit — scire?* Putabat namque sensibilem aliquem locum esse, quo iret, et eodem modo viam esse similem.

Vers. 6. *Ait — vita.* Via quidem, quia per me gradimini: veritas autem, quia vera loquor, et ea infallibiliter erunt: vita vero, quia morti quoque dominor. Si ergo ego via sum, ducam vtique vos: si etiam veritas, non mentior: quod si et vita, neque mors vos a me separabit.

Vers. 6. *Nemo — me.* Nono vero capite dixit, Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum: ille siquidem trahit, hic autem ducit et ambo cooperantur ad hominum salutem.

Vers. 7. *Si — vtique cognouissetis.* Superius quidem dicens, Et quo ego vado scitis, et viam scitis: significauit, quod et patrem et se cognoscerent. Hic autem adiiciens, Si cognouissetis me, et patrem meum vtique cognouissetis, ostendit, quod et se et patrem ignorarent. Id autem multis in locis facit: nam quia vtrumque cognoscebant, at non, vt conueniebat, (postmodum enim descendens spiritus sanctus, perfectam eis praebuit cognitionem) interdum quidem dicit, quod cognoscunt, quia vtcunque cognoscunt: quandoque vero,

ἐπεὶ δὲ, εἰδὼς τὰ κινήματα τῶν καρδιῶν αὐτῶν, ἔγνω ἐπιθυμοῦντας μαθεῖν, ποῦ ὑπάγει, καὶ τὴν ὁδὸν τὴν ἄγουσαν, ὅπου ὑπάγει, φησί.

Vers. 4. Καὶ — οἴδατε. Ἐξ ὧν διαφόρως εἶπον ὑμῖν, οἴδατε καὶ ἀμφότερα, εἰ ἀναμνηθῆτε. ὑπῆγε μὲν οὖν πρὸς τὸν πατέρα, ἀφ' οὗ καὶ ἐξῆλθεν. ὁδὸς δέ ἐστιν αὐτὸς, δι' οὗ ἐρχόμεθα πρὸς τὸν πατέρα, ὡς προϊὼν ἐρεῖ.

Vers. 5. Λέγει — εἰδέναι; Ὤιετο γὰρ, ἀόριστόν εἶναί τινα τόπον, ὅπου ὑπάγει, καὶ ὁδὸν ὁμοίως τοιαύτην.

Vers. 6. Λέγει — ζωή. Ὁδὸς μὲν, ὅτι δι' ἐμοῦ ἔρχεσθε· ἀλήθεια δὲ, ὅτι ἀληθεύω, καὶ πάντως ἔσαι ταῦτα· ζωὴ δὲ, ὅτι καὶ τὸ θανάτου κυριεύω. εἰ οὖν ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, ὁδήγησόν ὑμᾶς· εἰ δὲ καὶ ἀλήθεια, οὐ ψεύδομαι· εἰ δὲ καὶ ζωὴ, οὐδὲ ὁ θάνατος διασήσει ὑμᾶς ἐμοῦ.

Vers. 6. Οὐδεὶς — ἐμοῦ. Ἐν τῷ ἑνάτῳ δὲ κεφαλαίῳ εἶπεν· οὐδεὶς i) δύναται ἐλθεῖν πρός i) Io. 6, 44.
ἐμὲ, ἐὰν μὴ ὁ πατὴρ ὁ πέμψας με ἑλκύσῃ αὐτόν. ὁ μὲν γὰρ ἑλκύει, ὁ δὲ ὁδηγεῖ· καὶ ἀμφότεροι συνεργοῦσιν εἰς τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων.

Vers. 7. Εἰ — ἐγνώκειτε ἄν. Ἀνωτέρω μὲν εἰπών·[5]) ὅτι καὶ ὅπου k) ὑπάγω, οἴδατε, k) Io. 14, 4.
καὶ τὴν ὁδὸν οἴδατε· ἐδήλωσεν, ὅτι καὶ τὸν πατέρα οἴδασι καὶ αὐτόν. ἐνταῦθα δὲ ἐπαγαγών· ὅτι εἰ ἐγνώκειτέ με, καὶ τὸν πατέρα μου ἐγνώκειτε ἄν· ἐνέφηνεν, ὅτι καὶ αὐτὸν ἀγνοοῦσι, καὶ τὸν πατέρα. καὶ πολλαχοῦ δὲ τοῦτο ποιεῖ. ἐπεὶ γὰρ ἐγίνωσκον μὲν καὶ ἀμφοτέρους, οὐχ ὡς προσῆκον δὲ· ὕστερον γὰρ ἐπιφοιτήσαν τὸ πανάγιον πνεῦμα κατεσκεύασεν αὐτοῖς τελείαν τὴν γνῶσιν· ποτὲ μὲν, ὅτι γινώσκουσι, λέγει· διότι ὁπωσδήποτε

5) ὅτι, abeſt. B.

vero, quod non cognoſcunt, quia non, vt oportet, cognoſcunt. Nunc vero ait, Si cognouiſſetis me, vt oportet, quis ſim, quantum ad intellectum, et patrem meum vtique cognouiſſetis: nam quum mihi ſit aequalis, et a me inſeparabilis: qui me cognouit, et patrem cognouit.

Verſ. 7. *Et — eum.* Quum me cognoſcatis, quanquam non, vt oportet, conſequens eſt, vt et ipſum ſimiliter cognoſcatis.

Chryſoſtomus vero, Cognoſcetis interpretatur, puta, non poſt multum tempus, cognoſcetis eum, vt oportet, vbi ſuper vos ſpiritus ſanctus deſcenderit.

Verſ. 7. *Et vidiſtis eum.* Etiam potentiam eius vidiſtis per meam potentiam, per diuina ſigna, quae dedi. Nam quae ego poſſum, haec et ille.

Verſ. 8. *Dicit — nobis.* Et ſufficit nobis, vt qui te iam antea cognouimus. Quia ergo quaeſiuit noſſe patrem, oſtendit Chriſtus, quod eum iam noſſet.

Verſ. 9. *Ait — Philippe?* Interrogationis ſermo eſt, tanto tempore vobiscum ſum, diuina ſigna operans, et ab his non cognouiſti me, quis ſim dignitate et potentia? quod Deus omnipotens? Sane omnino cognouiſti me, et conſequens ergo eſt, vt et patrem cognoueris: nam imago per omnia ſimilis ſum ego patris.

Verſ. 9. *Qui — patrem.* Qui meam cognouit dignitatem et potentiam, cognouit et patris dignitatem ac potentiam: ſumus namque per omnia ſimiles, et vnus per alterum mutuo cognoſcimur.

Verſ. 9.

*) καί videtur excidiſſe.

γινώσκεσι· ποτὲ δὲ, ὅτι οὐ γινώσκουσι, διότι, ὡς ἐχρῆν, ἃ γινώσκουσι. νῦν δέ φησιν, εἰ ἐγνώκειτέ με, ὡς χρὴ, τίς εἰμι τὸ νοούμενον, καὶ τὸν πατέρα μου ἐγνώκειτε ἄν. ἐπεὶ γὰρ ἴσας ἐμοὶ καὶ ἀπαράλλακτός ἐστιν, ὁ γενοηκὼς ἐμὲ, γενόηκε[6]) τὸν πατέρα.

Verſ. 7. Καὶ — αὐτόν. Ἐπεὶ ἐμὲ γινάσκετε, εἰ καὶ μὴ, ὡς χρὴ, λοιπὸν γινώσκετε καὶ αὐτὸν ὡσαύτως.

Ὁ δὲ χρυσόστομος[7]) γνώσεσθε ἑρμηνεύει, ἤγουν, ὅσον ἔπω γνώσεσθε αὐτὸν, ὡς προσῆκον, ἐπιφοιτήσαντος ὑμῖν τῆ ἁγίου πνεύματος.

Verſ. 7. Καὶ ἑωράκατε αὐτόν. Καὶ ἑωράκατε τὴν δύναμιν αὐτῆ, διὰ τῆς ἐμῆς δυνάμεως, διὰ τῶν θεοπρεπῶν σημείων, ὧν ἐποίησα. ἃ γὰρ ἐγὼ δύναμαι, ταῦτα κἀκεῖνος.

Verſ. 8. Λέγει — ἡμῖν. Καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν, ὡς σὲ τέως ἐγνωκόσιν. ἐπεὶ οὖν ἐζήτησε γνῶναι τὸν πατέρα, δείκνυσιν ὁ χριστὸς, ὅτι οἶδεν αὐτόν.

Verſ. 9. Λέγει — Φίλιππε; Κατ' ἐρώτησιν ὁ λόγος. τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, θεοσημείας ἐργαζόμενος, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με ἀπὸ τέτων, τίς εἰμι τὴν ἀξίαν καὶ τὴν δύναμιν; ὅτι θεὸς παντοδύναμος. ναὶ πάντως ἔγνωκάς με· καὶ εἰ ἔγνωκάς με, λοιπὸν ἔγνωκας τὸν πατέρα. εἰκὼν γὰρ ἀπαράλλακτος ἐγὼ τῆ πατρός.

Verſ. 9. Ὁ — πατέρα. Ὁ ἐγνωκὼς τὴν ἐμὴν ἀξίαν καὶ δύναμιν, ἔγνωκε τὴν τῆ πατρός. ἀπαράλλακτοι γὰρ ἡμεῖς, καὶ δι' ἀλλήλων γνωριζόμενοι.

7) Tom. VIII. p. 432. C. Recte autem dixit hoc loco *interpretatur*. Facilius enim erat ita interpretari. Ergo textum mutauit Chryſoſtomus.

Verſ. 9. *Et — patrem?* Quomodo cognoſcere cupis, quem iam cognouiſti? quomodo quaeris, quod habes?

Alio quoque modo intelliguntur haec verba, quod quaerebat Philippus videre patrem ſenſibilibus oculis, audiens fortaſſis a multis frequenter viſum eſſe prophetis, ſpecie ac figura humana, additque, Et ſufficit nobis, vt qui ipſum filium iam videret ac noſſet. Chriſtus autem oſtendit, quod neque ſe vidiſſet, neque noſſet ſecundum diuinitatis naturam. Dicit ergo ei prolata negatiue ſententia, Tanto tempore vobiscum ſum et non cognouiſti me Philippe: nam diuina natura videri non poteſt, nec cognoſci. Qui vidit me, vidit et patrem: qui vero me videre non poteſt, neque patrem videre poteſt. Et quomodo tu dicis, Oſtende nobis patrem, quum nec me videris, nec cognoueris, quanquam te opinaris et vidiſſe et cognouiſſe me?

Verſ. 10. *Non — eſt?* Quod mutuo vnus per alterum cognoſcimur, tanquam omnino ſimiles. Quaere autem circa finem decimi capitis vbi dicitur, Vt cognoſcatis et credeatis, quod pater in me eſt, et ego in eo: et lege eius enarrationem.

Verſ. 10. *Verba — loquor.* Sed a patre: quod ſi a patre, vtique a meipſo: nam quae mea ſunt, etiam illius ſunt: et quae illius, etiam mea ſunt. Omnia ſiquidem communia et aequalia poſſidemus. Dicens autem de ſermonibus, dicit etiam de operibus.

Verſ. 10. *Pater autem — opera.* Ad finem praedicti capitis dixit, Si non facio opera patris

Vers. 9. Καὶ — πατέρα; Πῶς θέλεις γνῶναι, ὃν ἔγνωκας; πῶς ζητεῖς, ὃ ἔχεις;

Νοοῦνται δὲ καὶ ἑτέρως τὰ ῥητὰ, ὅτι ἐζήτησε μὲν ὁ Φίλιππος ἰδεῖν τὸν πατέρα, τοῖς αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς, ἴσως ἀκούων, ὁραθῆναι πολλοῖς πολλάκις τῶν προφητῶν ἐν ἀνθρωπίνῳ εἴδει καὶ σχήματι. καὶ προσέθηκεν, ὅτι καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν, ὡς αὐτὸν τέως ὁρῶν καὶ εἰδώς. δείκνυσι δὲ ὁ χριστὸς, ὅτι ἅτε αὐτὸν εἶδεν, οὐδὲ οἶδε κατὰ τὴν φύσιν τῆς θεότητος. λέγει οὖν αὐτῷ κατὰ ἀπόφασιν, τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με, Φίλιππε. ἀθέατος γὰρ ἡ θεία φύσις καὶ ἄγνωστος. [ὁ[8]) ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα· ὁ δὲ ἐμὲ μὴ δυνάμενος ἰδεῖν, οὐδὲ τὸν πατέρα δύναται ἰδεῖν. καὶ πῶς σὺ λέγεις, δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα, ἐμὲ μὴ ἰδὼν, μήτε γνοὺς, εἰ καὶ ὑπολαμβάνεις ἰδεῖν καὶ γνῶναί με.]

Vers. 10. Οὐ — ἐστιν; Ὅτι δὲ ἀλλήλων γνωριζόμεθα, ὡς ἀπαράλλακτοι; ζήτησον δὲ πρὸς τῷ τέλει τῆ δεκάτου κεφαλαίου τό· ἵνα[l]) γνῶτε καὶ πιστεύσητε, ὅτι ἐν ἐμοὶ ὁ πατὴρ, κἀγὼ ἐν αὐτῷ· καὶ ἀνάγνωθι τὴν ἐξήγησιν αὐτῆ. l) Io. 10, 38.

Vers. 10. Τὰ ῥήματα — λαλῶ. Ἀλλ' ἀπὸ τῆ πατρός. καὶ εἰ ἀπὸ τῆ πατρὸς, ἆρα ἀπ' ἐμαυτῆ. τὰ ἐμὰ γὰρ ἐκείνου, καὶ τὰ ἐκείνου, ἐμά. πάντα γὰρ κοινὰ καὶ ἴσα κεκτήμεθα. εἰπὼν δὲ περὶ τῶν λόγων, λέγει καὶ περὶ τῶν ἔργων.

Vers. 10. Ὁ δὲ πατὴρ ἔργα. Πρὸς τῷ τέλει μὲν τῆ εἰρημένου κεφαλαίου εἶπεν· εἰ[m]) οὐ ποιῶ m) Io. 10, 37.

[8]) Inclusa desunt. A.

tris mei, nolite credere mihi: hic vero ait, Pater facit opera, quae videlicet ego operor. Et tunc autem et nunc idem significauit, nempe quod eadem et possint et velint. Pater ergo loquitur per filium tanquam per suum sermonem: operatur vero per filium, tanquam per suam potentiam. Praeterea in me manens, hoc est, a me non separatus, vel per me designatus.

Vers. 11. *Credite — me.* Credite mihi dicenti, quod ego in patre, et pater in me conspicitur.

Vers. 11. *Alioqui — mihi.* Si vero non creditis mihi propter sermones meos: vel propter opera ipsa credite mihi, quum supernaturalia sint ac diuina. Similiter quoque ad finem praedicti capitis dixit, Quod si mihi non creditis, operibus credite.

Vers. 12. *Amen — faciet.* Non dixit, Maiora facere possum his, quae feci; sed quod mirabilius est, etiam aliis tribuam, vt talia operentur. Deinde addit, quod adhuc maius est dicens.

Vers. 12. *Et — faciet.* Hoc autem demonstratio est potentiae eius, qui dedit, non eius qui signa edit: nam qui per Christi nomen maiora facit opera, quam Christus ediderit, Christi potentiam praedicat.

Vers. 12. *Quia — vado.* Vestrum, inquit, est deinceps, miracula operari, quia ego ad patrem meum vado, vt in propriam restituar gloriam. Haec autem omnia ad consolandum eos dicebat, quod tristes essent, ac grauiter ferrent, quia

9) Inclusa exciderunt. A.
1) Inclusa omittit. A.

ποιῶ τὰ ἔργα τῦ πατρός μȣ, μὴ πιστεύετέ μοι· ἐνταῦθα δὲ λέγει, ὅτι ὁ πατὴρ ποιεῖ τὰ ἔργα, ἃ ἐργάζομαι, δηλονότι. καὶ τότε δὲ καὶ νῦν τὸ αὐτὸ ἐνέφηνεν, ὅτι τὰ αὐτὰ καὶ δύνανται, καὶ θέλουσιν. ὁ τοίνην πατὴρ λαλεῖ μὲν διὰ τῦ υἱοῦ, ὡς διὰ [ἰδίου o) λόγου· ἐργάζεται δὲ διὰ τῦ υἱοῦ, ὡς διὰ] ἰδίας δυνάμεως. τὸ δὲ ὁ ἐν ἐμοὶ μένων, ἀντὶ τȣ̃, ὁ μὴ κεχωρισμένος μου, ἢ ὁ δι' ἐμοῦ χαρακτηριζόμενος.

Verſ. 11. Πιστεύετε — ἐμοί. Πιστεύετέ μοι, λέγοντι, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ θεωρούμεθα.

Verſ. 11. Εἰ δὲ μὴ — μοι. Εἰ δὲ μὴ πιστεύετέ μοι διὰ τοὺς λόγους μου, καὶν διὰ τὰ ἔργα αὐτὰ πιστεύετέ μοι, ὑπερφυῆ καὶ θεοπρεπῆ ὄντα. [καὶ πρὸς p) τῷ τέλει δὲ ὁμοίως τῦ δηλωθέντος κεφαλαίου, εἴρηκεν· ὅτι q) καὶν ἐμοὶ μὴ n) Ιυ. 10, 38. πιστεύητε, τοῖς ἔργοις πιστεύσατε.]

Verſ. 12. Ἀμὴν — ποιήσει. Οὐκ εἶπεν, ὅτι καὶ μείζονα, ὧν εἰργασάμην, δύναμαι ἐργάσασθαι· ἀλλ' ὃ πολλῷ θαυμασιώτερον, ὅτι καὶ ἑτέροις δώσω τοιαῦτα ἐργάζεσθαι. εἶτα προστίθησι καὶ τὸ ἔτι μεῖζον, λέγων·

Verſ. 12. Καὶ — ποιήσει. Τοῦτο δὲ τῆς δυνάμεως τῦ δεδωκότος ἐστὶν ἀπόδειξις, οὐ τῆς τῦ ποιοῦντος. ὁ γὰρ ἐν τῷ ὀνόματι τῦ χριστῦ μείζονα τῶν τῦ χριστῦ ἔργα ποιῶν, τὴν τῦ χριστῦ δύναμιν ἀνακηρύττει.

Verſ. 12. r) Ὅτι — πορεύομαι. Ὑμῶν, φησίν, ἐστὶ τῦ λοιπῦ τὸ καὶ θαυματουργεῖν, διότι ἐγὼ πρὸς τὸν πατέρα μου πορεύομαι, καὶ εἰς τὴν οἰκείαν δόξαν ἀποκαθίσαμαι. ταῦτα δὲ πάντα παραμυθούμενος αὐτοὺς ἔλεγε, σκυθρωπάζον-

quia sermones de resurrectione eius non intelligebant.

Vers. 13. *Et — faciam.* Quicquid petieritis invocato nomine meo. Dixit autem Faciam, suam ostendens potentiam.

Vers. 13. *Vt — filium.* Patris siquidem gloria est filii omnipotentia.

Vers. 14. *Si — faciam.* Ego tanquam cum patre aequaliter omnipotens. Idem autem dixit, sermonem maxime confirmans. Quia vero illos petere oportet, qui eum diligunt: docet, quomodo illum diligere oporteat, quia non solo verbo sed et opere.

Vers. 15. *Si — seruate.* Nam dilectionis meae signum est obseruatio praeceptorum meorum: eorum vero obseruatio est completio aut operatio illorum. Quia autem verisimile erat corporalem eius conuersationem, assuetaque colloquia eos expetere: adhuc consolatur illorum dolorem, dicens:

Vers. 16. *Et — vobis.* Hinc incipit discipulis notitiam dare de spiritu sancto. Alium inquit paracletum, tanquam me, siue admonitorem ac praeceptorem in certaminibus virtutis: solatium ac subsidium in afflictionibus. Dicens itaque Alium, ostendit personarum differentiam. Dicendo autem paracletum, siue consolatorem, docuit naturae identitatem: siquidem consolatores sunt et filius et spiritus sanctus.

Non tamen dixit, Mittam, ne Dei aduersarius esse videretur, et quasi alicuius alterius virtute face-

re

ζοντας καὶ δυσφορουῦντας, διὰ τὸ μήπω γινώσκειν τοὺς περὶ τῆς ἀναςάσεως αὐτῦ λόγες.

Verſ. 13. Καὶ — ποιήσω. Ὃ ἂν αἰτήσητε, ἐπικαλέμενοι τὸ ὄνομά μου. ποιήσω δὲ, εἶπε, δεικνὺς τὴν ἐξεσίαν αὐτῦ.

Verſ. 13. Ἵνα — υἱῷ. Δόξα γὰρ τῷ πατρὶ, τὸ παντοδύναμον τῦ υἱῦ.

Verſ. 14. Ἐάν — ποιήσω. Ἐγὼ, ὡς παντοδύναμος ἐπίσης τῷ πατρί. τὸ αὐτὸ δὲ λέγει, βεβαιῶν μάλιςα τὸν λόγον. ἐπεὶ δὲ ἐκείνους χρὴ αἰτεῖν, τοὺς ἀγαπῶντας αὐτὸν, διδάσκει, πῶς χρὴ ἀγαπᾶν αὐτὸν, ὅτι οὐ λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ.

Verſ. 15. Ἐὰν — τηρήσατε. Τοῦ ἀγαπᾶν με γὰρ σημεῖον, ἡ τήρησις τῶν ἐντολῶν τῶν ἐμῶν. τήρησις δὲ αὐτῶν, ἡ πλήρωσις, ἡ ἐργασία αὐτῶν. ἐπεὶ δὲ εἰκὸς, αὐτοὺς ἐπιζητεῖν τὴν σωματικὴν αὐτοῦ συνεσίαν, καὶ τὰς συνήθεις ὁμιλίας, ἔτι παραμυθέμενος τὸ ἄλγος αὐτῶν φησί·

Verſ. 16. Καὶ — ὑμῖν. Ἐντεῦθεν ἄρχεται γνωρίζειν τοῖς μαθηταῖς τὰ περὶ τῦ ἁγίου πνεύματος. ἄλλον δὲ παράκλητον, ὡς ἐμὲ, ἤτοι, παραινέτην καὶ ἀλείπτην ἐν τοῖς ἄθλοις τῆς ἀρετῆς, καὶ [2]) ψυχαγωγίαν ἐν ταῖς θλίψεσι καὶ ἀντίληψιν. εἰπὼν μὲν οὖν, ὅτι ἄλλον, ἔδειξε τῶν ὑποσάσεων τὸ διάφορον. φήσας δὲ, ὅτι παράκλητον, ἐδίδαξε τῆς φύσεως τὸ ταὐτόν. παράκλητοι γὰρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Οὐκ εἶπε δὲ, ὅτι πέμψω, ἵνα μὴ ἀντίθεος εἶναι δόξῃ τις, καὶ ὡς ἀπὸ ἄλλης τινὸς ἐξεσίας ποι-

[2]) Hoc καὶ non agnoſcit Hentenii verſio. Sed nec ſic acquieſcere poſſum. Malim ergo loco καὶ, corrigere πρός.

re sermones: sed nunc quidem rogaturum se patrem promisit, et propter dictam causam, et vt fide dignus haberetur. In sequentibus autem propriam ostendit dignitatem dicens, Si ego non abiero paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam vobis eum. Et rursum, Accipite spiritum sanctum.

Sed quomodo ab alio datur ac mittitur, qui vbique praesens est, suaque diuidit singulis, prout vult charismata? Non tanquam seruus datur ac mittitur, sed tanquam eiusdem naturae, et eadem volens cum patre ac filio. Non enim sicut haec in creaturis significant, ita et in trinitate increata. Et datur quidem a patre, vtpote ab illo procedens, mittitur vero a filio quasi cooperans et non contrarius. Nunc itaque dari ac mitti ait spiritum sanctum: in sequentibus autem etiam huius ostendit potestatem dicens, Quum autem venerit ille et caetera.

Vers. 16. *Vt — aeternum.* Qui nec post mortem vestram separetur. Deinde etiam docet, quis sit alius paracletus.

Vers. 17. *Spiritum veritatis.* Hoc est, verum siue praecipuum, quantum ad alios spiritus. Nam et angelus dicitur spiritus et anima et ventus ac pleraque alia. Ne autem alium spiritum audientes, suspicentur etiam illum esse in carne, ac sensibilibus visibilem oculis, ait:

Vers. 17. *Quem — accipere.* Non potest accipere sensibiliter.

Vers. 17. *Quia — eum.* Corporaliter, quum sit incorporalis.

Vers. 17.

3) ἐν, abest. A.

ποιεῖσθαι τοὺς λόγους. ἀλλὰ νῦν μὲν ἐρωτῆσαι τὸν πατέρα ἐπηγγείλατο, διά τε τὴν ῥηθεῖσαν αἰτίαν, καὶ ἵνα λογισθῇ ἀξιόπιστος. προϊὼν δὲ τὸ οἰκεῖον ἐμφανίζει ἀξίωμα, λέγων· ἐὰν [o]) ἐγὼ μὴ ἀπέλθω, ὁ παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς. ἐὰν δὲ πορευθῶ, πέμψω αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς. καὶ πάλιν· λάβετε [p]) πνεῦμα ἅγιον.

o) Io. 16, 7.

p) Io. 20, 22.

Ἀλλὰ πῶς παρ' ἄλλε δίδοται καὶ πέμπεται τὸ πανταχῇ παρὸν, καὶ [q]) διαιρῶν ἰδίᾳ ἑκάστῳ, καθὼς βέλεται, τὰ χαρίσματα; οὐχ ὡς δοῦλον, ἀλλ' ὡς ὁμοφυὲς, καὶ τὰ αὐτὰ τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ βελόμενον. οὐ γὰρ ὥσπερ ἐπὶ τῶν κτισῶν, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἀκτίστου τριάδος τὰ τοιαῦτα σημαίνουσι. καὶ δίδοται μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς, ὡς ἐξ αὐτοῦ ἐκπορευόμενον· πέμπεται δὲ παρὰ τοῦ υἱοῦ, ὡς συνεργὸν καὶ οὐκ ἐναντίον. νῦν μὲν οὖν δίδοσθαι καὶ πέμπεσθαί φησι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· προβαίνων δὲ καὶ τὴν τούτου δείκνυσιν ἐξουσίαν, λέγων· [r]) ὅταν [s]) δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος.

q) 1 Cor. 12, 11.

r) Io. 16, 13.

Vers. 16. [t]Ινα — αἰῶνα. Μηδὲ μετὰ τὴν τελευτὴν ὑμῶν ἀφιστάμενος. εἶτα διδάσκει, καὶ τίς ἐστιν ὁ ἄλλος παράκλητος.

Vers. 17. Τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας. Τὸ ἀληθινὸν, ἤτοι, τὸ ἐξαίρετον, πρὸς τὰ ἄλλα πνεύματα. πνεῦμα γὰρ λέγεται, καὶ ὁ ἄγγελος, καὶ ἡ ψυχὴ, καὶ ὁ ἄνεμος, καὶ ἕτερα πλείονα. ἵνα δὲ μὴ ἀκούσαντες, ὅτι ἄλλον παράκλητον, ὑποπτεύσωσι κἀκεῖνον ἔνσαρκον καὶ ὁρατὸν αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς, φησίν.

Vers. 17. [u]Ο — λαβεῖν. Οὐ δύναται λαβεῖν αἰσθητῶς.

Vers. 17. [v]Οτι — αὐτό. Σωματικῶς. ἀσώματον γάρ.

Verſ. 17. *Nec cognoſcit eum.* Quum illum non videat.

Intelligitur autem et aliter: quod is, cui mundana curae ſunt, non poteſt illum ſuſcipere, quia non videt eum, ſiquidem excaecatus eſt oculis intellectualibus: nec cognoſcit eum, quum nihil ſublime poſſit intelligere.

Verſ. 17. *Vos — eum.* Propemodum illum cognoſcitis. Nam poſt breue tempus deſcendet ac docebit vos.

Vel, Cognoſcitis eum ex mei cognitione. Sicut enim, qui nouit me, nouit et patrem: ita rurſum, qui nouit me, nouit et ſpiritum ſanctum. Nam tres vnius ſunt ſubſtantiae ac naturae, potentiae ac dignitatis.

Verſ. 17. *Quia — manet.* Sicut enim pater mecum eſt, ita et ſpiritus ſanctus. Inſeparabilis ſiquidem eſt beata trinitas.

Verſ. 17. *Et in vobis erit.* Non moriens, ſicut ego: neque enim incarnatus eſt, ſicut ego. Quia vero quum tam multa dixiſſet, nondum triſtitiam illorum repulerat: quia grauiter adhuc ferebant ac moerebant, vt qui iam orphani relinquerentur, huiusmodi curat moeſtitiam.

Verſ. 18. *Non — orphanos.* Paternae miſerationis verbum eſt, multam adferens conſolationem ac oblectationem. Nequaquam vos relinquam orphanos, qui filii mei eſtis.

Verſ. 18. *Veniam ad vos.* Veniam rurſum poſt tertii diei reſurrectionem, quanquam non, vt prius, conuerſans.

Verſ. 19. *Adhuc — videbit.* Quum tanquam homo moriar.

Verſ. 19.

Vers. 17. Οὐδὲ γινώσκει αὐτό. Μὴ ἰδὼν αὐτό.

Νοεῖται δὲ καὶ ἑτέρως, ὅτι ὁ κοσμικὰ φρονῶν, οὐ δύναται ὑποδέξασθαι αὐτὸ, ὅτι οὐ θεωρεῖ αὐτὸ, πεπηρωμένος ὢν τοὺς νοητοὺς ὀφθαλμούς. ἐδὲ γινώσκει αὐτὸ, μηδὲν ὑψηλὸν ἐννοεῖν ἰσχύων.

Vers. 17. Ὑμεῖς — αὐτό. Γινώσκετε, ὅσον οὔπω. οὐκ εἰς μακρὰν γὰρ ἐπιφοιτήσει καὶ διδάξει ὑμᾶς.

Ἢ γινώσκετε αὐτὸ, ἀπὸ τῦ γινώσκειν ἐμέ. ὥσπερ γὰρ ὁ νενοηκὼς ἐμὲ, νενόηκε τὸν πατέρα· ἔτω πάλιν ὁ νενοηκὼς ἐμὲ, νενόηκε τὸ πνεῦμα. μιᾶς γὰρ οἱ τρεῖς ἐσίας καὶ φύσεως καὶ δυνάμεως καὶ ἀξίας.

Vers. 17. Ὅτι — μένει. Ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ μετ' ἐμῦ ἐστιν· ἔτω καὶ τὸ πνεῦμα. ἀχώριστος γὰρ ἡ μακαρία τριάς.

Vers. 17. Καὶ ἐν ὑμῖν ἔσται. Μὴ ἀποθνήσκον,[4]) ὡς ἐγώ. ἐδὲ γὰρ ἐνηνθρώπησεν, ὡς ἐγώ. ἐπεὶ δὲ τοσαῦτα εἰπὼν, ἔπω τὴν ἀθυμίαν αὐτῶν ἐξέβαλεν, ἀδημονούντων ἔτι καὶ ἀλγυνομένων, ὡς ὀρφανῶν ἤδη καταλιμπανομένων, θεραπεύει τὸ τοιῦτον ἄλγος.

Vers. 18. Οὐκ — ὀρφανές. Πατρικῆς εὐσπλαγχνίας τὸ ῥῆμα, πολλὴν εἰσάγον παράκλησιν καὶ ψυχαγωγίαν. οὐ παντάπασιν ἀφήσω ὑμᾶς τὰ τεκνία μου.

Vers. 18. Ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. Ἔρχομαι πάλιν, μετὰ τὴν τριήμερον ἀνάστασιν, εἰ καὶ μὴ ὡς τὸ πρότερον συνεσόμενος.

Vers. 19. Ἔτι — θεωρεῖ. Ἀποθανόντα, ὡς ἄνθρωπον.

4) ἀποθνήσκων. A.

Verſ. 19. *Vos — me.* Apparentem vobis per intermiſſa tempora, conuerſante ſemper vobiscum alio paracleto.

Verſ. 19. *Quia ego viuam.* Viuam rurſus a mortuis reſurgens.

Verſ. 19. *Et vos viuetis.* Non ſtatim mecum interfecti, ſed mea virtute multo adhuc tempore conſeruati. Vel, Vos viuetis etiam poſt mortem vita beata.

Verſ. 20. *In — meo.* In illo die, reſurrectionis meae videlicet, cognoſcetis, quod ego a patre meo indiuiſus ſim, eadem potens cum illo.

Verſ. 20. *Et — vobis.* Et quod vos etiam in me, cuſtoditi ac roborati: et ego in vobis, cuſtodiens ac roborans vos. Haec autem cognoſcetis, repreſſis inimicis, vobisque libere loquentibus, ac euangelio in dies florente.

Chriſtus itaque in patre, ratione eiusdem potentiae: Apoſtoli vero in eo, et ipſe in illis, ratione auxilii. Siquidem nouit frequenter ſcriptura eisdem verbis de Deo et homine poſitis, non ſimiliter vti. Nam et Chriſtus et nos filii Dei ac Dei dicimur, et imago ac gloria Dei: ſed magna eſt differentia, et multa variis in locis ſimilia inueniuntur.

Verſ. 21. *Qui — me.* Neque enim ſufficit, ea tantum habere, ſed et facere illa oportet. Quum autem hoc primum dixiſſet, nunc rurſum idem dicit, oſtendens, quod dilectionis ipſius ſignum non eſt, dolere de ſeparatione eius: nam id timiditatis potius eſt, ſed praecepta eius ſeruare.

Verſ. 21.

Vers. 19. Ὑμεῖς — με. Ἐπιφαινόμενον ὑμῖν ἐκ διαλειμμάτων, συνόντος ὑμῖν ἀεὶ τῷ ἄλλῳ παρακλήτῳ.

Vers. 19. Ὅτι ἐγὼ ζῶ. Ζῶ, πάλιν ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν.

Vers. 19. Καὶ ὑμεῖς ζήσεσθε. Μὴ ἀναιρούμενοι αὐτίκα σὺν ἐμοὶ, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἐμῆς δυνάμεως ἐφ' ἱκανὸν συντηρούμενοι. ἢ καὶ ὑμεῖς ζήσεσθε, μετὰ θάνατον, τὴν μακαρίαν ζωήν.

Vers. 20. Ἐν — με. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, τῇ τῆς ἀναστάσεώς μου, δηλονότι, γνώσεσθε, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρί μου, ὅτι ἐγὼ ἀδιαίρετος τοῦ πατρός μου, ἐν τῷ τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ δύναθαι.

Vers. 20. Καὶ — ὑμῖν. Καὶ ὅτι καὶ ὑμεῖς ἐν ἐμοὶ, φρουρούμενοι καὶ νευρούμενοι· κἀγὼ ἐν ὑμῖν, φρουρῶν καὶ νευρῶν ὑμᾶς. γνώσεσθε δὲ ταῦτα, τῶν ἐχθρῶν καταστελλομένων, ὑμῶν παῤῥησιαζομένων, τῷ κηρύγματος καθ' ἑκάστην ἀνθοῦντος τὴν ἡμέραν.

Ὁ μὲν οὖν χριστὸς ἐν τῷ πατρὶ, κατὰ λόγον ἰσοδυναμίας· οἱ δὲ ἀπόστολοι ἐν αὐτῷ, καὶ αὐτὸς ἐν αὐτοῖς, κατὰ λόγον βοηθείας. οἶδε γὰρ ἡ γραφὴ πολλάκις τοῖς αὐτοῖς ῥήμασιν, ἐπὶ θεοῦ καὶ ἀνθρώπων κειμένοις, οὐχ ὁμοίως κεχρῆθαι. καὶ ὁ χριστὸς γὰρ, καὶ ἡμεῖς υἱοὶ θεοῦ καὶ θεοὶ λεγόμεθα, καὶ εἰκὼν θεοῦ, καὶ δόξα θεοῦ· ἀλλὰ πολὺ τὸ διάφορον. καὶ πολλὰ πολλαχοῦ τοιαῦτα.

Vers. 21. Ὁ — με. Οὐκ ἀρκεῖ γὰρ τὸ ἔχειν αὐτὰς μόνον, ἀλλὰ χρὴ καὶ ποιεῖν αὐτάς. εἰπὼν δὲ τοῦτο καὶ πρότερον, λέγει αὐτὸ καὶ νῦν, ἐμφαίνων, ὅτι τῆς ἀγάπης αὐτοῦ σημεῖον, τὸ ἀθυμεῖν ἐπὶ τῷ χωρισμῷ αὐτοῦ· τοῦτο γὰρ δειλίας μᾶλλον ἐστὶν· ἀλλὰ τὸ φυλάσσειν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ.

Vers. 10. Καὶ — ἐμά. Εἶδες ἰσοτιμίαν; τοῦτο γὰρ δηλοῖ νῦν ἡ ἀντιστροφή. εἰπὼν μὲν οὖν, ὅτι σοί εἰσιν, ἔδειξεν, ὅτι καὶ δοθέντες αὐτῷ, τῆς ἐξουσίας τοῦ πατρός εἰσιν. ἵνα δὲ μὴ νομίσῃ τις ἐντεῦθεν, ὅτι ἐξουσιαστικώτερός ἐστιν ὁ πατὴρ, προσέθηκε, καὶ τὰ ἐμὰ πάντα, σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά. [ὥστε[5]) καὶ πρὸ τοῦ δοθῆναι, τοῦ υἱοῦ ἦσαν, καὶ μετὰ τὸ δοθῆναι, τοῦ πατρὸς, τουτέστιν, ἀεὶ ἀμφοτέρων, ὡς ἰσοτίμων. δέδωκας οὖν μοι τοὺς ἐμούς· δέδωκας δὲ εἶπον οἰκονομικῶς, ἵνα γνῶσιν, ὅτι οὐ παρὰ τὸ σὸν θέλημα τούτους ἐπεσπασάμην.]

Vers. 10. Καὶ — αὐτοῖς. Καὶ ἐξουσίαν

5) Inclusa absunt, A.

mea: quemadmodum et tu in his quae mea ſunt, ſicut in his quae tua.

Vel, glorificatus ſum in diſcipulis, qui mihi dati ſunt, agnoſcentibus me dominum ſuum, et adorantibus ac praedicantibus me Deum.

Verſ. 11. *Et — mundo.* Paulo poſt moriturus. Rurſum autem ſermonem de morte ſua inducit, commendaturus eos, tanquam homo, Deo ac patri. Ait ergo, Iam non ſum in mundo, ſicut hactenus, cum eis conuerſans et confirmans, inungens ac conſolans illos.

Verſ. 11. *Et — ſunt.* Nondum morientes, et propterea tuo egent auxilio. Quum autem dixiſſet, Iam non ſum in mundo, interpretatur hoc dicens:

Verſ. 11. *Et — venio.* Sicut filius ad patrem, conſummato iam opere, vt dictum eſt.

Verſ. 11. *Pater — me.* Per nomen tuum omnipotens, quod et ego natura habeo. Nam et ego Deus ſum. Iterum autem ait, Donaſti, ne Deo videretur eſſe contrarius. Vel, quod dediſti mihi, tanquam homini.

Verſ. 11. *Vt ſint vnum.* Vnitate fidei, quae in me eſt, et mutua dilectione, de qua ſuperius multa eis praeceperat.

Verſ. 11. *Sicut nos.* Praedixit enim, Ego et pater vnum ſumus. Prius autem aliis in locis diſſeruimus, quod καθὼς ſicut, et ſimilia, de ſancta quidem trinitate dicta, aequalitatem ſignificent: De

6) πάλιν ἐπάγει. A.
7) ὅτι οὐκ εἰμί. A.
8) Poſt αὐτοὺς, addit. A. τὸ δὲ καὶ ἐγὼ πρός σε ἔρχομαι.

ἔχω ἐν τοῖς σοῖς, ὡς ἐμοῖς, ὥσπερ καὶ σύ, ἐν τοῖς ἐμοῖς, ὡς σοῖς.

Ἡ δεδόξασμαι ἐν τοῖς δοθεῖσί μοι μαθηταῖς, ἐπιγνοῦσι μὲν κύριον ἑαυτῶν, καὶ προσκυνοῦσι καὶ κηρύττουσί με θεόν.

Verſ. II. Καὶ — κόσμῳ. Μετὰ μικρὸν ἀποθνήσκων. πάλιν[6]) δὲ εἰσάγει τὸ περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, μέλλων αὐτοὺς, ὡς ἄνθρωπος, παραθέσθαι τῷ θεῷ καὶ πατρί. φησὶν ἓν, ὅτι οὐκέτι[7]) εἰμὶ ἐν τῷ κόσμῳ, καθάπερ ἄχρι νῦν, συνὼν καὶ στηρίζων καὶ ἀλείφων καὶ παρηγορῶν αὐτούς.[8])

Verſ. II. [Καὶ[9]) — εἰσί. Μήπω ἀποθνήσκοντες, καὶ διὰ τοῦτο τῆς σῆς δέονται βοηθείας. εἰπὼν δὲ, ὅτι οὐκ εἰμὶ ἐν τῷ κόσμῳ, ἐφερμηνεύει τοῦτο λέγων.

Verſ. II. Καὶ — ἔρχομαι.] Ὡς υἱὸς, πρὸς πατέρα, τὸ ἔργον τελειώσας, ὡς εἴρηται.

Verſ. II. Πάτερ — μοι. Διὰ τοῦ ὀνόματός σου τοῦ παντοδυνάμου, ὃ ἔχω φύσει καὶ γώ. [θεὸς[1]) γὰρ καὶ γώ.] πάλιν δὲ τὸ δέδωκας, ἵνα μὴ δόξῃ ἀντίθεος, ἢ ὁ δέδωκάς μοι, ὡς ἀνθρώπῳ.

Verſ. II. Ἵνα ὦσιν ἕν. Ἵνα ὦσιν ἓν, τῇ ἑνώσει τῆς εἰς ἐμὲ πίστεως, καὶ τῆς εἰς ἀλλήλους ἀγάπης, [περὶ[2]) ἧς ἀνωτέρω πολλὰ αὐτοῖς ἐνετείλατο.]

Verſ. II. Καθὼς ἡμεῖς. [Προείρηκε[3]) γάρ· ὅτι[p]) ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. προδιεξελάμεθα δὲ καὶ ἐν ἄλλοις, ὅτι τὸ καθὼς καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐπὶ μὲν τῆς ἁγίας τριάδος ἰσότητα δηλοῦσιν, p) Io. 10, 30.

9) Inclusa absunt. A.
1) Inclusa exciderunt. A.
2) Inclusa absunt. A.
3) Inclusa absunt. A.

De Deo vero et hominibus, similitudinem quandam. Vnum ergo sunt pater et filius, sicut essentia et aliis, ita etiam concordia. Dicit itaque, Sicut nos, propter indiuisionem ac inseparabilitatem.

Vers. 12. *Quum — tuum.* Quum essem in mundo, vt homo, qui semper in eo sum, vt Deus, tunc ego seruabam eos per virtutem tuam, siue per te: nam mea virtus, tua est: et ego et tu vnum sumus.

Haec autem et similia loquitur, et tanquam homo, et propter discipulorum imbecillitatem. Siquidem quia multis de eius auxilio auditis: et, Iterum videbo vos, et gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis: nondum perfecte a moerore liberati erant: patri deinceps pro eis loquitur, vt patri quoque commendati, bono essent animo. Quum enim imperfecti essent, non ita sublimibus ac diuinis verbis credebant, quemadmodum humilioribus ac more humano dictis.

Vers. 12. *Quos — perditionis.* Iudas proditor, amantissimus perditionis, dilectus ab ea, illamque diligens. Perditionem vero intelligе casum et alienationem a Deo: aut etiam diabolum ipsum, vtpote perdentem illos, qui ei obediunt. Periit autem Iudas spontanee, propter voluntatis prauitatem. Atqui etiam alii de septuaginta perierunt: verum non tunc: nam solus proditor tunc periit.

Vers. 12. *Vt scriptura compleretur.* Dauidica, quae frequenter de eius perditione loquitur: et praecipue psalmo centesimo octauo. Et hic ergo

*) Inclusa absunt. A.
*) Inclusa absunt. A.

λεῖσιν, ἐπὶ δὲ θεῦ καὶ ἀνθρώπων, ὁμοίωσίν τινα. ἐν οὖν εἰσιν ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς,] ὥσπερ τῇ οὐσίᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις, ἔτω καὶ τῇ ὁμονοίᾳ. λοιπὸν οὖν τὸ, καθὼς ἡμεῖς, διὰ τὸ ἀδιαίρετον καὶ ἀδιάῤῥηκτον.

Verſ. 12. Ὅτε — σου. Ὅτε ἤμην ἐν τῷ κόσμῳ, ὡς ἄνθρωπος· ἀεὶ γάρ εἰμι, ὡς θεός. τότε ἐγὼ ἐτήρουν αὐτοὺς ἐν τῇ δυνάμει σου, ἤγουν ἐν σοί. ἡ ἐμὴ γὰρ δύναμις, σὴ, καὶ ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν.

Καὶ ὡς ἄνθρωπος δὲ ταῦτα, καὶ τὰ τοιαῦτα, διαλέγεται, καὶ διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν μαθητῶν. [ἐπεὶ γάρ,[4]) πολλὰ περὶ τῆς παρ' αὐτῦ βοηθείας ἀκέσαντες, καὶ ὅτι πάλιν?) ὄψομαι q) Io. 16, 22.
ὑμᾶς, καὶ χαρήσεται ὑμῶν ἡ καρδία, καὶ τὴν χαρὰν ὑμῶν οὐδεὶς αἴρει ἀφ' ὑμῶν· ἐκ ἀπηλλάγησαν ἕπω τῆς ἀθυμίας τέλεον· τῷ πατρὶ λοιπὸν ὑπὲρ αὐτῶν διαλέγεται, ἵνα κἂν γοῦν τῷ πατρὶ παρατιθέμενοι θαῤῥήσωσιν. ἀτελεῖς γὰρ ὄντες, ἐχ οὕτω τοῖς ὑψηλοῖς καὶ θεοπρεπέσι ῥήμασιν ἐπίστευον, ὡς τοῖς ταπεινοτέροις καὶ ἀνθρωποπρεπέσιν.]

Verſ. 12. Οὓς — ἀπωλείας. Ἰούδας, ὁ προδότης, ὁ φίλτατος τῆς ἀπωλείας, ὁ φιληθεὶς αὐτῇ καὶ φιλήσας αὐτήν. ἀπώλειαν δὲ νόει, τὴν ἀπὸ τῦ θεῦ ἔκπτωσίν τε καὶ ἀλλοτρίωσιν, ἢ καὶ τὸν διάβολον, ὡς ἀπολλύοντα τοὺς πειθομένους αὐτῷ. [ἀπώλετο[5]) γὰρ ὁ ἰούδας ἐκεσίως, διὰ φαυλότητα προαιρέσεως. καὶ μὴν καὶ ἄλλοι ἀπὸ τῶν ἑβδομήκοντα μαθητῶν ἀπώλοντο, ἀλλ' οὐ τότε, ἀλλ' ὕσερον. τότε δὲ μόνος ὁ προδότης ἀπώλετο.]

Verſ. 12. Ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ. Ἡ δαυϊτικὴ, ἡ πολλαχῦ περὶ τῆς ἀπωλείας αὐτῦ διαλαμβάνεσα, καὶ μᾶλλον ἐν τῷ ἑκατοστῷ ὀγδόῳ

ergo dictio Vt, non est causae significatiua, sed eius, quod omnino futurum erat, puta, quod scriptura compleretur.

Vers. 13. *Nunc — venio.* Rursum repetit, Ad de venio: sicut et, A Deo exiui: haec frequentissime illis confirmans, simul etiam consolationem hinc non vulgarem tribuens.

Vers. 13. *Et — semetipsis.* Haec loquor, quum adhuc in mundo sum: haec, quaenam? Ad te venio: et, Serua eos. Haec ergo, inquit, loquor, vt habeant gaudium de me: perfecte certiores effecti, quod me non retinebit infernus, et te habebunt adiutorem. Quanquam enim credebant, nondum tamen mente compositi, cogitationibus adhuc fluctuabant, nec quiescere poterant.

Vel, Haec loquor humilia ac more humano, vt cessante interim infirmitate mentis eorum, absolute gaudeant, ne me Deo contrarium esse suspicentur.

Vers. 14. *Ego — mundo.* Tradidi eis sermonem tuum euangelicum, et mali oderunt eos, vt qui non sint ex ipsis, quantum ad innocentiam aut simplicitatem. Nam et in praecedentibus dixit ad eos, Si de mundo fuissetis, mundus, quod suum esset, diligeret. Nam, Mundum, et ibi et hic vocat malos, propter mundi ac voluptatum amorem. Itaque, quum propter sermonem tuum odio habeantur, custodi illos.

Vers. 15. *Non — malo.* Orationem propter eos explanat, vt confidentiori magis sint animo, vtpote non statim morituri, priusquam praedica-

[c]) Inclusa absunt. A.

ὀγδόῳ ψαλμῷ. καίτοι ταῦθα τοίνυν, τὸ ἵνα, οὐκ αἰτίας ἐστὶ δηλωτικὸν, ἀλλὰ τοῦ πάντως ἐσομένου, ὅτι μέλλει ἡ γραφὴ πληρωθῆναι.

Vers. 13. Νῦν — ἔρχομαι. Πάλιν, τὸ πρὸς σὲ ἔρχομαι, ὥσπερ καὶ, τὸ παρὰ τοῦ θεοῦ ἐξῆλθον, καὶ τὰ τοιαῦτα, τῇ συνεχείᾳ πάντως ἐπὶ πλέον βεβαιῶν αὐτοῖς ταῦτα, καὶ ἅμα παραμυθίαν ἐντεῦθεν, ὧν τὴν τυχοῦσαν παρέχων.

Vers. 13. Καὶ — αὐτοῖς. Ταῦτα λαλῶ, ἐν τῷ κόσμῳ ὢν ἔτι. ταῦτα, ποῖα; τὸ πρὸς σὲ ἔρχομαι, καὶ τὸ, τήρησον αὐτούς. ταῦτα οὖν, φησιν, λαλῶ, ἵνα ἔχωσι τὴν χαρὰν τὴν περὶ ἐμοῦ ὁλοτελῆ, πληροφορηθέντες, ὅτι καὶ ἐμὲ οὐ καθέξει ὁ ᾅδης, καὶ σὲ ἕξουσι βοηθόν. εἰ γὰρ καὶ ἐπίστευον, ἀλλὰ, μήπω καταρτισθέντες, ἐκυμαίνοντο τοῖς λογισμοῖς πάλιν, καὶ ἠρεμεῖν οὐκ ἠδύναντο.

[Ἢ[c]) ταῦτα λαλῶ, τὰ ταπεινὰ καὶ ἀνθρωποπρεπῆ, ἵνα ἀναπαυομένης τῆς ἀθενοῦς τέως διανοίας αὐτῶν, χαίρωσιν ἐντελῶς, ὡς μὴ δοκοῦντος μου ἀντιθέου.]

Vers. 14. Ἐγὼ — κόσμου. Δέδωκα αὐτοῖς τὸν λόγον σου, τὸν εὐαγγελικὸν, καὶ οἱ πονηροὶ ἐμίσησαν αὐτούς, ὡς μὴ ὄντας ἐξ αὐτῶν, ὅσον ἐπὶ τῇ ἀκακίᾳ. καὶ προλαβὼν γὰρ εἶπε πρὸς αὐτούς· ὅτι[r]) εἰ ἐκ τοῦ κόσμου ἦτε, ὁ κόσμος ἂν τὸ ἴδιον ἐφίλει. κόσμον γὰρ καὶ ἐκεῖ καὶ ἐνταῦθα, τοὺς πονηροὺς καλεῖ, διὰ τὸ φιλόκοσμον καὶ φιλήδονον. καὶ λοιπὸν, ὡς διὰ τὸν λόγον σου μισηθέντας, διαφύλαξον αὐτούς. r) Io. 15, 19.

Vers. 15. Οὐκ — πονηροῦ. Σαφηνίζει τὴν εὐχὴν, δι' αὐτούς, ἵνα θαρρήσωσι μᾶλλον, ὡς οὐκ αὐτίκα τεθνηξόμενοι πρὸ τοῦ κηρύξαι, ἀλλὰ καὶ τῆς παρὰ τοῦ πατρὸς φυλακῆς ἀπολαύσοντες.

dicauerint: et quasi patris custodia fruituri. Et hic ἐρωτῶ significat obsecro.

Vers. 16. *De — sunt.* Idem adhuc frequenter dicit: siue vlla immutatione prius illis testificans, ne turbentur, si odio habeantur: scientes omnino contrariam esse virtuti malitiam. Simul quoque laudat eos apud patrem: etiam hinc ostendens illis dilectionem suam erga ipsos. Dicit ergo coelestes eos esse ciues, non mundana, sed coelestia sapientes.

Vers. 16. *Sicut — sum.* Etiam consolatur eos similitudine ad seipsum: et ad tolerantiam excitat.

Vers. 17. *Sanctifica — tuam.* Sanctos facito ipsos per spiritum sanctissimum, per veritatem dogmatum: nam vera dogmata sanctificant hominem. Deinde manifestat, quid dicat, Veritatem.

Vers. 17. *Sermo — est.* Sermo dogmatum tuus, siue a te per spiritum sanctum illis infusus. Nam superius dixit, Spiritus veritatis ducet vos in omnem veritatem.

Aliter quoque intelligite. Sanctifica eos per veritatem tuam, hoc est, segrega eos per euangelium tuum: sermo namque tuus, puta, euangelicus, veritas est.

Patris autem ait esse sermonem: sicut etiam in praecedentibus dixit, Ego ex meipso non sum loquutus, sed pater, qui misit me, ipse mihi praeceptum dedit, quid dicam et quid loquar.

Vers. 18.

7) Chrysost. T. VIII. p. 483. D. dixerat: τῶν οὐρανῶν γεγόνασι πολῖται. Hinc illi οὐρανοπολῖται apud Theophyl. p. 801. fin. apud Ammon. in Caten. Corder p. 413.

σοντες. καὶνταῦθα δὲ, ἡ ἐρώτησις τὴν παράκλησιν σημαίνει.

Vers. 16. Ἐκ — εἰσι. Συνεχῶς καὶ τοῦτο λέγει, προσμαρτυρῶν αὐτοῖς τὸ ἀπόνηρον, ἵνα βεβαιωθῶσιν εἰς τὸ μὴ θορυβεῖσθαι μισούμενοι, εἰδότες, ὅτι ἀντίκειται τῇ ἀρετῇ πάντως ἡ κακία. ἅμα δὲ καὶ ἐπαινεῖ αὐτοὺς παρὰ τῷ πατρὶ, δεικνύων αὐτοῖς καὶντεῦθεν τὴν εἰς αὐτοὺς ἀγάπην αὐτοῦ. φησὶν οὖν, ὅτι ἐρανοπολίται[7]) εἰσὶν, ἃ κοσμικὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ ἐράνια.

Vers. 16. Καθὼς — εἰμί. Καὶ τῇ πρὸς ἑαυτὸν ὁμοιότητι παρηγορεῖ τούτους, καὶ διεγείρει πρὸς ὑπομονήν.

Vers. 17. Ἁγίασον — σου. Ἁγίους ποίησον διὰ τοῦ πανάγιου πνεύματος ἐν τῇ ἀληθείᾳ τῶν δογμάτων. τὰ γὰρ ἀληθῆ δόγματα ἁγιάζουσι τὸν ἄνθρωπον. εἶτα διασαφεῖ, τί λέγει ἀλήθειαν.

Vers. 17. Ὁ λόγος — ἐστιν. Ὁ λόγος, ὁ τῶν δογμάτων, ὁ σὸς, ἤγουν, ὁ παρὰ σοῦ διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνηχούμενος αὐτοῖς. εἴρηκε γὰρ ἀνωτέρω· ὅτι τὸ[s]) πνεῦμα τῆς ἀληθείας ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. s) Io. 16, 13.

[Νοεῖται[8]) δὲ καὶ ἑτέρως τὸ, ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου, ἀντὶ τοῦ, ἀφάρτους αὐτοὺς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ σου. ὁ λόγος γὰρ ὁ σὸς, εἴτουν, ὁ εὐαγγελικὸς, ἀλήθειά ἐστι.

Τὸ πατρὸς δὲ τὸν λόγον εἶναί φησι, καθὼς καὶ προλαβὼν εἶπεν· ὅτι ἐγὼ[t]) ἐξ ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλάλησα; ἀλλ' ὁ πέμψας με πατὴρ, αὐτός μοι ἐντολὴν ἔδωκε, τί εἴπω καὶ τί λαλήσω.] t) Io. 12, 49.

Vers. 18.

8) Inclusa absunt. A. Hentenius per confusionem vocalium videtur legisse νοεῖτε.

Verſ. 18. *Sicut — mundum.* Sicut tu hominum cupiens ſalutem, me miſiſti: Ita et ego illam cupiens, miſi eos. Vel ſicut tu, qui pater meus es, miſiſti me, ita et ego, qui pater eorum ſum, miſi eos. Sed tu quidem natura pater meus es, ego vero pater eorum, tanquam creator et prouiſor ac magiſter. Quod autem futurum eſt, tanquam factum dicit, eo quod iam paulo poſt eſſet eos miſſurus.

Verſ. 19. *Et — meipſum.* Ego voluntarie immolo meipſum. Nam hoc in loco victimam dicit ſanctificationem. Sanctum enim dicitur et ipſa hoſtia: multa quoque dicuntur ſancta, tanquam ſignum ſanctitatis.

Verſ. 19. *Vt — veritatem.* Vt et ipſi immolati ſint per veram hoſtiam: legalis ſiquidem victima figura erat, non veritas, vt et ipſi immolati ſint, capite videlicet ipſorum immolato.

Vel etiam, tanquam et ipſi immolati. Habiti ſumus, inquit, ſicut oues caedi deputatae, et, Exhibete membra veſtra hoſtiam viuentem. Poteſt enim etiam ſine caede immolari hoſtia. Ne quis autem eum putaret haec pro ſolis Apoſtolis dicere, ſubdit:

Verſ. 20. *Non — v. 21. ſint* Simul quoque eos iterum conſolatus eſt, oſtendens, quod per eorum praedicationem alii quoque fient diſcipuli.

Verſ 21. *Sicut — ſint.* Sicut tu in mei et ego in tui dilectione: vt et ipſi in nobis, ſiue in fide quae eſt in nos, vnum ſint. Nam qui in fide

9) κατὰ μικρόν. B.

Verſ. 18. Καθὼς — κόσμον. Καθὼς σὺ, θέλων τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων, ἐμὲ ἀπέστειλας· ἔτω κἀγὼ, θέλων αὐτὴν, ἀπέστειλα αὐτούς· ἢ καθὼς σὺ, πατήρ μου ὢν, ἐμὲ ἀπέστειλας· ἔτω κἀγὼ, πατὴρ αὐτῶν ὢν, ἀπέστειλα αὐτούς. ἀλλὰ σὺ μὲν πατήρ μου φύσει· ἐγὼ δὲ πατὴρ αὐτῶν, ὡς κτίσης καὶ προνοητὴς καὶ διδάσκαλος. ὡς γεγονὸς δὲ λέγει, τὸ γεννησόμενον, διὰ τὸ ἤδη μέλλειν ἀποστέλλαι αὐτοὺς μετὰ [s]) μικρόν.

Verſ. 19. Καὶ — ἐμαυτόν. Ἐγὼ ἑκουσίως θυσιάζω ἐμαυτόν. ἁγιασμὸν γὰρ ἐνταῦθα, τὸν θυσιασμὸν λέγει. ἅγιον γὰρ λέγεται καὶ ἡ θυσία, καὶ [t]) πολλὰ σημαίνει τὸ ἅγιον.

Verſ. 19. Ἵνα — ἀληθείᾳ. Ἵνα καὶ αὐτοὶ ὦσι τεθυμένοι ἐν ἀληθινῇ θυσίᾳ. ἡ γὰρ νομικὴ θυσία τύπος ἦν, ἐκ ἀλήθειαν. ἵνα δὲ ὦσι τεθυμένοι, ὡς τῆς κεφαλῆς αὐτῶν τυθείσης.

Ἢ ὡς καὶ αὐτοὶ θυόμενοι. ἐλογίσθημεν [u]) γὰρ, φησιν, ὡς πρόβατα σφαγῆς· καὶ παρασήσατε [x]) τὰ μέλη [y]) ὑμῶν, θυσίαν ζῶσαν. ἔστι γὰρ θύεσθαι, καὶ δίχα σφαγῆς. ἵνα δὲ μὴ νομίσῃ τις ὑπὲρ τῶν ἀποστόλων μόνων ταῦτα λέγειν αὐτὸν, φησίν.

u) Pſ. 43, 23.

x) Rom. 12, 1.

Verſ. 20. Οὐ — v. 21. ὦσιν. Ἅμα καὶ παρεμυθήσατο αὐτοὺς πάλιν, δείξας, ὅτι διὰ τὸ κηρύγματος αὐτῶν καὶ ἄλλοι ἔσονται μαθηταί.

Verſ. 21. Καθὼς — ὦσι. Καθὼς σὺ ἐν τῇ ἐμῇ ἀγάπῃ, κἀγὼ ἐν τῇ σῇ, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν, ἤγουν, ἐν τῇ εἰς ἡμᾶς πίστει, ἓν ὦσιν.

s) Interpres hic prorſus diſſentit a meis Codicibus. Sed haec lectio magis placet,

t) Ita ex Chryſoſtomo laudat. Tom. VIII. p. 484. C.

fide, quae est in nos, vnum sunt, erunt quoque in mutua inter se dilectione vnum. Dixit enim, Qui habet praecepta mea et seruat ea, hic est, qui diligit me, et, Hoc est praeceptum meum, vt diligatis vos inuicem. Quum ergo a dilectione et concordia inceperit, rursum in hac concluſit sermonem: ostendens, quod Deo chara sit ac magno studio affectanda dilectio.

Vers. 21. *Vt — miseris.* Vt credens Apostolis, credat, quod tu me miseris: nam hoc praedicaturi sunt: et nihil adeo erit impedimento praedicationi, sicut diuisos esse praedicatores, fidei diuersitate, ac mutua inter se inimicitia. Si enim inter se pugnauerint, dicent, eos non esse pacifici magistri discipulos: quod si non pacifici, nec a te missi. Si vero concordes fuerint, et praecepta mea custodierint, omnes cognoscent, quod mei sint discipuli, et quod tu me miseris.

Vers. 22. *Et — eis.* Quae a doctrina et miraculis procedit: aut quae a concordia: neque enim ex hac minus, quam ex illis glorificantur. Dedi autem dixit etiam hic, et suam insinuans dignitatem, et aequalem cum patre honorem: quemadmodum frequenter aliis in locis.

Vers. 22. *Vt — sumus.* Hoc superius quoque dictum ac declaratum est: et nunc idem dicit, vehementer cupiens inprimi cordibus eorum, tanquam maxime necessarium.

Vers. 23. *Ego — me.* Ego in eis maneo, et tu in me, hoc est, ego et tu in eis manemus, quomodo ergo non eos conseruabimus? Alibi quo-

que

3) Inclusa absunt. A.
4) Inclusa absunt. A.
5) Inclusa omittit. A.

ὄντες γὰρ ἐν τῇ εἰς ἡμᾶς πίστει ἕν, ἔσονται καὶ ἐν τῇ εἰς ἀλλήλους ἀγάπῃ ἕν. [εἴρηκε[3]) γάρ· ὅτι ὁ ἔχων[y]) τὰς ἐντολάς μου καὶ τηρῶν αὐτάς, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἀγαπῶν με· καί· αὕτη[z]) ἐστὶν ἡ ἐντολὴ ἡ ἐμή, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. ἐκ τῆς ἀγάπης τοίνυν καὶ ὁμονοίας ἀρξάμενος, εἰς ταύτην πάλιν κατέκλεισε τὸν λόγον, δεικνὺς, ὅτι θεοφιλὲς καὶ περισπούδαστον ἡ ἀγάπη.]

y) Io. 14, 2
z) Io. 15, 1

Verſ. 21. Ἵνα — ἀπέστειλας. Ἵνα πιστεύσας τοῖς ἀποστόλοις, πιστεύσῃ, ὅτι σὺ με ἀπέστειλας. τοῦτο γὰρ μέλλεσι κηρύττειν. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἔμελλεν ἐμποδίζειν τῷ κηρύγματι, ὡς τὸ διεσχίσθαι τοὺς κήρυκας, τῇ τε διαφορᾷ τῆς πίστεως, καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους ἀπεχθείᾳ, ἐπειδὴ, μαχομένων, ἐρῶσιν, οὐκ εἰρηνικὸν εἶναι μαθητάς· εἰ δὲ οὐκ εἰρηνικὸν, οὐδὲ παρὰ σοῦ ἀποσταλέντος· ὁμογνωμονούντων δὲ καὶ τὰς ἐντολάς μου φυλαττόντων, γνώσονται πάντες, ὅτι ἐμοὶ μαθηταί εἰσι, καὶ ὅτι σύ με ἀπέστειλας.

Verſ. 22. Καὶ — αὐτοῖς. Τὴν ἀπὸ τῶν διδαγμάτων καὶ τῶν θαυμάτων, [ἢ[4]) καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ὁμονοίας.] οὐκ ἔλαττον γὰρ ἐκ ταύτης ἢ ἐκ τέρατων δοξάζονται. δέδωκα δὲ εἶπε, παραδηλῶν καὶ ταύτῃ καὶ τὸ ἑαυτοῦ ἀξίωμα, καὶ τὸ πρὸς τὸν πατέρα ὁμότιμον, ὥσπερ καὶ ἐν ἄλλοις πολλάκις.

Verſ. 22. Ἵνα — ἑσμέν. Τοῦτο καὶ ἀνωτέρω εἴρηται, καὶ ἡρμήνευται. [καὶ νῦν[5]) δὲ τοῦτο λέγει, σφόδρα τοῦτο βουλόμενος ἐνεῖναι αὐτοῖς, ὡς ἀναγκαιότατον.]

Verſ. 23. Ἐγὼ — ἐμοί. Ἐγὼ ἐν αὐτοῖς μένω, καὶ σὺ ἐν ἐμοὶ, τουτέστιν, ἐγὼ καὶ σὺ ἐν αὐτοῖς μένομεν, καὶ πῶς οὐ συντηρήσομεν[6])

[6]) συντηρήσωμεν. A. Idem mox omittit inclusa.

que dixit, Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, et pater meus diliget eum, et ad eum veniemus ac manſionem apud eum faciemus. Sed ego quidem in eis diuino modo propter fidem, tu vero in me paterno modo propter naturam.

Verſ. 23. *Vt — vnum.* In vnitatem, in concordiam. Quemadmodum enim ſeditio diſſoluit, ſic et concordia congregat.

Verſ. 23. *Et — miſeris.* (†† Superius etiam dixerat: vt mundus credat, me a te miſſum eſſe). Iterum ergo idem dicit, vt firmius concordes ſint: certiores effecti, quod hoc maxime ad fidem attrahat homines.

Verſ. 23. *Et — dilexiſti.* Nam ſignum fuit dilectionis eorum, quod nec proprio filio tuo propter eos peperceris. Hic quoque dictio Sicut, non aequalitatem, ſed ſimilitudinem quandam ſignificat, quemadmodum in praecedentibus oſtendimus. Frequenter autem hoc ponit, conſolans eos per ſimilitudinem, quam erga ipſum habent, et fiduciam praebens.

Ad hunc vſque locum de dilectione ac concordia ſermonem extendit: deinceps vero de brabiis quoque et coronis diſſerit, quae poſt praeſentem vitam illis repoſita ſunt, vt ampliorem ſumant fiduciam.

Verſ. 24. *Pater — mecum.* In regno videlicet conregnantes mihi.

Verſ. 24. *Vt — mihi.* Gloriam diuinitatis, quam dediſti mihi, non tanquam minori aut poſterius genito, ſed tanquam principium, ſiue is,

7) Incluſa omiſerat Hentenius.
8) Incluſa abſunt. A.

αὐτούς; [καὶ ἀλλαχοῦ δὲ εἴρηκεν· ἐάν τις[a]) ἀγα- a) Io. 14, 23.
πᾷ με, τὸν λόγον μου τηρήσει, καὶ ὁ πατήρ μου ἀγαπήσει αὐτὸν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἐν αὐτοῖς θεοπρεπῶς, διὰ τὴν πίστιν· σὺ δὲ ἐν ἐμοὶ πατροπρεπῶς, διὰ τὴν φύσιν.]

Verſ. 23. Ἵνα — ἕν. Εἰς ἕνωσιν, εἰς ὁμόνοιαν. ὥσπερ γὰρ ἡ στάσις διαλύει· ἕτως ἡ συμφωνία συγκροτεῖ.

Verſ. 23. Καὶ — ἀπέστειλας. [Καὶ[7]) ἀνωτέρω εἶπεν· ἵνα[b]) ὁ κόσμος πιστεύσῃ, ὅτι σύ b) Io. 17, 21.
με ἀπέστειλας.] πάλιν ἓν τὸ αὐτό φησιν, [ἵνα βεβαίως[8]) ὁμοιωθῶσι, πληροφορηθέντες, ὅτι τοῦτο μᾶλλον πρὸς πίστιν ἐπισπάσεται τοὺς ἀνθρώπους.]

Verſ. 23. Καὶ — ἠγάπησας. Τεκμήριον γὰρ τῆς ἀγάπης αὐτῶν, τὸ μηδὲ τοῦ ἰδίου σου υἱοῦ φείσασθαι ὑπὲρ αὐτῶν. καὶνταῦθα δὲ τὸ καθὼς, οὐκ ἰσότητα, ἀλλ' ὁμοίωσίν τινα δηλοῖ, καθάπερ προλαβόντες παρεσημειωσάμεθα. [τίθησι[9]) δὲ τοῦτο συνεχῶς, παραμυθούμενος αὐτοὺς διὰ τῆς πρὸς ἑαυτὸν ὁμοιώσεως καὶ θαῤῥεῖν παρέχων.

Μέχρι τότε τὰ περὶ ἀγάπης καὶ ὁμονοίας περατώσας, διαλέγεται λοιπὸν καὶ περὶ τῶν μετὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν ἀποκειμένων αὐτοῖς βραβείων καὶ στεφάνων, ἵνα πλέον θαῤῥήσωσι.]

Verſ. 24. Πάτερ — ἐμοῦ. Ἐν τῇ βασιλείᾳ σου, δηλονότι, συμβασιλεύοντές μοι.

Verſ. 24. Ἵνα — μοι. Τὴν δόξαν τῆς θεότητος, ἣν δέδωκάς μοι, οὐχ ὡς ἐλάττονι, ἢ ὑστερογενεῖ, ἀλλ' ὡς ἄτιος, εἴτουν, ὡς γεννήσας

9) Inclusa absunt. A.

is, qui me genuit. Quando autem dedit? Quando scilicet genuit. Quando vero genuit? Quaestio quando hoc fuerit, sermonem habet incomprehensibilem: simul enim et erat et genuit: nec fuit tempus, quo pater erat, et non erat pater. Quia autem verbum Dedisti, quum sit sese demittentis, quibusdam pariturum erat offendiculum, quo videretur minoritatem addere filio, huic quoque medetur dicens:

Vers. 24. *Quia — mundum.* Hoc est ante secula. Nam ita significare solet scriptura aeternitatem. Non dixit autem, Vt sint participes gloriae meae, sed Vt videant. Illud namque supra illorum facultatem erat: hoc vero tota illorum fruitio est, quod etiam dicit Paulus, Detecta facie gloriam Dei contemplantes. Siquidem vere maxima est gloria, eius videre gloriam.

Vers. 25. *Pater iuste.* Iustum eum nunc dicit, vtpote volentem non a solis Iudaeis, verum etiam ab omnibus hominibus agnosci, vt omnes salui fierent, et nullus per ignorantiam periret: nam id extremae iustitiae est ac bonitatis.

Vers. 25. *Et — cognouit.* Gentiles quidem nullo modo, quum adorent idola: Iudaei vero non cognouerunt te, quia sponte peccantes, negant te meum esse patrem.

Vers. 25. *Ego — cognoui.* Natura.

Vers. 25. *Et — misisti.* Discipuli mei hoc cognouerunt ex his, quae eos docui, et diuino modo operatus sum.

Vers. 26.

[1]) Inclusa absunt. A.
[2]) δὲ, loco γάρ. A.
[3]) Inclusa absunt. A. Hentenii versio hic etiam dissentit.

με. [πότε[1]) δὲ δέδωκεν; ὅτε δηλονότι γεγέννηκε· πότε δὲ γεγέννηκεν; ὑπὲρ τὸ πότε τὸ ἐρώτημα, καὶ ὁ λόγος ἀνέφικτος. ἅμα γὰρ καὶ ἦν, καὶ γεγέννηκε, καὶ οὐκ ἦν, ὅτε οὐκ ἦν πατὴρ ὁ πατήρ. ἐπεὶ δὲ τὸ δέδωκας, συγκαταβατικὸν ὄν, ἔμελλέ τισι τίκτειν σκάνδαλον, δοκεῖν ἐλάττωσιν περιάπτειν τῷ υἱῷ, θεραπεύει τοῦτο λέγων.]

Vers. 24. Ὅτι — κόσμου. Τουτέστι, πρὸ αἰώνων. οὕτω γὰρ ἡ γραφὴ δηλοῖ τὸ ἀϊδίως. οὐκ εἶπε δὲ, ἵνα μετέχωσι τῆς δόξης τῆς ἐμῆς, ἀλλ' ἵνα θεωρῶσι. τὸ μὲν γὰρ ὑπὲρ αὐτοὺς ἦν, τὸ δὲ πᾶσα ἀπόλαυσις αὐτοῖς, ὃ καὶ παῦλός φησιν· ἀνακεκαλυμμένῳ[c]) προσώπῳ τὴν δόξαν κυρίου κατοπτριζόμενοι. μεγίστη γὰρ ὄντως δόξα, τὸ θεωρεῖν τὴν δόξαν αὐτοῦ. c) 2 Cor. 3, 18.

Vers. 25. Πάτερ δίκαιε. Δίκαιον αὐτὸν λέγει νῦν, ὡς θέλοντα, μὴ μόνοις ἰουδαίοις, ἀλλὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐπιγνωσθῆναι, ἵνα πάντες σώζωνται, καὶ μηδεὶς δι' ἄγνοιαν ἀπόληται. τοῦτο[2]) γὰρ ἀκροτάτης δικαιοσύνης καὶ ἀγαθότητος.

Vers. 25. Καὶ — ἔγνω. [Ὁ μὲν ἄλλος[3]) κόσμος, ἐδ' ὅλως·[4]) οἱ δὲ ἰουδαῖοι,[5]) πατέρα μου, διὰ τὸ ἐθελοκακεῖν.]

Vers. 25. Ἐγὼ — ἔγνων. Φύσει.

Vers. 25. Καὶ — ἀπέστειλας. Οἱ μαθηταί μου ἔγνωσαν τοῦτο, ἀφ' ὧν εἶπον καὶ ἔπραξα θεοπρεπῶς.

4) Intell. ἔγνω. Forte Hentenius hic additum inuenit, διὰ τὸ ἰδωλολατρεῖν.

5) οὐχ ὡς, interponendum videtur, vt sit οὐχ ὡς πατέρα μου, intell. ἔγνωσαν.

Verſ. 26. *Et — tuum.* Nomen paternitatis. Haec autem etiam ſuperius dixit, et nunc iterum repetendo dicit.

Verſ. 26. *Et notum faciam.* Amplius per ſpiritum ſanctum. Vides, quod ſicut pater loquitur per ſpiritum ſanctum, ita et filius notum facit per ipſum diſcipulis, quae voluerit? ex quibus rurſum honoris aequalitas ac concordia ſanctae trinitatis oſtenditur.

Verſ. 26. *Vt — ſit.* Notum faciam, inquit, amplius nomen tuum, vt quum hoc cognouerint ac didicerint, quod naturalis ſim filius tuus, et natura dilectus: huiusmodi dilectio, quae ingenua eſt et per naturam, ſit in eis per cognitionem.

Verſ. 26. *Et ego in eis.* Et ego in eis magis ſim per fidem maiorem, vtpote perfectius eis notus. Iterum ergo in dilectionem terminauit, hanc imponens ſermoni conſummationem. Nam perfectio virtutum eſt dilectio.

Cap. XVIII. v. 1. *Haec — eius.*

Quaere ſexageſimo quarto capite euangelii iuxta Matthaeum, vbi ponitur, Et dictis laudibus exierunt in montem Oliuarum: nam ibi de his enarratum eſt. Sed et de iis, quae ſequuntur, latius et exactius in illo Euangeliſta ſignificauimus.

Verſ. 2. *Sciebat — locum.* Deinde etiam dicit, vnde hoc ſciebat.

Verſ. 2. *Quod — ſuis.* Frequenter verſaretur ibi.

Verſ. 3.

δ). γὰρ, loco δέ. A.

Vers. 26. Καὶ — σου. Τὸ τῆς πατρότητος. ταῦτα [6]) δὲ καὶ ἀνωτέρω εἴρηκε, καὶ νῦν λέγει πάλιν, ἐπαναλαμβάνων.

Vers. 26. Καὶ γνωρίσω. Ἐπὶ πλέον διὰ τὸ ἁγίου πνεύματος. ὁρᾷς, ὅτι ὥσπερ ὁ πατὴρ λέγει διὰ τὸ ἁγίου πνεύματος, ἕτω καὶ ὁ υἱὸς γνωρίζει δι' αὐτοῦ, ἃ βούλεται, τοῖς μαθηταῖς. ἀφ' ὧν αὖθις τὸ ἰσότιμον καὶ σύμφωνον τῆς ἁγίας τριάδος δείκνυται.

Vers. 26. Ἵνα — ᾖ. Γνωρίσω, φησὶν, αὐτοῖς ἐπὶ πλέον τὸ ὄνομά σου, ἵνα τοῦτο σαφῶς γνωρισάντων καὶ διαγνόντων, ὅτι γνήσιος υἱὸς ἐγώ [7]) σου καὶ φύσει ἀγαπητὸς, ἡ τοιαύτη ἀγάπη, ἡ γνησία καὶ φύσει, ἐν αὐτοῖς εἴη γνωριζομένη.

Vers. 26. Κἀγὼ ἐν αὐτοῖς. Κἀγὼ ἐν αὐτοῖς ὦ πλέον, διὰ πίστεως μείζονος, ἅτε γνωριζόμενος αὐτοῖς ἐντελέστερον. πάλιν οὖν εἰς ἀγάπην κατέληξε, ταύτην ἐπιθεὶς τῷ λόγῳ τελείωσιν. τελειωτικὴ γὰρ τῶν ἀρετῶν ἡ ἀγάπη.

Cap. XVIII. v. 1. Ταῦτα — αὐτοῦ.

Ζήτησον ἐν τῷ ἑξηκοστῷ τεταρτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ ματθαῖον τό· καὶ [d]) ὑμνήσαντες ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν. ἐκεῖ γὰρ ἐξηγήθη καὶ περὶ τούτων. ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ἑξῆς πλατύτερόν τε καὶ ἀκριβέστερον ἐν ἐκείνῳ τῷ εὐαγγελιστῇ δεδηλώκαμεν. d) Matt. 26, 30.

Vers. 2. Ἤιδει — τόπον. Εἶτα λέγει, καὶ πόθεν τοῦτον ἐγίνωσκεν.

Vers. 2. Ὅτι — αὐτοῦ. Πολλάκις ἠυλίθη ἐκεῖ.

Vers. 3.

7) σου ἐγώ. A.

Vers. 3. *Iudas ergo — armis.* Arma adduxerunt, timentes eos, qui sequebantur Iesum: nam et propterea intempestiuo noctis tempore aduenerunt.

De his autem dictum est sexagesimo quinto iuxta Matthaeum capite, vbi dicitur, Et adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit: nam quae in medio sunt, praetermisit Iohannes, tanquam ab aliis enarrata, quod frequenter ac multis facit in locis.

Vers. 4. *Iesus* — v. 6. *in terram.* Sciens, tanquam Deus, vniuersa quae ventura erant super se, egressus intrepide interrogauit eos, tanquam homo. Stabat autem et proditor cum ipsis: et neque hic potuit eum indicare prae conscientia, aut propter eius vocem. Ostendit, quod nolentem non solum non possent eum apprehendere, sed neque omnino videre. Praedicto autem capite de his quoque mentio consequenter facta est.

Vers. 7. *Iterum* — v. 8. *fim.* Ipse seipsum manifestat, docens discipulos, neque in periculis mentiendum, et certiores reddens, quod spontanee seipsum tradat inimicis.

Vers. 8. *Si* — v. 9. *quenquam.* Vt compleretur sermo: hoc a seipso dicit euangelista. Nam superius ad patrem loquens, dixerat, Quos dedisti mihi custodiui, et nemo ex ipsis periit, nisi filius perditionis. Itaque neminem ex eis perdidi, tantundem significat sicut, Nemo ex ipsis periit. Nemo enim, inquit, periit mea causa, hoc est, non perdidi quenquam ex eis mea causa.

Vers. 10.

Vers. 3. Ὁ οὖν Ἰούδας — ὅπλων. Τὰ ὅπλα ἐπήγοντο, δεδοικότες τοὺς ἑπομένες αὐτῷ. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἀωρὶ τῶν νυκτῶν ἐπῆλθον.

Ἐν τῷ ἑξηκοστῷ δὲ πέμπτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ ματθαῖον ἐρρέθη περὶ τούτων, [ἔνθα[8]) κεῖται· τό· καὶ ἔτι[e]) αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ Ἰούδας e) Matt. 26, 47.
εἷς τῶν δώδεκα ἦλθε. τὰ γὰρ ἐν τῷ μέσῳ παρέδραμεν ὁ Ἰωάννης, ὡς τοῖς ἀλλοῖς ἱστορηθέντα, ὃ πολλαχοῦ πολλάκις ποιεῖ.]

Vers. 4. Ἰησοῦς — v. 6. χαμαί. Εἰδὼς, ὡς θεὸς, πάντα τὰ ἐρχόμενα ἐπ' αὐτὸν, ἐξελθὼν ἀταράχως ἠρώτησεν αὐτοὺς, ὡς ἄνθρωπος. εἱστήκει δὲ καὶ ὁ προδότης μετ' αὐτῶν. καὶ ἐδόθη οὕτως ἠδυνήθη γνωρίσαι αὐτὸν, ἢ ἀπὸ τοῦ εἴδους, ἢ ἀπὸ τῆς φωνῆς. ἔδειξεν οὖν, ὅτι, μὴ βουλόμενον, οὐ μόνον οὐκ ἠδύναντο κατασχεῖν αὐτὸν, ἀλλ' ἐδὲ ὅλως ἰδεῖν. [ἐν τῷ[9]) ῥηθέντι δὲ κεφαλαίῳ καθεξῆς καὶ περὶ τούτων ἐμνημονεύθη.]

Vers. 7. Πάλιν — v. 8. εἰμι. Αὐτὸς ἐμφανίζει ἑαυτὸν, παιδεύων τε τοὺς μαθητὰς, μηδὲ ἐν κινδύνῳ ψεύδεσθαι, καὶ πληροφορῶν, ὅτι ἑκουσίως ἐπιδίδωσιν ἑαυτὸν τοῖς φονεῦσιν.

Vers. 8. Εἰ — v. 9. ἐδένα. Τὸ ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος, ἀφ' ἑαυτοῦ φησιν ὁ εὐαγγελιστής. ἀνωτέρω γὰρ πρὸς τὸν πατέρα διαλεγόμενος εἴρηκεν· ὅτι οὓς[f]) δέδωκάς μοι ἐφύλαξα, καὶ ἐδεὶς f) Io. 17, 12.
ἐξ αὐτῶν ἀπώλετο, εἰ μὴ ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας. τὸ γοῦν ἐδένα ἐξ αὐτῶν ἀπώλεσα, ταὐτόν ἐστι τῷ, ἐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἀπώλετο. ἐδεὶς γάρ, φησὶν, ἐξ αὐτῶν ἀπώλετο παρ' ἐμὴν αἰτίαν, τετέλεσται, οὐκ ἀπώλεσα ἐξ αὐτῶν ἐδένα ἐξ ἐμῆς αἰτίας.

Vers. 10.

8) Inclusa omittit. A.
9) Inclusa absunt. A.

Verſ. 10. *Simon — Malchus.* In illo capite etiam de his dictum eſt, vbi habetur, Et ecce vnus ex his qui erant cum Ieſu extenta manu, exemit gladium ſuum. Addidit autem Iohannes et nomen vulnerati, partemque vulneratam, ob rei manifeſtationem: non ſolum, quod repente curauerit illum Ieſus, ſicut a Luca didicimus, verum etiam, quod paulo poſt eſſet eum alapa percuſſurus, ſicut ſignificauit Chryſoſtomus.

Verſ. 11. *Dicit — id?* Poculum, mortem videlicet. Dicit ergo, An non ſuſcipiam mortem quam permiſit pater inferri mihi? nam hoc ſignificat, Dedit mihi: ac ſi dicat, Imo maximè, tanquam eadem volens, quae pater. In dicto autem capite conſequenter etiam de his diſſeruimus.

Verſ. 12. *Cohors igitur — v. 13. illius.* Prae voluptate de hac re gloriabantur, tanquam de tropaeo conſtituto: et abduxerunt eum primum ad Annam, vt qui a Caiapha eius anni pontifice, quaſi pater honorabatur, propter affinitatem. Quaere in praememorato capite, vbi habetur, At illi apprehenſum Ieſum abduxerunt ad Caiapham pontificem: et lege poſitam ibi enarrationem.

Verſ. 14. *Erat — populo.* Ne auditor vincula audiens turbetur, eius memoriam ad Caiaphae vaticinium reuocat, ſignificans, quod moriebatur pro eo quod populo expediebat, ſiue pro ſalute hominum, veluti Caiaphas prophetauerat.

Verſ. 15.

[1]) Etiam haec omittit. A.

[2]) Henten.ius ita, ac ſi legerit ἔμελλεν. Minus ſane haec cohaerent. Sed ex priori membro tamen intelligi poteſt ἐθεράπευσεν.

[3]) Reſpicit verſum 22.

[4]) Tom. VIII. p. 491. B.

[5]) Incluſa abſunt. A.

Verſ. 10. Σίμων — μάλχος. Ἐν ἐκείνῳ τῷ κεφαλαίῳ καὶ περὶ τούτων ἐρρήθη, ἔνθα τό· καὶ ἰδοὺ [g]) εἷς τῶν μετὰ ἰησοῦ, ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἀπέσπασε τὴν μάχαιραν αὐτοῦ. [προσέθηκε [1]) δὲ ὁ ἰωάννης καὶ τὸ ὄνομα τοῦ πληγέντος, καὶ τὸ πληγὲν μέρος, διὰ τὸ περιφανὲς τοῦ πράγματος· ἃ μόνον, ὅτι ἐθεράπευσεν αὐτὸν ὁ ἰησοῦς αὐτίκα, ὡς ἀπὸ τοῦ [h]) λουκᾶ μεμαθήκαμεν, ἀλλ' ὅτι καὶ [2]) μέλλοντα μικρὸν ὕστερον [3]) ἁπτίζειν αὐτὸν, ὡς ὁ [4]) χρυσόστομος παρεσημειώσατο.] g) Matt. 26, 51. h) Luc. 22, 51.

Verſ. 11. Εἶπεν — αὐτό; Τὸ ποτήριον, τὸ τοῦ θανάτου, δηλονότι. λέγει δὲ, ὅτι τὸν θάνατον, ὃν παρεχώρησεν ἐπενεχθῆναί μοι ὁ πατήρ· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ δέδωκεν· ἃ μὴ δέξομαι; πάνυ μὲν οὖν, ὡς τὰ αὐτὰ τῷ πατρὶ βουλόμενος. [ἐν τῷ [5]) εἰρημένῳ δὲ κεφαλαίῳ καὶ περὶ τούτων διελάβομεν ἐφεξῆς.]

Verſ. 12. Ἡ οὖν σπεῖρα — v. 13. ἐκείνῳ. [Ὑπὸ τῆς [6]) ἡδονῆς ἐνεπόμπευον τῷ πράγματι, ὡς τρόπαιον ϛήσαντες, καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν πρὸς ἄνναν πρῶτον, ὡς ἴσα πατρὶ τιμώμενον ὑπὸ τοῦ καϊάφα, τοῦ πενθερὸς τοῦ καϊάφα, τοῦ τηνικαῦτα ἀρχιερέως, διὰ τὸ κῆδος.] ζήτησον ἐν τῷ μνημονευθέντι κεφαλαίῳ τό· οἱ δὲ [7]) κρατήσαντες τὸν ἰησοῦν ἀπήγαγον πρὸς καϊάφαν τὸν ἀρχιερέα, καὶ ἀνάγνωθι τὴν ἐκεῖ ῥηθεῖσαν ἐξήγησιν. i) Matt. 26, 57.

Verſ. 14. Ἦν — λαοῦ. Ἵνα μὴ ἀκούσας ὁ ἀκροατὴς δεσμὰ, θορυβηθῇ, ἀναμιμνήσκει τοῦτον τῆς προφητείας τοῦ καϊάφα, δηλῶν, ὅτι ἐπὶ συμφέροντι τοῦ λαοῦ ἀπέθνησκεν, ἤγουν, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων, ὡς ὁ καϊάφας προεφήτευσεν.

Verſ. 15.

[6]) Incluſa abſunt. A.

Verſ. 15. *Sequebatur — diſcipulus.* Ipſe eſt alius ille diſcipulus. Quaere in dicto capite enarrationem illius ſententiae, Petrus autem ſequebatur eum procul vſque ad atrium principis ſacerdotum.

Verſ. 15. *Diſcipulus autem* — v. 16. *foris.* Vide modeſtiam ac fraternum amorem. Ne quis enim aut ipſum laudet, quod ſimul introierit, aut Petrum vituperet, quod foris manſerit: dicit, quod ſibi quidem tanquam familiari pontificis permiſſus ſit introitus: Petrus vero tanquam incognitus excluſus eſt: et tamen adhuc ad oſtium permanebat: quod Petro potius datur laudi.

Verſ. 16. *Exiuit* — v. 17. *ſum.* Quaere praedicto capite, Et ingreſſus intro ſedebat cum miniſtris, vt videret finem: et lege, quae ibi dicta ſunt, quum ſint maxime neceſſaria. Praeterea quoque ſexageſimo ſexto capite illius ſententiae enarrationem, Petrus autem ſedebat foris in atrio, et acceſſit ad eum vna ancilla et caetera.

Verſ. 18. *Stabant — calefaciens ſe.* Oſtendit, quod ipſe in interiori atrio cum praeceptore verſans, omnia videbat et audiebat: Petrus vero cum eſſet in exteriori, nihil horum ſciebat.

Verſ. 19. *Pontifex itaque — eius.* De diſcipulis quidem, vbinam eſſent, et quam ob cauſam congregaſſet eos: De doctrina vero, quid doceret et quare. Haec autem interrogauit, volens eum arguere, tanquam nouae rei inuentorem ac ſeditioſum, quaſi conciliabula quaedam facientem, nouaque dogmata inferentem. Atqui frequenter eum docentem audierat.

Verſ. 20.

[7]) Incluſa abſunt. A.
[8]) παρέμεινεν. B.

Vers. 15. Ἠκολούθει — μαθητής. Αὐτός ἐστιν, ὁ ἄλλος μαθητής. [ζήτησον[7]) ἐν τῷ τοιούτῳ κεφαλαίῳ τὴν ἐξήγησιν τοῦ· ὁ δὲ[k]) πέτρος ἠκολούθει αὐτῷ ἀπὸ μακρόθεν, ἕως τῆς αὐλῆς τοῦ ἀρχιερέως.] k) Matt. 26,58.

Vers. 15. Ὁ δὲ μαθητὴς — v. 16. ἔξω. Ὅρα μετριοφροσύνην καὶ φιλαδελφίαν. ἵνα γὰρ μήτε αὐτόν τις ἐπαινῇ συνεισελθόντα, μήτε τὸν πέτρον ψέγῃ, μείναντα ἔξω, φησὶν, ὅτι αὐτῷ μὲν, ὡς γνωρίμῳ τοῦ ἀρχιερέως, παρεχωρήθη ἡ εἴσοδος· τῷ πέτρῳ δὲ, ὡς μὴ γνωρίμῳ, ἀπεκλείσθη. καὶ ὅμως ἔτι παρέμενεν,[8]) ὃ καὶ μᾶλλον ἐγκώμιον τοῦ πέτρου.

Vers. 16. Ἐξῆλθεν — v. 17. εἰμί. Εὑρὲ ἐν τῷ αὐτῷ κεφαλαίῳ τό· καὶ[l]) εἰσελθὼν ἔσω ἐκάθητο μετὰ τῶν ὑπηρετῶν, ἰδεῖν τὸ τέλος. καὶ ἀνάγνωθι[9]) τὰ ἐκεῖ ῥηθέντα ἀναγκαιότατα τυγχάνοντα. καὶ μὴν καὶ ἐν τῷ ἑξηκοστῷ ἕκτῳ τοῦ αὐτοῦ εὐαγγελιστοῦ τὴν ἐξήγησιν τοῦ· ὁ[m]) δὲ πέτρος ἔξω ἐκάθητο ἐν τῇ αὐλῇ, καὶ προσῆλθεν αὐτῷ μία παιδίσκη, καὶ τὰ ἑξῆς. l) Matt. 26, 58. m) Matt. 26,69.

Vers. 18. Εἰστήκεισαν — θερμαινόμενος. Δείκνυσιν, ὅτι αὐτὸς μὲν κατὰ τὴν ἐνδοτέραν αὐλὴν συνὼν τῷ διδασκάλῳ ἑώρα πάντα καὶ ἤκουεν· ὁ δὲ πέτρος κατὰ τὴν ἐξωτέραν ὤν, οὐδὲν τούτων ἐγίνωσκεν.

Vers. 19. Ὁ οὖν ἀρχιερεὺς — αὐτοῦ. Περὶ τῶν μαθητῶν μὲν, πόσοι εἰσὶ καὶ τίνος ἕνεκεν συνέλεξεν αὐτούς· περὶ τῆς διδαχῆς δὲ, τί διδάσκει καὶ διατί; ταῦτα δὲ ἠρώτησεν, ἐλέγξαι βουλόμενος αὐτὸν νεωτεροποιὸν καὶ σφαδασμὸν, ὡς παρασυναγωγὰς ποιοῦντα καὶ καινὰ δογματίζοντα, καίτοι πολλάκις ἀκούσας αὐτοῦ διδάσκοντος.

Vers. 20.

9) ἀνάγνωθι τὴν τούτων ἐξήγησιν, ceteris omissis. A.

Verſ. 20. *Reſpondit — mundo.* Manifeſte omnem docui populum, non ſolum diſcipulos.

Verſ. 20. *Ego — nihil.* Nihil, quale tu ſuſpicaris, ſeditioſum et quod Deo non ſit grátum. Quid ergo, an non frequenter occulte loquebatur diſcipulis? Vtique, ſed nihil tale, quale pontifex putabat.

Verſ. 21. *Quid — ego.* Non contumacis verba ſunt, ſed de dogmatum veritate confidentis. Quid me interrogas? Interroga eos, qui audierunt: non diſcipulos, ſed alios etiam, qui non crediderunt.

Verſ. 22. *Quum autem haec dixiſſet — pontifici?* Horreto coelum, ſtupeſce terra: tum ob ſeruorum perfidiam, tum ob domini clementiam. O audaciſſime, quidnam reſpondit contumacius? an non potius honorem detulit pontificatui, qui pontificem maligne de his, quae nouerat, interrogantem non arguerit? Quum ergo poſſet omnes concutere et obruere, aut alio acerbo modo perdere, patienter fert, verbaque proloquitur, quae omnem poſſint diſſoluere feritatem, quanquam non eam, quae illorum erat.

Verſ. 23. *Reſpondit — caedis?* Profer teſtimonium, hoc eſt, oſtende, quid ſit male prolatum, argue eum, qui ſit male loquutus.

Quaerunt autem quidam, quomodo non obuerterit Chriſtus et alteram maxillam impingenti alapam, ſicut Apoſtolis faciendum praeceperat, ſed potius indignatus eſt? Nos autem dicimus, quod illud praeceptum de non vlciſcendo fuit inductum

[1]) Incluſa abſunt. A.

Verſ. 20. Ἀπεκρίθη — κόσμῳ. [Φανερῶς[1]) ἐδίδαξα τὸν λαὸν ἅπαντα, ἐ μόνον τοὺς μαθητάς μϐ.]

Verſ. 20. Ἐγὼ — ἐδέν. Οὐδὲν, οἷον ὑπολαμβάνεις, ϛασιῶδες καὶ ἀπαρέσκον θεῷ. τί οὖν, ἐχὶ καὶ κρυφίως πολλάκις ὡμίλησε τοῖς μαθηταῖς; ναί· ἀλλ' ἐδὲν τοιῦτον, οἷον ὁ ἀρχιερεὺς ᾤετο.

Verſ. 21. Τί — ἐγώ. Οὐκ αὐθαδιαζομένου τὰ ῥήματα, ἀλλὰ θαῤῥοῦντος τῇ ἀληθείᾳ τῶν διδαγμάτων. τί ἐμὲ ἐπερωτᾶς; ἐρώτησον τοὺς ἀκηκοότας, μὴ τοὺς μαθητὰς, ἀλλὰ τοὺς ἄλλους, τοὺς μηδὲ πιϛεύσαντας.

Verſ. 22. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ εἰπόντος — ἀρχιερεῖ; Φρίξιν ἐρανὲ, ἔκϛηθι γῆ, τῇ τε τῶν δούλων ἀγνωμοσύνῃ καὶ τῇ τοῦ δεσπότου μακροθυμίᾳ. ὦ πάντολμε! τί αὐθαδες ἀπεκρίνατο; ἐχὶ μᾶλλον ἐτίμησε τὴν ἀρχιερωσύνην, μὴ ἐλέγξας τὸν ἀρχιερέα κακοήθως ἐρωτῶντα, περὶ ὧν οἶδε; δυνάμενος οὖν σεῖσαι καὶ καταχῶσαι πάντας, ἢ καὶ τρόπον ἕτερον πικρῶς ἀπολέσαι, μακροθυμεῖ καὶ ΦΘέγγεται ῥήματα, πᾶσαν[2]) ἐκλύοντα θηριωδίαν, εἰ καὶ μὴ τὴν ἐκείνων.

Verſ. 23. Ἀπεκρίθη — δαίρεις; Μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ, τουτέϛιν, ἀπόδειξον τὸ κακῶς λαληθὲν, [ἔλεγξον[3]) κακῶς λαλήσαντα.

Ζητοῦσι μὲν οὖν τινες, πῶς οὐκ ἔϛρεψε καὶ τὴν ἄλλην σιαγόνα ὁ χριϛὸς τῷ ῥαπίσαντι, καθὼς τοῖς ἀποϛόλοις ἐνετείλατο ποιεῖν, ἀλλὰ μᾶλλον ἠγανάκτησε; λέγομεν δὲ ἡμεῖς, ὅτι καὶ ἡ ἐντολὴ ἐκείνη, τὸ μὴ ἀμύνεϑαι εἰσηγήσατο, διὰ

[2]) πᾶσαν κωλύοντα. A.
[3]) Inclusa absunt. A.

ductum propter seditiones, quae inde oriebantur: nunc tamen neque Christus eum vltus est, qui alapam impegerat, quin potius, quum illum non repulerit, neque ipse resilierit, ad alias quoque plagas paratus erat, sed partes suas defendit, ne quo modo si tacuisset, contumax videretur, de quo etiam accusabatur.

Vers. 24. *Misit* — v. 27. *Petrus.* Sexagesimo quinto euangelii iuxta Matthaeum capite de his diligenter disputatum est, vbi habetur, Et ingressus intro sedebat cum ministris, vt videret finem.

Vers. 27. *Statimque gallus cecinit.* Quaere sexagesimo sexto dicti euangelistae capite, vbi similiter dicitur, statimque gallus cecinit: Nam ibi de hoc manifeste dictum est.

Vers. 28. *Ducunt — pascha.* Horum quoque facta est mentio in fine praecedentis ibi capitis, vbi dicitur, Mane autem facto consilium inierunt omnes principes sacerdotum ac seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent.

Vers. 29. *Exiuit* — v. 31. *eum.* Haec quoque omnia ibi declarata sunt sequenti capite, vbi positum est, Iesus autem stetit coram praeside: lege ergo et illa. Sed quomodo, quum dicant eum esse malefactorem, tacet? Quia de hoc non interrogabatur: itaque patienter sustinet.

Vers. 31. *Dixerunt — quenquam.* Cruce videlicet. Hoc autem dixerunt, non tantum quasi subiecti dominio Romanorum, et propria priuati potestate: quantum volentes Christum cruce

4) ἠριβολόγηται. A.
5) ἐμνημονεύθησαν ἐν τῷ τέλει τῆ δηλωθέντος περικοπῆ, ceteris omissis. A.

πᾶς ἐντεῦθεν φάσεις· καὶ νῦν δὲ ὁ Χριστὸς οὐκ ἠμύνατο τὸν ῥαπίσαντα· μᾶλλον μὲν οὖν, μὴ παρωσάμενος αὐτὸν, μηδ' ἀποπηδήσας, ἕτοιμος ἦν καὶ πρὸς ἑτέρας πληγάς. ἐδικαιολογήσατο δὲ, ἵνα μὴ σιωπήσας δόξῃ αὐθάδης, ὃ καὶ ἠτιάθη.]

Verſ. 24. Ἀπέστειλεν — v. 27. πέτρος. Ἐν τῷ ἑξηκοστῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ τῶ κατὰ ματθαῖον ἠκριβολογήθη[4]) καὶ περὶ τούτων, ἔνθα κεῖται τό· καὶ[n]) εἰσελθὼν ἔσω [ἐκάθητο μετὰ τῶν ὑπηρετῶν, ἰδεῖν τὸ τέλος. n) Matt. 26,58.

Verſ. 27. Καὶ εὐθέως ἀλέκτωρ ἐφώνησε. [Ζήτησον ἐν τῷ ἑξηκοστῷ ἕκτῳ κεφαλαίῳ τῶ ῥηθέντος εὐαγγελιστῶ τό· καὶ εὐθέως[o]) ἀλέκτωρ ἐφώνησεν. ἐκεῖ γὰρ ἐῤῥήθη περὶ τούτου σαφῶς.] o) Matt. 26,74.

Verſ. 28. Ἄγουσιν — πάσχα. Ἐμνημονεύθησαν[5]) καὶ ταῦτα ἐν τῷ τέλει τῶ δηλωθέντος κεφαλαίου, ὅπου τό· πρωΐας[p]) δὲ γενομένης, συμβούλιον ἔλαβον πάντες οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ κατὰ τοῦ ἰησοῦ, ὥστε θανατῶσαι αὐτόν. p) Matth. 27, 1.

Verſ. 29. Ἐξῆλθεν — v. 31. αὐτόν. Καὶ ταῦτα πάντα διηρμηνεύθησαν ἐκεῖ, ἐν τῷ ἑφεξῆς κεφαλαίῳ, ἔνθα τό· ὁ[q]) δὲ ἰησοῦς ἔστη ἔμπροσθεν τοῦ ἡγεμόνος. [ἀνάγνωθι[6]) οὖν κἀκεῖνα. ἀλλὰ πῶς εἰπόντων, ὅτι κακοποιός ἐστι, σιγᾷ; διότι ἐκ ἠρωτήθη περὶ τούτου. ἀνεξικάκει οὖν.] q) Matt. 27, 11.

Verſ. 31. Εἶπον — οὐδένα. Σταυρῶ[7]) δηλονότι. τοῦτο γὰρ εἶπον, ἀ τοσοῦτον, ὡς κείμενοι ὑπὸ τὴν δεσποτείαν τῶν ῥωμαίων καὶ ἀφῃρημένοι τὴν οἰκείαν ἐξουσίαν, ὅσον ὡς βουλόμενοι[8])

6) Incluſa omittit. A.
7) σαυρῶσαι. A.
8) σαυρῶσαι. A.

ce occidi, miſerrima ſcilicet ac ignominioſiſſima morte, quod lex eis non permittebat. Nam quod alio modo perimerent, oſtendit Stephanus lapidatus.

Verſ. 32. *Vt — eſſet moriturus.* Hoc dixerunt, vt ſermo Ieſu compleretur. Complendus enim erat, inquit, ſermo eius, quem loquutus fuerat dicens, Si exaltatus fuero a terra omnes traham ad meipſum: ſicut etiam ibi ſignificauit euangeliſta, addens, quod hoc dicebat, ſignificans, qua morte eſſet moriturus, hoc eſt, aenigmatice mortem deſignans.

Verſ. 33. *Ingreſſus* — v. 35. *mihi.* Dicto capite etiam de his per ordinem inuenies, in illius dicti enarratione, Et interrogauit eum praeſes dicens, Tu es rex Iudaeorum?

Verſ. 35. *Quid* — v. 37. *ego.* Ibi etiam haec conſequenter ſortita ſunt enarrationem.

Verſ. 37. *Ego — veritati.* Quum a principio interrogaſſet Pilatus, Tu es rex Iudaeorum: ac reſpondiſſet dominus, Regnum meum non eſt ex hoc mundo, et ſeipſum regem oſtendiſſet, quanquam non terrenum: rurſum interrogauit Pilatus, Num itaque rex es tu? ac deinceps ſe iterum eſſe reſpondit. Deinde confirmans, ſe vera loqui, ait, Propterea natus ſum, propterea incarnatus ſum, et veni in hunc mundum, vt doceam veritatem. Sicut ergo in caeteris vera loquor, ita ſane et in hoc.

Vel, ad hoc natus ſum, hoc eſt, quum rex ſim, ad regnandum incarnatus ſum, et propterea veni in mundum, vt doceam veritatem, quod quum ſim

[2]) Incluſa omittit. A.
[3]) Incluſa abſunt. A.

σταυρῷ τὸν χριστὸν ἀναιρεθῆναι, τῷ χαλεπωτάτῳ καὶ ἐπονειδίστῳ θανάτῳ, ὅπερ ὁ νόμος οὐκ ἐπέτρεπεν αὐτοῖς. ὅτι γὰρ ἑτέρως ἀνῄρουν, δείκνυσιν ὁ στέφανος λιθαζόμενος.

Verſ. 32. Ἵνα — ἔμελλεν ἀποθνήσκειν. Τοῦτο εἶπον, ἵνα ὁ λόγος τοῦ ἰησοῦ πληρωθῇ. ἔμελλε γάρ, φησιν, ὁ λόγος αὐτοῦ πληρωθῆναι, ὃν εἶπε, λέγων· ὅτι r) ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτὸν, ὡς καὶ ἐκεῖ ὁ εὐαγγελιστὴς παρεσημειώσατο περὶ τούτου, [προσθείς·[2]) ὅτι τοῦτο ἔλεγε σημαίνων, ποίῳ θανάτῳ ἔμελλεν ἀποθνήσκειν, τουτέστιν, αἰνιττόμενος τὸν σταυρόν.] r) Io. 12, 32. 33.

Verſ. 33. Εἰσῆλθεν — v. 35. ἐμοί. [Ἐν ἐκείνῳ[1]) τῷ κεφαλαίῳ καθεξῆς εὑρήσεις καὶ περὶ τούτων, ἐν τῇ ἐξηγήσει τοῦ· καὶ[1]) ἐπηρώτησεν αὐτὸν ὁ ἡγεμὼν λέγων· σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν ἰουδαίων;] s) Matt. 27, 11.

Verſ. 35. Τί — v. 37. ἐγώ. Ἐκεῖ καὶ ταῦτα τετυχήκασιν ἐξηγήσεως ἀκολούθως.

Verſ. 37. Ἐγὼ — ἀληθείᾳ. Ἐρωτήσαντος ἐν ἀρχῇ τοῦ πιλάτου, σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν ἰουδαίων, καὶ ἀποκριθέντος τοῦ κυρίου, ὅτι ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου, καὶ βασιλέα ἐντεῦθεν ὑποφήναντος ἑαυτὸν, εἰ καὶ μὴ ἐπίγειον· πάλιν ἐπηρώτησεν ὁ πιλάτος, οὐκοῦν βασιλεὺς εἶ σύ; καὶ λοιπὸν προσαπεκρίθη, ὅτι ἐστίν. εἶτα βεβαιῶν, ὅτι ἀληθεύει, φησὶ· διὰ τοῦτο γεγέννημαι, διὰ τοῦτο ἐνηνθρώπησα καὶ ἦλθον εἰς τὸν κόσμον τοῦτον, [ἵνα[2]) διδάξω τὴν ἀλήθειαν, ὥσπερ οὖν ἀληθεύω τἆλλα, οὕτω δὴ καὶ τοῦτο.

Ἢ εἰς τοῦτο γεγέννημαι, ἀντὶ τοῦ, βασιλεὺς ὢν εἰς τὸ βασιλεύειν ἐνηνθρώπησα, καὶ διὰ τοῦτο ἦλθον εἰς τὸν κόσμον, ἵνα διδάξω τὴν ἀλήθειαν,

[2]) Etiam haec abſunt. A.

sim rex sempiternus, incarnatus sum, vt super eos regnem, qui credunt in me.

Vers. 37. *Omnis — vocem.* Omnis qui est ex veritate, qui amat veritatem: obedit verbo meo, credit doctrinae meae.

Vers. 38. *Ait — veritas?* Discere cupiens interrogat, Quid est veritas, cui tu testimonium perhibes, quam doces? Sciens autem, quod mora opus esset ad quaestionem, ad quam hortabatur, subsistit ab interrogatione: et confestim egressus nititur hunc ab impetu Iudaeorum liberare, Vide enim:

Vers. 38. *Et — eo.* Rursum praedicto capite lege illius dicti enarrationem. Et interrogauit eum praeses dicens, Tu es rex Iudaeorum? in qua Lucae quoque verborum facta est mentio, per quae etiam praesens dictum cognoscitur.

Vers. 39. *Est — Iudaeorum?* Quaere in eodem, vbi dicitur, In festo autem consueuerat praeses absoluere turbae vnum vinctum, quem voluissent: ibi enim de hoc quoque dictum est.

Vers. 40. *Clamauerunt — latro.* Eodem capite scribit Matthaeus, Principes autem sacerdotum et seniores persuaserunt turbis, vt peterent Barabbam, Iesum vero perderent: et illius lege enarrationem.

Cap. XIX. v. 1. *Tunc* — v. 3. *alapas.*

Dicto capite consequenter etiam haec omnia ad verbum manifestata sunt. Ista autem Iohannes cum breuitate narrat, tanquam ab aliis iam scripta: studens

3) Inclusa omittit. A.
4) Inclusa absunt. A.
5) Etiam haec absunt. A.

ὅτι βασιλεὺς ὢν ἀίδιος ἐνηνθρώπησα εἰς τὸ βασιλεύειν τῶν πιστευόντων εἰς ἐμέ.]

Vers. 37. Πᾶς — φωνῆς. Πᾶς ὁ ὢν ἐκ τῆς ἀληθείας, ὁ φιλῶν τὴν ἀλήθειαν, πείθεταί μοι τῷ λόγῳ, πιστεύει μοι τῇ διδασκαλίᾳ.

Vers. 38. Λέγει — ἀλήθεια; Μαθεῖν βουλόμενος ἐρωτᾷ, τί ἐστιν ἀλήθεια, ἣ μαρτυρεῖς, ἣν διδάσκεις; γνοὺς δὲ, ὅτι καιρὸν δεῖται τὸ ἐρώτημα, πρὸς τὸ κατεπεῖγον ἵσταται, καὶ αὐτίκα ἐξελθὼν σπουδάζει τοῦτον ἐξελέσθαι τῆς τῶν Ἰουδαίων ὁρμῆς. ὅρα γάρ.

Vers. 38. Καὶ — αὐτῷ. Ἐν τῷ προδηλωθέντι κεφαλαίῳ πάλιν ἀνάγνωθι τὴν ἐξήγησιν τοῦ· καὶ ἐπηρώτησεν[t]) αὐτὸν ὁ ἡγεμὼν [λέγων·[3]) σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; ἐν ᾗ καὶ ῥητὰ τοῦ Λουκᾶ ἐμνημονεύθησαν, ἀφ' ὧν καὶ τὸ παχὺ διαγινώσκεται.] t) Matt. 27, 11.

Vers. 39. Ἔστι — Ἰουδαίων; Ζήτησον ἐν αὐτῷ τό· κατὰ[u]) δὲ ἑορτὴν εἰώθει ὁ ἡγεμὼν [ἀπολύειν[4]) ἕνα τῷ ὄχλῳ δέσμιον, ὃν ἤθελον. ἐκεῖ γὰρ ἐῤῥήθη καὶ περὶ τούτου.] u) Matt. 27, 15.

Vers. 40. Ἐκραύγασαν — λῃστής. [Ἐν ἐκείνῳ[5]) τῷ κεφαλαίῳ φησὶν ὁ Ματθαῖος· οἱ[x]) δὲ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἔπεισαν τὸν[6]) ὄχλον, ἵνα αἰτήσωνται τὸν Βαραββᾶν, τὸν δὲ Ἰησοῦν ἀπολέσωσι, καὶ ἀνάγνωθι τὴν ἐξήγησιν αὐτοῦ.] x) Matt. 27, 20.

Cap. XIX. v. 1. Τότε — v. 3. ῥαπίσματα.

Ἐν τῷ τοιούτῳ κεφαλαίῳ καθεξῆς καὶ ταῦτα πάντα σαφῆ γεγόνασι κατὰ λόγον. [ἐν ἐπιτομῇ[7]) δὲ καὶ ταῦτα διέξεισιν ὁ Ἰωάννης, ὡς τοῖς

6) In contextu Codd. Euthymii habent ibi, τοὺς ὄχλους. Ita hic etiam Hentenius.

7) Inclusa desunt. A.

dens et hic recitare, quae praeterita erant. Et cur omnino eorum meminit, quae ab aliis memorata sunt? Quia aliter nequaquam apte scribere poterat, quae scripta non erant.

Vers. 4. *Exiuit — foras.* Hoc est, extra praetorium.

Vers. 4. *Vt — inueniam.* Hoc dicit, tentans mentem eorum.

Vers. 5. *Exiuit — vestimentum.* Eduxit eum ludibrii stola vestitum: vt hunc in tanto videntes opprobrio, satiarentur ac placarentur.

Vers. 5. *Et — homo.* Homo dixit prae compassione, vt et ipsi compassione mouerentur.

Vers. 6. *Quum — eum.* Tanquam feri canes, eo solum viso, furibunde oblatrabant, quasi ferae bestiae, quae venatores sentientes statim incurrunt: nam inuidia ebrii, in caedem aduersus eum debacchabantur.

Vers. 6. *Ait — crimen.* Vos, inquit, qui iniusti estis. Permittit autem eorum potestati, indignatus de violentia ac impudentia illorum.

Vers. 7. *Responderunt — fecit.* Naturalem videlicet. Hoc autem dixerunt, iniustitiam repellentes. Itaque rursum ad aliam transierunt accusationem. Quid ergo Christus? Quum de talibus eum accusarent, tacebat, dictum complens propheticum, non aperuit os suum.

Vers. 8. *Quum — timuit.* Ne quo modo

[8]) Haec prioribus iungit. A.
[9]) Haec absunt. A.
[1]) αὐτόν.
[2]) Inclusa desunt. A.

ἄλλοις ἰσορηθέντα, σπεύδων ἀπαγγεῖλαι καὶ ταῦθα τὰ παραλελειμμένα. καὶ διατί ὅλως μνημονέυει τῶν μνημονευθέντων τοῖς ἄλλοις; διότι ἂν ἐν ἑτέρως ἔμελλεν ἁρμοδίως ἰσορῆσαι τὰ ἀνισόρητα.]

Vers. 4. Ἐξῆλθεν — ἔξω. Ἔξω τοῦ πραιτωρίου. τὸ δὲ ἴδε, ἀντὶ τοῦ, ἰδού.

Vers. 4. Ἵνα — εὑρίσκω. Τοῦτο [8]) λέγει τῆς γνώμης αὐτῶν ἀποπειρώμενος.

Vers. 5. Ἐξῆλθεν — ἱμάτιον. [Ἐξήγαγεν [9]) αὐτὸν περιβεβλημένον τὴν στολὴν τῆς χλεύης, ἵνα ἐν ἀτιμίᾳ τοσαύτῃ τοῦτον ἰδόντες, κορεσθῶσι καὶ δυσωπηθῶσι.]

Vers. 5. Καὶ — ἄνθρωπος. Ὁ ἄνθρωπος εἶπεν, ὑπὸ συμπαθείας, ἵνα καὶ αὐτοὶ συμπαθήσωσιν.

Vers. 6. Ὅτε — αὐτόν. Ὡς ἀνήμεροι κύνες, ἰδόντες μόνον, [1]) ἐμμανῶς καθυλάκτησαν, [ὡς [2]) ἄγριοι θῆρες, αἰθόμενοι τῷ θηράματος, ὀξέως ἐπέδραμον. τῷ φθόνῳ γὰρ μεθύσαντες, εἰς τὸν κατ' αὐτοῦ φόνον ἐξεβακχεύθησαν.]

Vers. 6. Λέγει — αἰτίαν. Ὑμεῖς, φησὶν, οἱ ἄδικοι. παραχωρεῖ δὲ τούτοις τῆς ἐξουσίας, δυσανασχετῶν ἐπὶ τῇ βίᾳ καὶ ἀναισχυντίᾳ αὐτῶν.

Vers. 20. Καὶ — αὐτοῦ. Ζήτησον ἐν τῷ τελευταίῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ λουκᾶν τό· καὶ[z]) αὐτοὶ ἐξηγοῦντο τὰ ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ τὰ ἑξῆς, [ἄχρι[7]) τοῦ· ἔτι[a]) δὲ ἀπιστούντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς χαρᾶς καὶ θαυμαζόντων,] καὶ ἀνάγνωθι τὰς ἐξηγήσεις αὐτῶν, πάνυ χρησιμευούσας πρὸς τὰ παρόντα. z) Luc. 24, 35. a) Luc. 24, 41.

Vers. 20. Ἐχάρησαν — κύριον. Ὁρᾷς, ἐπὶ τῶν ἔργων τοὺς λόγους ἐκβαίνοντας. πρὸ τοῦ σαυρῷ

6) Ante διὰ, A. habet εἰρήνην δίδουσ αὐτοῖς.
7) Inclusa absunt. A.

te passionem dixerat eis, Iterum videbo vos, et gaudebit cor vestrum.

Vers. 21. *Dixit — vobis.* Postquam comederat datam sibi partem piscis assi, et de fauo apiario, sicut scripsit Lucas, certiores facti sunt: et prae gaudio iam, vt verisimile est, turbatos, reprimit, vt his, quae dicturus est, animum aduertant.

Vers. 21. *Sicut — vos.* Etiam ante passionem dixit ad patrem, Sicut me misisti in mundum, et ego misi illos in mundum: et lege, quae ibi dicta sunt. Animos itaque illorum erexit, tradens eis opus suum, ac sibi successores eos constituens.

Vers. 22. *Et* — v. 23. *retenta sunt.* Atqui superius dixerat, Nisi ego abiero, paracletus non veniet ad vos: quomodo ergo dat hic spiritum sanctum? Insufflauit quidem, dans gratiam susceptiuam spiritus sancti, aptosque efficiens ad eius susceptionem: dicit autem, Accipite spiritum sanctum: non nunc, sed quando descenderit.

Aut spiritum sanctum vocauit gratiam spiritualem remittendi ac ligandi peccata: et hoc tunc illis tribuit, quod et miraculis maius erat. Nam quum paralytico dixisset, Remissa sunt tibi peccata tua, dixerunt scribae, Quis potest remittere peccata, nisi vnus, nempe Deus?

Verum et ante passionem dixerat eis, Quaecunque ligaueritis super terram, erunt ligata in coelo: et quaecunque solueritis super terram, erunt

solúta

[8]) Inclusa absunt. A.
[9]) τῶν, addit. A.
[1]) Inclusa desunt. A.

σαυροῦ γὰρ εἶπεν αὐτοῖς· ὅτι b) πάλιν ὄψομαι b) Io. 16, 22.
ὑμᾶς, καὶ χαρήσεται ὑμῶν ἡ καρδία.

Vers. 21. Εἶπεν — ὑμῖν. Μετὰ τὸ φαγεῖν τὸ ἐπιδοθὲν αὐτῷ ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος, καὶ ἀπὸ c) μελισσείου κηρίου, καθὼς ἔγραψε λουκᾶς, c) Luc. 24, 42.
ἐπληροφορήθησαν, καὶ λοιπὸν ὑπὸ πολλῆς χαρᾶς, ὡς εἰκὸς, θορυβῶντας καταξέλλει, ἵνα προσέχωσιν, οἷς μέλλει ἐρεῖν.

Vers. 21. Καθὼς — ὑμᾶς. Καὶ πρὸ τοῦ σαυροῦ εἴρηκε πρὸς τὸν πατέρα· ὅτι d) καθὰς d) Io. 17, 18.
ἐμὲ ἀπέστειλας εἰς τὸν κόσμον, κἀγὼ ἀπέστειλα αὐτοὺς εἰς τὸν κόσμον, [καὶ 8) ἀναγνωθι τὰ ἐκεῖ ῥηθέντα. ἐπῆρεν οὖν αὐτῶν τὰς ψυχὰς, ἐγχειρίσας αὐτοῖς τὸ ἴδιον ἔργον, καὶ καταξήσας διαδόχους ἑαυτῷ.]

Vers. 22. Καὶ — v. 23. κεκράτηνται.
Καὶ μὴν ὀπίσω εἴρηκεν· ὅτι e) ἐὰν ἐγὼ μὴ ἀπέλθω, e) Io. 16, 7.
ὁ παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς· πῶς ἦν ἐνταῦθα δίδωσι πνεῦμα ἅγιον; ἐνεφύσησε μὲν, ἐμπνέων αὐτοῖς χάριν δεκτικὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ κατασκευάζων ἐπιτηδείους εἰς ὑποδοχὴν αὐτοῦ· λέγει δὲ, λάβετε πνεῦμα ἅγιον, οὐ τότε, ἀλλ' ὅτε κατέλθῃ.

Ἡ πνεῦμα ἅγιον ἐκάλεσε, τὸ πνευματικὸν χάρισμα τῆς ἀφέσεως καὶ δεσμῶν ἁμαρτίας. διαφόρων γὰρ ὄντων 9) πνευματικῶν χαρισμάτων, τοῦτο τηνικαῦτα δέδωκεν αὐτοῖς, [μεῖζον 1) ὂν καὶ τῶν σημείων. τῷ παραλυτικῷ γὰρ εἰπόντος· f) f) Matth 9, 2. Marc. 2, 5. 7.
ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου· ἔλεγον οἱ γραμματεῖς· τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ εἷς ὁ θεός;

Καὶ μὴν, καὶ πρὸ τοῦ σαυρῷ εἴρηκεν αὐτοῖς· ὅσα g) ἐὰν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα ἐν τῷ g) Matt. 18, 18.
οὐρανῷ, καὶ ὅσα ἐὰν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται

λελυ-

ſoluta in coelo: ſed tunc quidem hoc illis promiſit, nunc autem tribuit.

Quaere autem circa medium noni capitis praeſentis euangelii, vbi dicitur, Nondum erat ſpiritus ſanctus: quia Ieſus nondum erat glorificatus: et lege totam illorum enarrationem.

Inſufflauit itaque, tanquam fons gratiarum: et vt etiam hinc diſcamus, ipſum eſſe, qui primum ac vitale ſpiraculum inſufflauit in Adam. Retentionem vero intellige ligationem, veniae carentiam. Tanquam rex ergo, duces exercitus deſtinans, ita diſcipulos prae omnibus, huiusmodi ſtipat poteſtate.

† Qui propter daemonum terrorem in ſublimitate diuinarum contemplationum firmiter confirmantur: et ſenſus ad modum oſtiorum claudunt: ignoto modo accedentem excipiunt diuinum ſermonem, absque ſenſitiua operatione eis apparentem: et pacis quidem nomine immobilitatem ad affectus tribuentem: inſufflationis vero, gratias ſpiritus ſancti, ac myſteriorum ſuorum ſigna demonſtrantem.

Verſ. 24. *Thomas — Ieſus.* Veriſimile enim eſt, eum a tempore, quo diſperſi fuerant diſcipuli, ac relicto praeceptore fugerant, nondum cum illis conueniſſe.

† Quanquam aberat Thomas, tamen per fratres Apoſtolos particeps et ipſe fuit gratiae inſufflati in illos ſpiritus ſancti, ſicut ait diuus Cyrillus. Quidam tamen dicunt, quod poſtmodum, poſtquam vidit

[2]) Ex Hentenio ſuſpicio mihi oritur, illum legiſſe περιϲέλλων, id eſt, παραϲκευάζων, εὑτρεπίζων, συγπροτῶν.

[3]) προτβάλλει. A. Neutrum placet. Forte περιβάλλει.

λελυμένα ἐν τῷ οὐρανῷ· ἀλλὰ τότε μὲν ὑπέσχετο αὐτοῖς τᾶτο, νῦν δὲ δίδωσι.

Ζήτησον δὲ περὶ τὰ μέσα τᾶ ἑνάτου κεφαλαίου τᾶ παρόντος εὐαγγελιστᾶ τό· οὔπω[h]) γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον, ὅτι ἰησοῦς ἐδέπω ἐδοξάσθη, καὶ ἀνάγνωθι τὴν ὅλην ἐξήγησιν αὐτῶν. h) Io. 7, 39.

Ἐνεφύσησε μὲν οὖν, ὡς πηγὴ χαρισμάτων, καὶ ἵνα μάθωμεν κἀντεῦθεν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ καὶ τὸ πρῶτον καὶ ζωτικὸν ἐμφύσημα ἐμφυσήσας τῷ ἀδάμ.] κράτησιν δὲ νόει, τὴν δῆσιν, τὴν ἀσυγχωρησίαν. καθάπερ οὖν βασιλεὺς, στρατηγοὺς[2]) ἀποστέλλων, ἵτω τοὺς μαθητὰς[3]) παραβάλλει πρὸ πάντων τῇ τοιαύτῃ δυνάμει.

[Οἱ[4]) διὰ τὸν φόβον τῶν δαιμόνων ἐν τῷ ὕψει τῶν θείων θεωρημάτων ἀσφαλῶς βεβηκότες, καὶ, θυρῶν δίκην, τὰς αἰσθήσεις μύσαντες, παραγινόμενον ἀγνώστως δέχονται τὸν τᾶ θεᾶ λόγον, ἄνευ τῆς κατ' αἴσθησιν ἐνεργείας ἐπιφαινόμενον αὐτοῖς, καὶ δωρούμενον ἀπάθειαν μὲν, διὰ τῆς εἰρήνης, πνεύματος δὲ ἁγίου χάριν, διὰ τῆς ἐμπνεύσεως, καὶ δεικνύοντα τὰ σύμβολα τῶν μυστηρίων αὐτᾶ.]

Vers. 24. Θωμᾶς — ἰησοῦς. Εἰκὸς γὰρ, αὐτὸν μετὰ τὸ διασκορπισθῆναι τοὺς μαθητὰς, ἀφέντας τὸν διδάσκαλον καὶ φυγόντας, μήπω συνελθεῖν αὐτοῖς.

[Εἰ καὶ ἀπῆν ὁ θωμᾶς, ὅμως διὰ τῶν ἀδελφῶν[5]) τῶν ἀποστόλων μετέλαβε καὶ αὐτὸς τῆς χάριτος τᾶ ἐμφυσηθέντος αὐτοῖς ἁγίου πνεύματος, ὡς ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος[6]) εἴρηκε. τινὲς δὲ λέγου-

4) Haec vterque in margine exhibet.
5) τῶν, abeſt. A.
6) Tom. IV. p. 1100. A. p. 1101. A.

vidit manus ac latus saluatoris, et circa resurrectionem credidit: tunc accepit et ipse huiusmodi gratiam, vt in nullo horum inferior esset coapostolis.

Vers. 25. *Dixerunt — dominum.* Dixerunt ei, quum ad eos veniisset.

Vers. 25. *Ille — credam.* Quemadmodum vulgi more ac temere credere, leuitatis est: ita quoque vltra modum scisciтari, ac nimis curiose indagare, crassae mentis est. Propterea etiam Thomas arguitur. Nam, quum fide digni essent condiscipuli, remque confirmarent, non credidit: non tantum fidem illis non praestans, quantum impossibilem ducens hanc resurrectionem. Siquidem ipse eum videre quaerit: nec id tantum, sed et vestigium clauorum: neque hactenus sistit curiositas, sed et mittere digitum in vestigium clauorum, manumque in latus eius, ne forte phantasma esset. Audierat enim, vt apparet, a condiscipulis, quod manus ac latus suum eis ostendisset. Tactum itaque fide digniorem ducit aspectu.

Vers. 26. *Et — eis.* Intus, in diuersorio, vbi erant congregati.

Vers. 26. *Venit — clausis.* Venit certiorem redditurus eum, qui non credebat: et neque vnum despicit, licet mente crassior esset caeteris. Et quare non tunc fecit illum certiorem, quum Thomas praedicta requirebat, sed post dies octo? Vt interim a condiscipulis instructus, facilius persuaderi posset ad fidem.

Vers. 26.

7) Inclusa Codex vterque in margine habet.
8) δὲ, interponit. A.
9) Inclusa absunt. A.
1) γίνηται. A.

λέγουσιν, ὅτι ὕστερον, μετὰ τὸ ἰδεῖν τὰς χεῖρας καὶ τὴν πλευρὰν τοῦ σωτῆρος, καὶ πιστεύσαι περὶ τῆς ἀναστάσεως, ἔλαβε καὶ αὐτὸς τὴν τοιαύτην χάριν, ἵνα μηδ' ἐν τούτῳ λείπηται τῶν [7]) συναποστόλων.]

Vers. 25. Ἔλεγον — κύριον. Ἔλεγον [8]) αὐτῷ, ἐλθόντι πρὸς αὐτούς,

Vers. 25. Ὁ — πιστεύσω. Ὥσπερ τὸ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε πιστεύειν, εὐκολίας ἐστὶν· οὕτω καὶ τὸ πέρα τοῦ μέτρου περιεργάζεσθαι καὶ πολυπραγμονεῖν παχυτάτης διανοίας ἐστί. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θωμᾶς ἐγκαλεῖται τοῖς γὰρ συμμαθηταῖς, ἀξιοπίστοις ὄσι, καὶ διαβεβαιουμένοις, οὐκ ἐπίστευσεν· οὐ τοσοῦτον ἐκείνοις ἀπιστῶν, ὅσον ἀδύνατον τὴν ἀνάστασιν ταύτην νομίζων. ζητεῖ γὰρ αὐτὸς ἰδεῖν αὐτὸν, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν τύπον τῶν ἥλων· καὶ οὐ μέχρι τούτων ἵστησι τὸ περίεργον, ἀλλὰ καὶ βαλεῖν τὸν δάκτυλον εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ τὴν χεῖρα εἰς τὴν πλευρὰν αὐτοῦ, μήποτε φάσμα ᾖ. μεμάθηκε γὰρ, ὡς ἔοικε, παρὰ τῶν συμμαθητῶν, ὅτι ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ. τὴν ἀφὴν οὖν πιστοτέραν ποιεῖται τῆς ὄψεως.

Vers. 26. Καὶ — αὐτῶν. Ἔσω τοῦ καταγωγίου αὐτῶν, ὅπου συνήγοντο.

Vers. 26. Ἔρχεται — κεκλεισμένων. Ἔρχεται πληροφορήσων τὸν ἀπιστοῦντα, [καὶ [9]) ἐδὲ τὸν ἕνα περιορᾷ, καίτοι τῶν ἄλλων ὄντα παχύτερον εἰς διάνοιαν.] καὶ τίνος ἕνεκεν οὐχ, ὅτε ἐζήτησε τὰ ῥηθέντα ὁ Θωμᾶς, τότε τοῦτον ἐπληροφόρησεν, ἀλλὰ μεθ' ἡμέρας ὀκτώ; ἵνα ἐν τῷ μέσῳ κατηχούμενος ὑπὸ τῶν μαθητῶν εὐπειθέστερος πρὸς πίστιν [1]) γένηται.

Verſ. 26. *Et — vobis.* Sicut et prius. Rurſum enim omnia facit, quaecunque eo abſente fecerat.

Verſ. 27. *Deinde — meum.* Quum nihil Thomas diceret, anticipat eum, praebens, quae ille petierat, ac oſtendens, quod etiam tunc praeſens fuerit et audierit, tanquam Deus, quum haec ille loquebatur. Siquidem eisdem quoque vſus eſt verbis.

Verſ. 27. *Et — fidelis.* Indignatus hoc dicit, quaſi non ex diligentia, ſed ex incredulitate contradixerit.

Verſ. 28. *Et — meus.* Videns in manibus eius veſtigium clauorum, et latus ipſius apertum, continuo credidit, non expectans, dum contrectaſſet.

Verſ. 29. *Dicit — crediderunt.* Quum enim Petrus et Iohannes nondum eum vidiſſent, a linteaminibus tamen ac ſudario reſurrexiſſe crediderunt. Alii quoque diſcipuli, quum poſtmodum Petrus eum vidiſſet, illisque renunciaſſet, nondum videntes crediderunt. Inuenerunt, inquit, Lucas, congregatos vndecim et eos, qui cum illis erant, dicentes, Surrexit dominus vere, et viſus eſt a Simone.

Et quomodo dicit idem euangeliſta, quod dum apparuit eis, expauefacti et conterriti exiſtimabant ſpiritum ſe videre, et caetera? et quod adhuc illis non credentibus prae gaudio, et admirantibus dixit eis, Habetis hic aliquid edulii, et caetera? Quia tunc haec paſſi ſunt, non quod eum reſurrexiſſe non crederent, ſed quod dubitarent, vtrum ipſe

[2]) Incluſa abſunt. A.
[3]) Etiam haec abſunt. A.

Vers. 26. Καὶ — ὑμῖν. [Ὥσπερ[2]) καὶ πρότερον. πάντα γὰρ ποιεῖ πάλιν, ὅσα καὶ ἀπόντος αὐτῦ πεποίηκεν.]

Vers. 27. Εἶτα — μϐ. Μηδὲν ἀπόντος τῦ θωμᾶ, προλαμβάνει, καὶ ἅπερ ἐζήτει, δίδωσι, δεικνὺς, ὅτι καὶ ὅτε ταῦτα ἔλεγε, παρῆν τε καὶ ἤκουεν, ὡς θεός. [καὶ[3]) γὰρ τοῖς αὐτοῖς ἐχρήσατο ῥήμασι.]

Vers. 27. Καὶ — πιστός. Μεμφόμενος τῦτό φησιν, ὡς ἐξ ἀπιστίας, οὐκ ἐξ ἀκριβείας, ἀντιτάνοντος.

Vers. 28. Καὶ — μϐ. Ἰδὼν ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ τὴν πλευρὰν αὐτῦ νενυγμένην, αὐτίκα ἐπίστευσε, μὴ ἀναμείνας ψηλαφῆσαι. τινὲς δέ φασιν, ὅτι ψηλαφήσας ἐβόησεν, ὁ κύριός μου καὶ ὁ θεός μου.

Vers. 29. Λέγει — πιστεύσαντες. Ὅ, τε γὰρ πέτρος καὶ ἰωάννης, μήπω ἰδόντες αὐτὸν, ὅμως ἀπὸ τῶν ὀθονίων καὶ τῦ σουδαρίου ἐπίστευσαν, ὅτι ἀνέστη, καὶ οἱ ἄλλοι δὲ μαθηταὶ μετὰ τῦτο, τῦ πέτρου ἰδόντος αὐτὸν καὶ ἀναγγείλαντος αὐτοῖς, μήπω ἰδόντες αὐτὸν, ἐπίστευσαν. εὗρον γάρ, φησιν ὁ λουκᾶς,[1]) συνηθροισμένους τοὺς ἕνδεκα, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς, λέγοντας· ὅτι ἠγέρθη ὁ κύριος ὄντως, καὶ ὤφθη σίμωνι. i) Luc. 24, 33.

[Καὶ[4]) πῶς, ὅτε ἐφάνη αὐτοῖς, φησιν ὁ αὐτὸς εὐαγγελιστής· ὅτι[k]) πτοηθέντες καὶ ἔμφοβοι γενόμενοι, ἐδόκουν πνεῦμα θεωρεῖν, καὶ τὰ ἑξῆς· καί· ὅτι[l]) ἔτι ἀπιστούντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς χαρᾶς καὶ θαυμαζόντων, εἶπεν αὐτοῖς· ἔχετέ τι βρῶσιμον ἐνθάδε, καὶ τὰ λοιπά; διότι ταῦτα τότε πεπόνθασιν, ἐκ ἀπιστοῦντες, ὅτι ἀνέστη, k) Luc. 24, 37. l) Luc. 24, 41.

1) Inclusa absunt. A.

ipse esset, qui eis apparebat: ac diligentius considerarent.

Comprehendit autem beatitudo haec etiam illos, qui per praedicationem credunt. Quum ergo dicit aliquis, Beati, qui temporibus illis fuerunt, ac Christum viderunt: consideret, quod Beati, qui non viderunt et crediderunt.

Sed quomodo corpus incorruptibile vestigia habebat plagarum, ac tactui subiacebat? Quomodo? Supernaturaliter et dispensatorie: edebat siquidem ac bibebat ad maiorem discipulorum certitudinem.

Vers. 30. *Multa — hoc.* De his omnino loquitur, quae post resurrectionem facta sunt: propterea namque dixit, in conspectu discipulorum suorum. Quemadmodum enim ante resurrectionem plurima fieri oportuit, vt crederent, eum esse filium Dei: ita et post resurrectionem, vt certiores fierent, quod resurrexisset.

Aut etiam sermo communis est: et de his loquens, quae ante resurrectionem, et de his, quae post eam facta sunt.

Vers. 31. *Haec — Dei.* Non, inquit, ad ambitionem haec scripsimus: ita enim et alia scripsissemus, quum multa essent: sed ad solam necessitatem, vt credatis, quod hic Iesus est Christus filius Dei, qui a prophetis annunciatus est.

Vers. 31. *Et — eius.* Hoc est, per eum: nam ipse vita est: vitam, inquam, sempiternam habeatis.

Cap.

ἀλλ' ἀμφιβάλλοντες, εἰ αὐτός ἐστιν ὁ φαινόμενος αὐτοῖς, καὶ ἀκριβολογούμενοι.]

Συμπαραλαμβάνει δὲ ὁ μακαρισμὸς καὶ τὰς διὰ τοῦ κηρύγματος πιστεύοντας. ὅταν ἕν τις λέγῃ, μακάριοι οἱ κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς ὄντες, καὶ ἰδόντες τὸν χριστὸν, ἐννοείτω, ὅτι μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες καὶ πιστεύσαντες.

Ἀλλὰ πῶς σῶμα ἄφθαρτον, τύπους εἶχε πληγῶν, καὶ ἀφῆ ὑπέπιπτε; πῶς; ὑπερφυῶς τε καὶ οἰκονομικῶς. καὶ γὰρ καὶ ἔφαγε καὶ ἔπιε, πρὸς πληροφορίαν τῶν μαθητῶν.

Vers. 30. Πολλὰ — τούτῳ. Τὰ μετὰ τὴν ἀνάστασιν πάντως λέγει. διὰ τοῦτο γὰρ εἶπεν, ὅτι ἐνώπιον τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. ὥσπερ γὰρ πρὸ τῆς ἀναστάσεως ἔδει πολλὰ γενέσθαι, ἵνα πιστεύσωσιν, ὅτι υἱός ἐστιν τοῦ θεοῦ· οὕτω καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἵνα πληροφορηθῶσιν, ὅτι ἀνέστη.

Ἢ καὶ κοινὸς ὁ λόγος περί τε τῶν πρὸ τῆς ἀναστάσεως, καὶ περὶ τῶν μετὰ τὴν ἀνάστασιν.

Vers. 31. Ταῦτα — θεοῦ. Οὐ πρὸς φιλοτιμίαν, φησὶν, ἐγράψαμεν· εἰ γὰρ ἂν καὶ ἄλλα ἐγράψαμεν, πολλῶν ὄντων· ἀλλὰ πρὸς χρείαν μόνην, ἵνα πιστεύσητε, ὅτι Ἰησοῦς οὗτός ἐστιν ὁ χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὁ ὑπὸ τῶν προφητῶν καταγγελλόμενος.

Vers. 31. Καὶ — αὐτοῦ. Τετέσι,[5]) δι' αὐτοῦ· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ ζωή· ζωὴν δὲ, αἰώνιον.

5) Haec Codex A. ita contrahit, δι' αὐτοῦ δὲ δίδοται καὶ ζωὴ αἰώνιος.

Cap. XXI. v. 1. *Poſtea — Tiberiadis.*

Neque enim continue cum eis verſabatur, vt prius, ſed per temporum interualla accedebat. Quod autem dicitur, Manifeſtauit, et Apparuit, et Viſus eſt ac ſimilia, oſtendunt, quod iuxta naturam incorruptibilitatis corporis, inuiſibilis erat corruptibilibus oculis: verum demittendo ſe et diſpenſatorie manifeſtabatur. Hoc autem mare in Galilaea erat: animo ſiquidem reſumto, eo profecti ſunt.

Verſ. 1. *Manifeſtauit autem ſic.* Vt nunc dicturus eſt.

Verſ. 2. *Erant — v. 3. tecum.* Nam, quum neque ſemper cum eis eſſet Saluator, vt dictum eſt, neque alius aduenisſet paracletus, neque perfecte eis comminſa eſſet praedicatio: quum nihil eſſet, quod agerent, reliquo tempore piſcabantur, priorem exercentes artem: quanquam non amore lucri, vt prius.

Verſ. 3. *Exierunt ergo — ſtatim.* Quae Petri erat, aut filiorum Zebedaei, aut alicuius eorum, quos nouerant.

Verſ. 3. *Et — nihil.* Diſpenſatorie hoc factum eſt, veluti in ſequentibus dicemus. Veriſimile eſt autem, alios quoque diſcipulos terreſtri itinere fuiſſe ſequutos, ſicut ait Chryſoſtomus, amoris gratia, vtque ſpectatores eſſent, ac probe otium collocarent, et ſimul cum eis pernoctarent.

Verſ. 4. *Mane — eſſet.* Fortaſſis, quod ſplendidiori appareret ſpecie, propter immortalitatem, aut diſpenſatorie ab eis cognitus non eſt.

Verſ. 5.

6) ἐφανερώθη. A.
7) τὴν, abeſt A.

Cap. XXI. v. 1. Μετὰ ταῦτα — τιβεριάδος.

Οὐ γὰρ διόλου συνῆν αὐτοῖς, ὡς τὸ πρότερον, ἀλλ' ἐκ διαλείμματος ἐπεδήμει. τὸ δὲ ἐφανέρωσε,[6]) καὶ ἐφάνη, καὶ ὤφθη, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὑποφαίνουσιν, ὅτι κατὰ[7]) τὴν φύσιν τῆς ἀφθαρσίας τοῦ σώματος ἀφανὴς ἦν φθαρτοῖς ὀφθαλμοῖς· συγκαταβατικῶς δὲ καὶ οἰκονομικῶς ἐφανερῶτο. ἡ θάλασσα δὲ αὕτη, ἐν τῇ γαλιλαίᾳ ἦν. ἀναθαῤῥήσαντες γὰρ ἀπῆλθον ἐκεῖ.

Vers. 1. Ἐφανέρωσε δὲ οὕτως. Ὡς ἐρεῖ.

Vers. 2. Ἦσαν — v. 3. σύν σοι. Μήτε γὰρ τοῦ σωτῆρος διόλου συνόντος αὐτοῖς, ὡς εἴρηται, μήτε τοῦ ἄλλου παρακλήτου ἐλθόντος, μήτε τοῦ κηρύγματος ἐντελῶς ἐγχειριθέντος αὐτοῖς, ἀδὲν ἔχοντες πράττειν, λοιπὸν ἠλίευον, τὴν προτέραν μετερχόμενοι τέχνην, εἰ καὶ μὴ φιλοκερδῶς, ὡς τὸ πρίν.

Vers. 3. Ἐξῆλθον οὖν — εὐθύς. Εἰς τὸ τοῦ πέτρου, [ἢ τὸ τῶν[8]) υἱῶν ζεβεδαίου, ἤ τινος τῶν γνωρίμων.]

Vers. 3. Καὶ — οὐδέν. Κατ' οἰκονομίαν, ὡς ἐρῶμεν προϊόντες. εἰκὸς δὲ, καὶ τοὺς ἄλλους μαθητὰς, ὡς ὁ χρυσόστομος[9]) εἴρηκεν, ἔξω[1]) ἀκολουθεῖν, χάριν τε ἀγάπης καὶ θέας τὴν σχολὴν εὖ διατιθεμένους, καὶ συνδιανυκτερεύειν αὐτοῖς.

Vers. 4. Πρωΐας — ἦσιν. Ἴσως τοῦ εἴδους αὐτοῦ λαμπροτέρου φαινομένου, διὰ τὴν ἀφθαρσίαν, ἢ κατ' οἰκονομίαν ἀγνοουμένου αὐτοῖς.

8) Omissis, quae hic inclusa sunt, eorum loco tantum habet πλοῖον. A.
9) T. VIII. p. 521. A.
7) ἔξωθεν. B.

Verſ. 5. *Dicit — habetis?* παιδία, id eſt, pueros illos vocauit iuxta conſuetudinem. Moris ſiquidem erat ita operarios appellare: propter illorum robur ac ſtrenuitatem ad labores. Loquitur autem cum eis, quaſi volens aliquid ab eis emere.

Verſ. 5. *Reſponderunt* — v. 6. *inuenietis.* Nec adhuc cognouerunt, eum eſſe, quod tamen eos intelligere oportuit. Nam quomodo vulgaris homo aut ſocius id noſſe potuiſſet, quod iacientes in dexteram nauigii partem, inuenturi eſſent? Expreſſe autem ad dexteram iacere praecepit, ne fortuita videretur captura.

Verſ. 6. *Iecerunt itaque.* Simpliciter obtemperantes: aut arbitrati, ſigno quopiam illum noſſe piſces aliquos ibi natare, († aut etiam vidiſſe exultantes.)

Verſ. 6. *Et iam non — piſcium.* Abſente quidem ſaluatore nihil ceperunt: praeſente vero multitudinem concluſerunt, vt cognoſcamus, quod ſine illo nihil, quod vtile ſit, perficimus: cum eo autem, plurima. Oportet ergo, vt praeceptis eius obedientes laboremus, et ad dexteram iaciamus: nam haec pars laudi datur.

Quaere autem et vndecimo iuxta Lucam capite, quod dicitur, Similiter autem et Iacobum et Iohannem filios Zebedaei, qui erant ſocii Simonis et caetera, ac illorum lege enarrationem. Inuenies enim anagogica praeſentibus admodum congrua.

Vers. 5. Λέγει — ἔχετε; Παιδία τέτους ἐκάλεσε, τῇ συνηθείᾳ χρησάμενος. ἔθος γὰρ τοὺς ἐργατικοὺς ἔτως ὀνομάζειν, διὰ τὸ πρὸς τοὺς πόνους ἀκμαῖόν τε καὶ νεανικὸν αὐτῶν. διαλέγεται δὲ αὐτοῖς, ὡς δῆλον ἦθεν παρ' αὐτῶν ὠνεῖσθαί τι.

Vers. 5. Ἀπεκρίθησαν — v. 6. εὑρήσετε. Καὶ οὔπω συνῆκαν, ὅτι αὐτός ἐστιν. ἐχρῆν δὲ συνιέναι. πῶς γὰρ ἂν κοινὸς ἄνθρωπος εἰδείη, ὅτι βάλλοντες εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τῆς πλοίου, εὑρήσουσι. ῥητῶς δὲ εἰς τὰ δεξιὰ βαλεῖν ἐπέταξεν, ἵνα μὴ κατὰ τύχην ἡ ἄγρα δόξῃ.

Vers. 6. Ἔβαλον οὖν. [Ἁπλῶς[2]) ὑπακούσαντες, ἢ καὶ ὑποπτεύσαντες, αὐτὸν τεκμηρίῳ τινὶ γνῶναί τινας ἰχθύας ἐκεῖ διανηχομένους, ἢ[3]) καὶ ἰδεῖν ἀναπηδήσαντας.]

Vers. 6. Καὶ οὐκ ἔτι — ἰχθύων. Ἀπόντος μὲν τῆς σωτῆρος, οὐδὲν ἐπίασαν· παρόντος δὲ, πλῆθος συνέκλεισαν· ἵνα γνῶμεν, ὅτι χωρὶς μὲν αὐτῆς οὐδὲν ὠφέλιμον ἀνύομεν· σὺν αὐτῷ δὲ, πολλά. χρὴ τοίνυν ταῖς ἐντολαῖς αὐτῆς πειθομένους πονεῖν καὶ βάλλειν εἰς τὰ δεξιά. τοῦτο γὰρ τὸ μέρος ἐπαινετόν.

[Ζήτησον[4]) καὶ ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ κεφαλαίῳ τῆς κατὰ λουκᾶν, τό· ὁμοίως[m]) δὲ καὶ ἰάκωβον καὶ ἰωάννην, υἱοὺς ζεβεδαίου, οἳ ἦσαν κοινωνοὶ τῷ σίμωνι, καὶ τὰ ἑξῆς, καὶ ἀνάγνωθι τὴν ἐξήγησιν αὐτῶν. εὑρήσεις γὰρ ἀναγωγὴν, πάνυ τοῖς παροῦσιν ἁρμόζουσαν.]

m) Luc. 5, 10.

Vers. 7.

[2]) Inclusa absunt. A.
[3]) Ab ἢ ad ἀναπηδήσαντας omiserat Hentenius.
[4]) Inclusa absunt. A.

Vers. 7. *Dicit — est.* A prospero id euentu intelligens, et quod tanquam ex illius iussu concluſi essent pisces.

Vers. 7. *Simon — mare.* Perspicacior quidem erat Iohannes magnitudine puritatis. Petrus vero feruentior vehementia amoris: ideo agnoscit quidem eum Iohannes ante Petrum, sed egreditur ad eum Petrus ante Iohannem. Vbi enim solum audisset, esse dominum, confestim, quae in manibus erant, proiicit, nec sustinens, vt nauigio ad eum perueniret, sese in mare iacit, quo citius accederet.

ἐπενδύτην autem (pro quo Tunicam vertimus) vocant tuniculam quandam manicis carentem, quae corpus ad genua vsque contegat: et hac vtebantur, qui in mari degebant: Nam simul et agilitatem eis tribuebat, et inter aquas ornatum. Erat quippe nudus alia carens veste: nam hac sola ad corpus discincta indutus erat: neque enim conueniebat, vt omnino nudus esset propter turpitudinem: succinxit autem illam, pudore domini.

Vers. 8. *Caeteri vero — piscium.* Venerunt attrahendo funes, quibus rete trahebatur.

Vers. 9. *Vt — panem.* Piscem quidem prunis superpositum, panem vero seorsum positum: vtique producta ex his, quae non erant: vt hinc quoque suam ostendat potentiam, ac beneuole eos per cibum a labore refocillet.

Vers. 10. *Ait — nunc.* Vtpote sciens, quod comprehendissent. Nam et prius, tanquam sciens, quod comprehensuri essent, dixerat, Iacite in dexteram partem nauigii, et inuenietis. Et ne-

5) συγκλεῖσθαι. A.

6) Habet hanc vocem Galeus in opusc. p. Myth. 711.

Verſ. 7. Λέγει — ἐστι. Τοῦτο συνεὶς ἀπὸ τῆς εὐτυχίας, καὶ τῷ συγκεκλεῖσθαι [5]) τὰς ἰχθύας, ὥσπερ ἐξ ἐπιτάγματος.

Verſ. 7. Σίμων — θάλασσαν. Διορατικώτερος μὲν ὁ ἰωάννης, περιουσίᾳ καθαρότητος· θερμότερος δὲ ὁ πέτρος, σφοδρότητι φίλτρου. διὸ γνωρίζει μὲν αὐτὸν ὁ ἰωάννης, πρὸ τοῦ πέτρου· ἔξεισι δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ πέτρος, πρὸ τοῦ ἰωάννου. ἀκούσας γὰρ μόνον, ὅτι ὁ κύριός ἐστι, ῥίπτει τὰ ἐν χερσὶν εὐθέως, καὶ μὴ ἀναμείνας τῷ πλοιαρίῳ ἐξελθεῖν, βάλλει ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν, διὰ τὸ τάχος τῆς ἐξελεύσεως.

Τὸν ἐπενδύτην δὲ, χιτωνίον τί φασιν [6]) ἀχειρίδωτον, ἄχρι γονάτων περιῆλλον. σύνηθες δὲ τοῦτο τοῖς θαλαττεύουσιν, εὐκινησίαν ἅμα καὶ εὐσχημοσύνην αὐτοῖς παρὰ τῷ ὕδατι περιποιούμενον. γυμνὸς μὲν οὖν ἦν τῆς ἄλλης στολῆς αὐτοῦ, τοῦτον δὲ μόνον ἐπὶ τοῦ σώματος ἐνεδέδυτο ἄζωστον. ἀνάξιον γὰρ, εἶναι αὐτὸν πάντῃ γυμνὸν, διὰ τὴν αἰσχυμοσύνην. ἐζώσατο δὲ αὐτὸν, αἰδοῖ τοῦ κυρίου.

Verſ. 8. Οἱ δὲ ἄλλοι — ἰχθύων. Ἦλθον, ἑφελκόμενοι τοὺς σύροντας τὸ δίκτυον σχοίνους.

Verſ. 9. Ὡς — ἄρτον. Τὸ μὲν ὀψάριον, τῇ ἀνθρακιᾷ ἐπικείμενον· τὸν δὲ ἄρτον, ἰδίᾳ παρακείμενον, ἐξ ἑκ ὄντων πάντα πάντως παρηγμένα, ἵνα καὶντεῦθεν δείξῃ τὴν δύναμιν αὐτοῦ, καὶ πεπονηκότας αὐτοὺς ἀνακτήσηται φιλοσόργως διὰ τροφῆς.

Verſ. 10. Λέγει — νῦν. Ὡς εἰδὼς, ὅτι ἐπίασαν, λέγει. καὶ γὰρ καὶ πρὶν, ὡς εἰδὼς, ὅτι πιάσουσιν, εἶπε, βάλετε εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ πλοίου τὸ δίκτυον, καὶ εὑρήσετε, καὶ ἵνα μὴ φαν-

ne phantaſticum videretur negotium: vtque videntes piſcium multitudinem ac magnitudinem, et quomodo non eſſet ſciſſum rete, magis etiam admirarentur.

Verſ. 11. *Aſcendit Simon Petrus.* Aſcendit in nauim, tanquam artis peritior, ſequentibus videlicet eum etiam caeteris.

Verſ. 11. *Et traxit — tribus.* Dicunt aliqui, per centum quidem eos deſignari, qui ex gentibus ſaginandi erant: per quinquaginta autem, eos qui de Iudaeis: plures ſiquidem ex gentibus crediturі erant, quam ex Iudaeis: per tres vero, ſanctam Trinitatem, in quam crederent.

Verſ. 11. *Et — rete.* Non, quod eſſet forte, ſed quod dominus etiam illud fortificaret.

Verſ. 12. *Dicit — prandete.* Hora prandii iam appetente: nam illorum laboribus ſucceſſura erat requies. Veriſimile eſt autem, quosdam ex comprehenſis piſcibus aſſatos fuiſſe ad omnium refectionem diſcipulorum: reliquos vero pauperibus fuiſſe diſtributos.

Verſ. 12. *Et nemo — eſſet.* Faciem quidem videntes immutatam, et quae in maximum eos induceret ſtuporem, volebant eum interrogare, verum non audebant, quum a ſignis, quae dicta ſunt, ſcirent, quod Dominus eſſet.

Verſ. 13. *Venit — ſimiliter.* Iam in coelum non ſuſpicit, neque humana illa facit: oſtendens, quod etiam iſta diſpenſatorie faciebat.

Verſ. 14.

7) Incluſa abſunt. A.
8) Incluſa omittit. A.

φαντασίαν δόξῃ τὸ πρᾶγμα, καὶ ὅπως ἰδόντες καὶ τὸ πλῆθος καὶ τὸ μέγεθος τῶν ἰχθύων, καὶ τὸ πῶς οὐκ ἐσχίσθη τὸ δίκτυον, θαυμάσωσι πλέον.

Vers. 11. Ἀνέβη σίμων πέτρος. [Ἀνέβη[7]) εἰς τὸ πλοῖον, ὡς ἐμπειρότερος, ἑπομένων αὐτῷ καὶ ἄλλων δηλονότι.]

Vers. 11. Καὶ εἵλκυσε — τριῶν. Φασί τινες, διὰ τῶν ἑκατὸν μὲν, ὑποδηλοῦσθαι τοὺς ἐξ ἐθνῶν σαγηνευθησομένους· διὰ τῶν πεντήκοντα δὲ, τοὺς ἐξ ἰουδαίων· πλείους γὰρ οἱ ἐξ ἐθνῶν τῶν ἐξ ἰουδαίων· διὰ τῶν τριῶν δὲ, τὴν ἁγίαν τριάδα, εἰς ἣν πιστεύουσι.

Vers. 11. Καὶ — δίκτυον. Οὐχ ὡς ἰσχυρὸν, ἀλλ' ὡς τοῦ κυρίου τοῦτο δυναμώσαντος.

Vers. 12. Λέγει — ἀριστήσατε. Τῆς ὥρας τοῦ ἀρίστου ἤδη ἐπιστάσης. [ἔμελλε[8]) γὰρ τοὺς πόνους αὐτῶν διαδέχεσθαι ἀνάπαυσις. εἰκὸς δὲ καὶ ἐκ τῶν πιαθέντων ἰχθύων τινὰς ὀπτηθῆναι πρὸς ἕξιασιν ὅλων τῶν μαθητῶν, τοὺς λοιποὺς δὲ πένησι διανεμηθῆναι.]

Vers. 12. Οὐδεὶς δὲ — ἔστιν. Τὴν ὄψιν αὐτοῦ βλέποντες ἀλλοιοτέραν καὶ ἐκπληκτικωτάτην, ἐβούλοντο μὲν ἐρωτῆσαι, οὐκ ἐτόλμων δὲ, εἰδότες[9]) ἀπὸ τῶν εἰρημένων τεκμηρίων, ὅτι ὁ κύριός ἐστιν.

Vers. 13. Ἔρχεται — ὁμοίως. Οὐκέτι ἀναβλέπει εἰς τὸν οὐρανὸν, οὐδὲ τὰ ἀνθρώπινα ἐκεῖνα ποιεῖ, δεικνύων, ὅτι καὶ ἐκεῖνα κατ' οἰκονομίαν ἐποίει.

Vers. 14.

9) ἰδότες. A.

Verſ. 14. *Hoc — mortuis.* Prima quidem, quum eſſet veſpera diei illius, quo reſurrexit, ſecunda autem, poſt dies octo, tertia vero, hoc die. Apparet itaque, quod poſt hoc tempus aſcenderint in montem, in quo conſtituerat eis, quando videlicet rurſum admoniti ſunt a Domino. Manifeſtatus eſt autem et mulieribus, quae diſcipulae erant: et duobus illis, de quibus apud Marcum, et Petro, ac Cleopae cum ſocio ipſius. Verum diſcipulis ſimul, hac iam tertia vice manifeſtatus eſt. Neque enim continue cum eis verſabatur. Hic autem non dixit, quod et ipſe comederit: ideo ſane, vt opinor, quod hoc etiam ſignificauerit Lucas libro Actorum, vbi ait Petrus, Comedimus et bibimus cum eo poſtquam ſurrexit a mortuis.

Verſ. 15. *Quum — te.* Simon, fili Iona, diligis me plus quam hi? hunc autem ſolum interrogat, tanquam principem et os diſcipulorum. Verum, cur id, quod nouit, interroget, in ſequentibus dicemus.

Verſ. 15. *Ait — meos.* Diſcipulos dicit agnos ſuos, tanquam paſtor eorum, quos etiam oues rurſum vocat. Quaerit ergo dilectionis erga ſe demonſtrationem, puta, curam eorum: et animam ipſius, quam pro praeceptore ſe poſiturum promiſerat, petit, vt pro diſcipulis ponat.

Verſ. 16. *Dicit — v. 17. te.* Chriſtus quidem terna vice interrogans et idem iubens, manifeſtat, ſe maximi facere praeſidentiam ſuper diſcipulos ſuos: et hanc omni cura ducit maiorem: Petrus autem trinam timens interrogationem, et ſuſpi-

[1]) οἱ μαθηταὶ, omittit. B.
[2]) πλεώπαν. B.
[3]) Incluſa omittit. A.

Vers. 14. Τοῦτο — νεκρῶν. Πρῶτον μὲν, οὔσης [n]) ὀψίας τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καθ' ἣν ἀνέστη· δεύτερον δὲ, μεθ' ἡμέρας [o]) ὀκτώ· τρίτον δὲ, νῦν. Φαίνεται οὖν, ὅτι μετὰ τοῦτο ἀνῆλθον οἱ [1]) μαθηταὶ εἰς τὸ ὄρος, οὗ [p]) ἐτάξατο αὐτοῖς, ὅτε δηλαδὴ προετράπησαν αὖθις παρὰ τοῦ κυρίου. ἐφανερώθη μὲν οὖν, καὶ ταῖς μαθητρίαις, καὶ τοῖς παρὰ τῷ μάρκῳ [q]) δυσὶ, καὶ τῷ πέτρῳ, καὶ τοῖς περὶ [r]) κλεόπαν· [2]) ἀλλὰ τοῖς μαθηταῖς ὁμοῦ, τοῦτο ἤδη τρίτον ἐφανερώθη. [οὐ γὰρ [3]) συνεχῶς αὐτοῖς ἐπεχωρίαζεν. ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν ἐκεῖπεν, ὅτι καὶ αὐτὸς ἔφαγεν· οἶμαι δὲ, ὡς τοῦ λουκᾶ καὶ τοῦτο δηλώσαντος ἐν τῇ βίβλῳ τῶν πράξεων, ἐνθα φησὶν ὁ πέτρος· ὅτι [s]) συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ, μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.]

n) Ioh. 20, 19.
o) Ioh. 20, 26.
p) Matt. 28, 16.
q) Marc. 16, 12.
r) Luc. 24, 18.
s) Act. 10, 41.

Vers. 15. Ὅτε — σε. Σίμων, υἱὲ τοῦ ἰωνᾶ, ἀγαπᾷς με πλεῖον ἢ οὗτοι; τοῦτον δὲ μόνον ἐρωτᾷ, ὡς κορυφαῖον καὶ στόμα τῶν μαθητῶν. τίνος δὲ χάριν ἐρωτᾷ, ὃ οἶδεν, ἐρῶμεν προϊόντες.

Vers. 15. Λέγει — με. Τοὺς μαθητὰς, ἀρνία ἑαυτοῦ φησιν, ὡς ποιμὴν αὐτῶν, οὓς καὶ πρόβατα πάλιν καλεῖ. ζητεῖ οὖν ἀπόδειξιν τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης, τὴν ἐπιμέλειαν αὐτῶν, καὶ τὴν ψυχὴν αὐτῶν, ἣν [4]) ἐπηγγελται θεῖναι ὑπὲρ τοῦ διδασκάλου, ταύτην ἀπαιτεῖ θεῖναι ὑπὲρ τῶν μαθητῶν.

Vers. 16. Λέγει — v. 17. σε. Ὁ μὲν χριστὸς ἐκ τρίτου ἐρωτῶν, καὶ τὰ αὐτὰ ἐπιτάττων, ἐμφαίνει, ὅτι σφόδρα περὶ πολλοῦ τίθεται τὴν προσασίαν τῶν ἰδίων μαθητῶν, καὶ ταυτην ἁπάσης θεραπείας ἡγεῖται μείζονα. ὁ δὲ πέτρος τὸ

*) Codex B. habet sic: ἐπηγγέλλε. Id esset ἐπηγγέλλετο. Hentenius fortasse legit ἐπηγγείλατο.

ſuſpicatus, ne forte putaret ſe amare, non tamen amaret: nam et prius putauerat, ſe nunquam eſſe negaturum, et tamen negauit, et modeſtiorem ipſum ac meliorem affectus ille reddiderat, moerore affectus eſt, turbatus eſt, etiam ipſum, vt qui omnia noſſet, priusquam fierent, teſtem facit et ait, Tu omnia noſti, et praeſentia et quae futura ſunt, tanquam Deus: tu ſcis, quod nunc toto corde te amem: et nihil amplius dicit, ignorans, quid futurum ſit. Nam paulo ante, quum contradixiſſet, conuictus eſt, quod vanam habuerit de ſe fiduciam. Agni itaque et oues dicuntur diſcipuli propter ſimplicitatem ac promtitudinem ad hoc, vt immolentur. Et rurſum agni quidem, imperfectiores, oues autem, perfectiores.

Petro itaque paſcendi curam ac gubernationem committit, vt qui et prius amaris illis lachrymis negationis maculam abluerit, et nunc rurſum pro trina negatione trinam offerat confeſſionem: et tunc quidem opere, nunc autem verbo, lapſui, qui verbo factus eſt, medetur.

Deinde parabolice praenuntiat ei mortis genus, quod per crucem eſſet et ipſe moriturus: oſtendens, quod non tanquam ignorans, aut illi non credens dicebat, quae dicebat, quum optime noſſet feruorem dilectionis eius erga ſe, ſed vt et ipſe et omnes cognoſcerent, quod plurimi faceret praeſidentiam ſuper diſcipulos ſuos, veluti ſuperius ſignificatum eſt.

Verſ. 18. *Amen — volebas.* Quum eſſes imperfectior ſub imperfectiori Moſaica lege conſtitutus: parabas te ad id, quod cupiebas, et vitam agebas, vt volebas.

Verſ. 18.

*) Malim ἑτεραπέυσαντι.

τὸ τριπλῆν τῆς ἐρωτήσεως φοβηθεὶς, καὶ ὑποπτεύσας, μήποτε δοκῇ μὲν φιλεῖν, οὐ φιλεῖ δέ· καὶ γὰρ καὶ πρότερον ἐδόκει μὲν μηδέποτε ἀπαρνήσασθαι αὐτὸν, ἀπηρνήσατο δέ· καὶ σωφρονέστερον αὐτὸν καὶ βελτίονα τὸ πάθος ἐκεῖνο πεποίηκεν· ἐλυπήθη, ἐταράχθη, ἐθορυβήθη. καὶ λοιπὸν αὐτὸν, ὡς πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν εἰδότα, μάρτυρα ποιεῖται, καὶ λέγει· σὺ πάντα οἶδας, καὶ τὰ νῦν, καὶ τὰ μέλλοντα, ὡς θεὸς, σὺ γινώσκεις, ὅτι φιλῶ σε νῦν ὁλοψύχως, καὶ οὐδὲν πλέον λέγει, τὸ μέλλον ἀγνοῶν. καὶ γὰρ καὶ πρώην ἀντιτείνων ἠλέγχθη μάτην ἰσχυριζόμενος. ἀρνία τοίνυν καὶ πρόβατα οἱ μαθηταὶ, διὰ τὸ ἄκακον καὶ πρόχειρον εἰς σφαγήν. καὶ αὖθις ἀρνία μὲν, οἱ ἀτελέστεροι· πρόβατα δὲ, οἱ τελειότεροι.

Πρότερον μὲν οὖν διὰ τῶν πικρῶν ἐκείνων δακρύων τῷ πέτρῳ τὴν κηλίδα τῆς ἀρνήσεως ἀπολεσαμένῳ, ἄρτι δὲ πάλιν ἀντὶ τῆς τριπλῆς ἀρνήσεως τριπλῆν ὁμολογίαν εἰσενεγκόντι, καὶ τότε μὲν ἔργῳ, νῦν δὲ λόγῳ, τὸ διὰ λόγου σφάλμα θεραπεύει, τὴν ποιμαντικὴν ἐγχειρίζει τῆς οἰκουμένης.

Εἶτα παραβολικῶς προμηνύει αὐτῷ καὶ τὸν διὰ σταυροῦ θάνατον, ᾧ τελειωθῆναι ἔμελλε, δεικνύων ἐντεῦθεν, ὅτι ἐκ ἀγνοῶν, οὐδὲ ἀπιστῶν αὐτῷ ἔλεγεν, ἅπερ ἔλεγεν. ἠπίστατο γὰρ πάνυ τὸ διάπυρον τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης, ἀλλ' ἵνα γνῶ καὶ αὐτὸς καὶ πάντες, ὅτι σφόδρα περὶ πολλοῦ τίθεται τὴν προεδρίαν τῶν ἰδίων μαθητῶν, ὡς ἀνωτέρω δεδήλωται.

Vers. 18. Ἀμὴν — ἤθελες. Ὅτε ἐτύγχανες ἀτελέστερος, ὑπὸ τὸν ἀτελέστερον νόμον τὸν μωσαϊκὸν κείμενος, ἡτοίμαζες σεαυτὸν, πρὸς ὃ ἐβούλου, καὶ διῆγες, ὡς ἤθελες.

Verſ. 18. *Vbi — vis.* Vbi autem in virum perfectum profeceris, in menſuram aetatis ſpiritualis, ſub perfecta lege euangelica conſummatus, extendes manus tuas ad crucem: et alius te clauis aſtringet, ac ducet ad mortem, quam etſi voles voluntate, natura tamen non voles: ſiquidem compatitur corpori anima propter naturam, et audita mortis mentione, abhorret, Deo ita diſpenſante vtiliter, ſicut etiam alibi ſignificatum eſt, ne homines in infortuniis facile ſeſe occiderent. Nam ſi valet hoſtis frequenter aliquos ad propriam impellere caedem: tametſi anima adeo fortiter ad corporis coniunctionem affecta ſit, quod futurum eſt, ſi hoc non eſſet? multi profecto ad ſuam procederent interfectionem.

Verſ. 19. *Hoc — Deum.* Gloria ſiquidem eſt, non diſcipuli tantum, qui moritur, ſed et Dei, mors, qua quis propter eum ſupplicio afficitur: eius quidem qui occiditur, quia pro Deo moritur: Dei autem, quod talem habeat diſcipulum.

Verſ. 19. *Et — me.* Hinc rurſum oſtendit, quod prae caeteris ſibi familiarem eum faciat, ac ampliori dignetur honore, vt etiam promtior fiat.

Quod ſi quis dicat: Quomodo ergo Iacobus Ieroſolymitanam accepit ſedem? Dicemus, quod Petrus orbis conſtitutus eſt praeceptor: quum ergo tam praeceptor, quam diſcipuli deambularent, dixit

6) δὲ, abeſt. A.
7) Ita vterque. Forte ἄξει, aut ἀχθήσῃ.
8) Forte μαρτυρίου, aut μαρτυρίας. Cyrillus de re eadem Tom. IV. p. 1120. C. τὴν εἰς αἷμα τιμωρίαν ἐπιθέντες αὐτῷ.

Vers. 18. ὅταν — θέλεις. ὅταν δὲ τελειωθῇς εἰς[t]) ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας πνευματικῆς, ὑπὸ τὸ τελείου νόμου, τὸ εὐαγγελικοῦ, καταρτιζόμενος, ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου ἐπὶ σαυρῷ, καὶ ἄλλος σε σφίγξει τοῖς ἥλοις, καὶ ἀγάγη[7]) εἰς θάνατον, ὃν, εἰ καὶ θέλεις τῇ προαιρέσει, ἐ θέλεις τῇ φύσει. συμπαθεῖ γὰρ ἡ ψυχὴ τῷ σώματι διὰ τὴν φύσιν, καὶ ἄκουσα ἀποξήγνυται, τοῦτο τῷ θεῷ συμφερόντως οἰκονομήσαντος, καθὼς καὶ ἀλλαχοῦ δεδήλωται, ἵνα μὴ κατὰ περίσασιν εὐχερῶς ἀνέλωσιν ἑαυτοὺς οἱ ἄνθρωποι. εἰ γὰρ καὶ τῆς ψυχῆς ἔτως ἰσχυρῶς ἀποστρεφομένης τὴν διάζευξιν τοῦ σώματος, ἰσχύει πολλάκις ὁ ἐχθρός τινας ἐργάζεσθαι φονεῖς ἑαυτῶν· εἰ μὴ τοῦτο ἦν, ταχέως ἂν οἱ πολλοὶ πρὸς ἀναίρεσιν ἑαυτῶν ἐχώρουν. t) Ephes. 4, 13

Vers. 19. Τοῦτο — θεόν. Δόξα γὰρ οὐ μόνον τοῦ θνήσκοντος μαθητοῦ, ἀλλὰ καὶ τοῦ θεοῦ, ὁ διὰ τιμωρίας[8]) θάνατος· τοῦ θνήσκοντος μὲν, ὅτι ὑπὲρ τοῦ θεοῦ θνήσκει· τοῦ θεοῦ δὲ, ὅτι τοιοῦτον ἔχει μαθητήν.

Vers. 19. Καὶ — μοι. Ἐντεῦθεν πάλιν δείκνυσιν, ὅτι πρὸ τῶν ἄλλων αὐτὸν οἰκειοῦται, καὶ μείζονος ἀξιοῖ τιμῆς, ἵνα καὶ προθυμότερος γένηται.

Εἰ δὲ λέγοι[9]) τις, πῶς οὖν ἰάκωβος ἔλαβε τὸν θρόνον[1]) τῶν ἱεροσολύμων; ἐροῦμεν, ὅτι ὁ πέτρος τῆς οἰκουμένης ἐχειροτονήθη διδάσκαλος, περιπατούντων τοιγαροῦν τοῦ τε διδασκάλου καὶ τῶν μαθητῶν, εἶπεν, ἀκολούθει μοι, σαυρούμε-

9) λέγει. A.

1) θρόνος apud Patres Graecos notat Episcopatum. Hunc enim primum Episcopum fuisse traditur.

xit ei: Sequere me, vt videlicet etiam crucifigaris et aequalem sustineas mortem.

Vers. 20. *Conuersus — sequentem.* Incedentem post Petrum: casu enim proximus ei deambulabat.

Vers. 20. *Qui et — te?* In coena mystica, sicut ibi significatum est. Reducit autem nobis ad memoriam interrogationem, ostendens, quantam Petrus loquendi adeptus esset libertatem, postquam de negatione resipuerat. Nam qui tunc ausus non erat interrogare, sed dilecto discipulo ad hoc vtebatur: hic non solum praesidentiam erga fratres sibi commissam accepit, verum etiam de dilecti statu confidenter interrogat.

Vers. 21. *Hunc — quid?* Num et ipse te sequetur? num eandem nobiscum mortis viam gradietur? num similiter morietur? Siquidem intellexit, quid innuisset, dicens: Sequere me: quumque Iohannem vehementer amaret, cupiebat eum aequalis mortis assumere consortem: et tanquam Iohanne interrogare non audente, ipse interrogat, vicemque rependit. Quid ergo Christus? Priuatum amputans affectum, ac instruens nihil vlterius esse perscrutandum, ostendit vario modo disponenda esse, quae illos contingerent.

† Quum audisset Petrus, (vt quidam aiunt,) quod pro Christo esset moriturus, dixit: Et Iohannes, quid? num et ipse moriturus est? Christus autem id quidem non negauit: nam quisquis natus est, etiam morietur: sed ait: si eum velim manere vsque ad mundi consummationem, et tunc de me testificari, quid ad te? Dicunt itaque, eum viuere, et sub Antichristo occidendum cum Elia et Enoch, praedicantem Christum. Quod si monumentum eius ostendatur, quid inde? Viuus namque illud ingres-

νος καὶ αὐτὸς[2]) δηλονότι, καὶ τὸν ἴσον θάνατον ὑφισάμενος.

Vers. 20. Ἐπιστραφεὶς — ἀκολουθοῦντα. [Βαδίζοντα[3]) ὀπίσω τοῦ πέτρου. ἔτυχε γὰρ τότε πλησίον αὐτοῦ περιπατῶν.]

Vers. 20. Ὃς καὶ — σε; Ἐν τῷ δείπνῳ τῷ μυστικῷ, καθὼς ἐκεῖ δεδήλωται. ἀναμιμνήσκει δὲ ἡμᾶς ἐκείνης τῆς κατακλίσεώς τε καὶ ἐρωτήσεως, δεικνὺς, ὅσην ὁ πέτρος παῤῥησίαν ἔσχε μετὰ τὴν ἐπὶ τῇ ἀρνήσει μετάνοιαν. ὁ γὰρ τότε μὴ τολμῶν ἐρωτῆσαι, ἀλλὰ τῷ ἠγαπημένῳ χρησάμενος εἰς τοῦτο, ἵνα μόνον τὴν προσασίαν ἐπισεύθη τῶν ἀδελφῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ ἠγαπημένου θαῤῥαλέως ἐρωτᾷ.

Vers. 21. Τοῦτον — τί; Οὐκ ἀκολουθήσει σοι; ἢ τὴν αὐτὴν ἡμῖν ὁδὸν τοῦ θανάτου βαδιεῖται; οὐχ ὁμοίως ἀποθανεῖται; συνῆκε γὰρ, τί ὑπεδήλου, τὸ ἀκολούθει μοι, καὶ σφόδρα φιλῶν τὸν ἰωάννην, ἐβούλετο κοινωνὸν αὐτὸν τοῦ ἴσου θανάτου λαβεῖν, καὶ ὡς τοῦ ἰωάννου μὴ τολμῶντος ἐρωτᾶν, αὐτὸς ἐρωτᾷ, καὶ τὴν ἀμοιβὴν ἀποδίδωσι. τί οὖν ὁ χρισός; ἐκκόπτων τὴν μερικὴν φιλίαν, καὶ παιδεύων, μηδὲν[4]) περαιτέρω πολυπραγμονεῖν, καὶ ἐμφαίνων, ὅτι διαφόρως τὰ κατ' αὐτοὺς οἰκονομηθήσονται, φησίν·[5])

[2]) καὶ αὐτὸς, omittit. A.

[3]) Inclusa absunt. A. Horum autem loco addit: ἔτυχε βαδίζοντα (sic) ὀπίσω τοῦ πέτρου, ἀνέπεσεν.

[4]) μηδέ. A.

[5]) Post haec Hentenius ex margine sui Codicis addidit scholium, quod hic subieci. Similia leguntur apud Theophyl. p. 847. A. et in epistola Michaëlis Glycae, quam edidi cum Isocratis p. 48. Mosq. 1776. 8. Confer etiam Areth. ad Apocal. p. 741. A.

ingreſſus eſt, deinde translatus: quemadmodum etiam Enoch et Elias. Euertit itaque Euangeliſta falſam illorum opinionem, qui existimant, non esse morituruṁ hunc discipulum: nam ita falsum est, hominem videlicet esse immortalem. Nam etsi Enoch et Elias non sint mortui, sunt tamen mortales. Ita ergo et hic, quanquam mortuus non sit, attamen morietur. Falsum itaque est, quod non moriatur: sic intellectum, quod videlicet sit immortalis. Alii autem affirmant, quod mortuus sit: et dictum illud, Si eum velim manere, donec veniam, intelligunt, quod remansurus erat in Iudaea Iohannes, donec veniret Christus contra Iudaeos, percussurus eos per manus Romanorum: et ita Petrum a Iohanne separandum: vt etiam maiori fructu diuersis locis praedicarent. Omnes igitur opiniones retulimus, vt harum rerum studiosi nullam ignorarent. Qui autem dicunt, eum esse mortuum, in hunc modum referunt. Foderunt, inquiunt, foueam, et in gyro posuerunt lapides: deinde illum ibi demiserunt, ac operuerunt. Post aliquot autem dies scrutati sunt foueam illam, et eum non inuenerunt. Verum, quia eum illic deposuerunt, dicunt eum fuisse mortuum.

Vers. 22. *Ait — te?* Si eum velim in viuis manere donec secundo aduentu veniam, quod illi tecum in hoc commune est?

Vers. 22. *Tu me sequere.* Tu tuam mortem considera, nihil de illius morte inuestigans.

Vers. 23. *Exiit — fratres.* Quis sermo?

Vers. 23. *Quod — moreretur.* Verisimile est namque et eos audisse, quae Petro dicta erant. Diuulgatus est hic sermo, videlicet, quod non moreretur: quia errabant, nec sermonis asse-

que-

Verſ. 22. Λέγει — σε; Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ζῶντα, ἕως ἔρχομαι, κατὰ τὴν δευτέραν μου παρουσίαν, τί πρὸς σὲ κοινόν;

Verſ. 22. Σὺ ἀκολούθει μοι. Σὺ τὸν σὸν θάνατον σκόπει, μηδὲν τὸν ἐκείνου περιεργαζόμενος.

Verſ. 23. Ἐξῆλθεν — ἀδελφός. Ποῖος λόγος;

Verſ. 23. Ὅτι — ἀποθνήσκει. Εἰκὸς γὰρ, κἀκείνους ἀκούειν, ἃ πρὸς τὸν πέτρον ἐρρήθησαν. διεφημίζη δὲ ὁ λόγος οὗτος, ἤγουν, [6]) ὅτι ἐκ ἀποθνήσκει, ὡς πλανηθέντων αὐτῶν, καὶ μὴ

[6]) ἤγεν, omittit. A.

quebantur intentionem. Deinde corrigit rumorem erroneum.

Verſ. 23. *Et — te?* Quod non ſignificat, eum non moriturum: ſed aliam habet intentionem, vt praedictum eſt. Quis ergo relinquitur ſermo aſſeuerantibus, eum non eſſe mortuum, quum iam ipſemet luculenter clamet, quod errent, qui hoc ſuſpicantur?

Verſ. 24. *Hic — eius.* Et ſcimus, qui ea nouimus, quod verum perhibeat teſtimonium. Apparet enim, quod et alii hoc intelligebant. Itaque, tanquam vehementer fretus veritate, hoc dicit: Noui ſiquidem, quod aliquibus videbitur fortaſſis ſuſpecta dicere, eo quod ab aliis euangeliſtis horum non ſit facta mentio.

Verſ. 25. *Sunt autem — Ieſus.* Hoc etiam ſuperius dixit de ſignis.

Verſ. 25. *Quae — libros.* † Non caperet eos dictus mundus, alio etiam modo: non propter litterarum multitudinem, ſed propter rerum magnitudinem: neque de loco loquitur, ſed de modo.

Hyperbolicus eſt ſermo, oſtendens immenſam multitudinem eorum, quae a domino facta ſunt. Vtuntur autem ſermone hyperbolico et qui ſcribunt, et qui loquuntur, quando rei magnitudinem oſtendere decreuerunt. Hic autem addens etiam verbum, Opinor, auxit hyperbolen, ac ſuadibile fecit, quod incredibile videbatur: inſinuans, quod ob maximam eorum multitudinem ita dixerit. Siquidem et alia multa fecit, vtpote omnipotens: nam ei facilius erat facere, quam nobis dicere. Sola autem ea ſcripſe-

†) Incluſa abſunt. A. Reſpicitur autem ad Io. 20, 30.
§) Haec in margine habet. A.

συνεωρακότων τὸν τῦ λόγου σκοπόν. εἶτα διορθῦται τὴν ἐσφαλμένην φήμην.

Vers. 23. Καὶ — σέ; Ὅπερ οὐ δηλοῖ, ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει, ἀλλ' ἕτερον ἔχει σκοπὸν, ὡς προείρηται. τίς οὖν ὑπολείπεται λόγος τοῖς ἐνισταμένοις, ὅτι οὐ τέθνηκεν, αὐτῦ δὴ τούτου διαρρήδην βοῶντος, ὅτι πλανῶνται οἱ τοῦτο ὑπολαμβάνοντες;

Vers. 24. Οὗτός — αὐτοῦ. Καὶ οἴδαμεν, οἱ εἰδότες αὐτὰ, ὅτι ἀληθῶς μαρτυρεῖ. φαίνεται γὰρ, ὅτι καὶ ἄλλοι ταῦτα ἐγίνωσκον. ὡς οὖν σφόδρα θαρρῶν τῇ ἀληθείᾳ τῦτό φησιν. ἔγνω γὰρ, ὅτι δόξει τισὶν ἴσως ὕποπτα λέγειν, διὰ τὸ μὴ μνημονευθῆναι ταῦτα παρὰ τῶν ἄλλων εὐαγγελιστῶν.

Vers. 25. Ἔστι δὲ — ὁ Ἰησοῦς. [Τῦτο γ) καὶ ἀνωτέρω περὶ τῶν σημείων εἶπεν.]

Vers. 25. Ἅτινα — βιβλία. [Οὐ δ) χωρεῖ δὲ αὐτὰ ὁ εἰρημένος κόσμος, καὶ καθ' ἕτερον λόγον, οὐ διὰ ε) πλῆθος συγγραμμάτων, ἀλλὰ διὰ μέγεθος πραγμάτων· οὐδὲ τόπῳ, ἀλλὰ τρόπῳ.]

Καθ' ὑπερβολὴν ὁ λόγος, ἐμφαίνων τὴν ὑπερβολὴν τῦ πλήθους τῶν πεπραγμένων τῷ κυρίῳ. χρῶνται δὲ τῷ λόγῳ τῆς ὑπερβολῆς καὶ οἱ γράφοντες, καὶ οἱ λέγοντες, ὅταν ὑπερβολὴν πράγματος παρασῆσαι βεληθῶσιν. οὗτος δὲ καὶ, τὸ οἰμαι προσθεὶς, ἐκόλασε τὴν ὑπερβολὴν, καὶ παρεμυθήσατο τὸ δοκοῦν ἀπίθανον, ὑποδηλῶν, ὅτι διὰ τὸ παμπληθὲς αὐτῶν εἰρηκεν οὕτω. καὶ ἄλλα μὲν οὖν πολλὰ ἐποίησεν, ὡς πάντα δυνάμενος· ῥᾴδιον γὰρ αὐτῷ τὸ ποιεῖν, ἢ ἡμῖν τὸ λέγειν· μόνα

9) τὸ, addit. A.

ſcripſerunt, quae ad religionem ac fidem vtiliora erant, magisque neceſſaria: quod hoc conſiderarent hi, qui ſcripſerunt, quod qui his, quae ſcripta ſunt, non credit, neque pluribus fidem habebit: ei vero, qui haec ſuſcipit, alia neceſſaria non erunt.

Vtinam autem et nos perfecti miniſtri perfectiſſimae trinitatis habeamur, ac vitam bono fine concludamus, per Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum. Amen.

[1]) *συγγραφόντων*. A.
[2]) *καταλύσαι*. A. quod viſitatus eſt.

Finis omnium.

μόνα δὲ ἐγράφησαν τὰ πρὸς εὐσέβειαν καὶ πίστιν χρησιμώτερα καὶ ἀναγκαιότερα, ἐκεῖνο τῶν συγγεγραφότων[1]) ἐννοησάντων, ὡς ὁ μὴ τοῖς γραφεῖσι πιστεύων, οὐδὲ τοῖς πλείοσι προσέξει. ὁ δὲ ταῦτα δεξάμενος, ἑτέρων οὐ δεηθήσεται.

Γένοιτο δὲ ἡμᾶς, τελείους θεραπευτὰς τῆς παντελείου τριάδος ἀναφανέντας, ἀγαθῷ τέλει κατακλεῖσαι[2]) τὸν βίον, ἐν χριστῷ ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν. ἀμήν.

Τῷ[3]) συντελεσῇ τῶν καλῶν θεῷ χάρις. ἀμήν.

3) Haec in fine addidit scriba Cod. A.

Τέλος πάντων.

Ioannis Hentenii animaduerſiones ad Euthymium Zigabenum, quae in margínibus ſuae interpretationis Latinae addidit.

Ad euangelium Matthaei.

Cap. I. v. 2. ſeqq. Veram nominum huius genealogiae orthographiam, et illius quam habet Lucas, ad Hebraeorum fontem, in noſtris annotationibus de varia exemplarium lectione ante libri exordium inuenies ſupra.[1]) 6. Lucae caput iuxta Graecorum ſupputationem et 3. iuxta Latinorum, ad id verbum, Qui fuit Matthan.

Cap. III. v. 11. ad ſcholium: Per metaphoram etc. Qui haec annotauit, videtur legiſſe, in ſpiritu ſancto et igni.

Cap. V. v. 22. Vide quam miſerum eſt in aliena verſari lingua: nam a רקק racac ſpuit, fit רק rec quod vacuum ſignificat, vel temporalibus rebus, vel intellectu. Vnde 2 R.eg. 6. הרקים harekim, habemus translatum, ſcurra. Sanctes vero Pagninus transtulit fatuum.

Ibidem. גיהנם Gehinnom ad verbum ſonat Vallis hinnom. Nam erat locus prope Ieruſalem in praedio cuiuspiam qui Hinnom dicebatur,

[1]) In hac editione. Tom. I. in praef. pag. 102.

batur, in quo primum Israëlitae filios suos viuos cremabant idolo Moloch. De quo Iere. 7. et 4 Reg. 23. vbi dicitur Iosias locum hunc contaminasse proiiciendo in eum cadauera foetida, et alias quasque immunditias, et huic vsui deinceps deputatus est.

ibid. v. 37. Eo intellectu quo Christus iurare prohibuit, nempe rationabili non subexistente causa: etiam hic vult tali casu nullo hominum impulsu aut metu esse iurandum.

Cap. VI. v. 24. ממונא Mammona Chaldaicum potius est, et diuitias significat.

Cap. VIII. v. 20. Post: lucrum quod quaerebat, addit: Volebat[2]) autem, vt postposita huiusmodi spe, sequeretur: at ille simul vt audiuit, tanquam pecuniae amator, abscessit.

Ibid. v. 28. Potest hoc vocabulum גרגישה Gergesa, si Pagnino credimus, significare peregrinationem, habitationem, vel congregationem, ruminationem, ac prouocationem, vt videlicet deriuetur vel a גור gor, id est, peregrinari, congregare, seu habitare. Vel a גר gar, id est, ruminauit. Aut etiam a גרה gara, id est, litem miscuit.

Cap. XII. v. 3. Non videtur autor hic phrasin considerasse Hebraicam, quam in plerisque sequutos fuisse euangelistas in principio libri diximus: per quam et hic dicuntur panes propositionis. i. propositi, quia recentes super mensam coram propitiatorio proponebantur singulis sabbathis, vt habes Leuit. 24.

Ibid. v. 41. Ad vocabula: Adhuc tres dies: Ne nos accuses, quod tres dies hic posuerimus, immo nec

[2]) Haec in margine sui Codicis videtur reperisse Hentenius. In meorum nullo comparent.

nec autorem noſtrum: vide translationem 70. interpretum Ion. 3. qui τρεῖς ἡμέρας legunt. In Hebraeo tamen legitur ארבעים arbahim, hoc eſt, quadraginta. Verum autor noſter procul dubio linguam ignorabat Hebraeam, ſequutus ſemper 70. interpretes.

Cap. XIV. v. 19. Ad vocabula: συμπόσια συμπόσια: Huiusmodi ſane phraſes ſunt Hebraicae. In veteri ſiquidem teſtamento qui Hebraice norunt, talia frequentiſſime reperiunt, pro numero videlicet diſtributiuo, geminari dictiones.

Cap. XVI. v. 17. Aiunt enim Hebraei בר יונה bar Iona, ſed Chaldaeis בן יונא ben Iona ſonat Latinis filium columbae.

Ibid. v. 24. Ad vocabula: Siue vir, ſiue mulier: τις enim Graecis tam foemininum eſt, quam maſculinum: vt etiam Quis interdum apud Latinos.

Cap. XVII. v. 24. Drachma minae Atticae pars eſt centeſima, ſex continens obulos: didrachmum, duodecim.

Cap. XVIII. v. 32. Quantum [3]) exceditur aquae gutta ab inexhauſto maris pelago, tanto et multo amplius exceditur noſtra humanitas et benignitas a dei humanitate et benignitate.

Cap. XX. v. 23. Ad vocabula: tot diebus: Scio communia exemplaria habere, Diebus mille ducentis ſexaginta: non fuit tamen animus quicquam immutare ab eo quod in noſtro repertum eſt exemplari.

Cap. XXI. v. 5. Non te turbet quod in hac prophetia aſinum maſculino genere vertimus. Ad id enim et autoris enarratio nos coëgit et Graecum vocabulum ὄνος, quod tam aſinum ſignificat, quam

[3]) Forte haec in margine ſui Codicis reperit Heintenius.

quam asinam, id permittit, maxime quum hic careat articulo. Praeterea apud Zachariam litera 70. interpretum non habet ὄνον sed ὑποζύγιον. i. subiugale. In Hebraica autem origine haec dictio חמור hamor, asinum masculino genere vbique significat.

Ibid. v. 7. Ad vocabula: super ea: Hanc commode adiunxit expositionem, quod apud Graecos αὐτῶν sensum faciat ambiguum. Vide autem in nostris additiunculis, quas de varia exemplariorum lectione in principio libri adiunximus.

Ibid. 9. ad vocabulum: hymnum: Hinc plane liquet autorem nostrum vtpote Hebraicarum literarum ignarum ad eundem cum Hilario impegisse lapidem. Nam הושיעה נא hosia na, dictiones duae sunt, quarum prior hosia imperatiuus est tertiae Hebraeorum coniugationis, significans idem quod saluum fac: cuius fons siue radix quam vocant est ישע iasa, id est, saluauit: altera pars interiectio est efflagitantis vel obtestantis, ac si dicas, saluum fac obsecro, vt habetur Psalmo 117. Potest etiam dictum verbum in praedicta imperatiui persona habere הושע hosa, vt dicatur, הושע נא hosa na: et ita nostri verterunt. Quod autem dicitur, Hosia na filio Dauid, et Hosia na in excelsis, phrasim opinamur esse Hebraeorum, qui hosia na tanquam particulam bene ominantis vel precantis et acclamantis, variis addere solent dictionibus, vt τῷ υἱῷ capiatur pro τὸν υἱόν· quemadmodum ל apud Hebraeos articulus datiui, non nunquam etiam designat accusatiuum: Et ἐν τοῖς ὑψίστοις capiatur pro ὁ ἐν τοῖς ὑψίστοις qui es in excelsis: sicut ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, qui es in coelis. Est ergo sensus: sal-

uum fac obsecro filium Dauid: et saluum fac obsecro tu qui es in excelsis.

Cap. XXIV. v. 29. ad vocabula: per defluxum: Quum omnia, quae hactenus viderim exemplaria habeant ἀπορίᾳ apud Lucam, hoc est, desperatione aut consilii inopia: et sic iungi videatur praecedentibus: autor hic legisse videtur ἀποῤῥοίᾳ, hoc est, defluxu, et iungit sequentibus.

Cap. XXVI. v. 1. ad vocabula: decimo tertio vero etc. Memento autorem nostrum in his omnibus sequi dogma Graecorum, quum ipse Graecus esset.

Ibid. v. 36. ad vocabulum: Gethsemane: Quod Hebraeis sonat vallem pinguedinum. Siquidem גיא Ge vallem significat, et שמן Semen pinguedinem vel oleum. Vnde גישמנים Gesemanim vallem oliuarum vel pinguedinum.

Ibid. v. 39. ad vocabula: Hebraica est: Imo אבא abba Chaldaicum potius est: nam Hebraei אב ab dicunt.

Ibid. v. 45. ad vocabulum: ἀπέχει: Propterea nos in Marco traduximus Completum est.

Ibid. v. 50. ad vocabula: ad quod venisti: Quod Graece habetur ἐφ' ᾧ, capi potest pro ad quid et pro ad quod vel propter quod, interrogatiue videlicet, vel relatiue capto ᾧ.

Ibid. v. 52. ad vocabula: vtendum esse gladio: Loquitur de priuata persona.

Cap. XXVII. v. 8. ad vocabulum: Acheldema: Syris enim חקל hacal agrum sonat et דמא dema sanguinem, et ita dicit se legisse Munsterus in Graecis et vetustis Latinis exemplaribus.

Ibid. v. 33. ad vocabulum: Golgotha: גלגלת gulgoleth, hoc est, caput aut cranium, siue caluaria: quanquam Munsterus asserit esse Chaldaicum

ac

ac dici גולגלתא golgoltha, et ita dicit se inueniſſe in vetuſtis exemplaribus Latinis. Nam Chriſtus vſus eſt, inquit, lingua vulgari inter Hebraeos, quae tunc Chaldaea erat, ſeu Syriaca magis quam Hebraea.

Ibid. v. 37. ad vocabula: apud Romanos cauſa dicitur: Hinc apparet autorem noſtrum nec Latine calluiſſe. Dicitur enim titulus a tueor, ſcriptura videlicet, libro, ſtatuae, aut cuiquam alii appoſita: quae autorem aut eum cui apponitur a plagiariis, vel aliis quibusuis tuetur.

Ibid. v. 46. ad vocabula: deus meus: Vide obſecro, quanta ſit miſeratione dignus qui in ignota verſatur lingua. Quanquam enim apud Marcum ſcriptorum incuria legatur: Eloi Eloi: apud quem etiam eadem cauſa pronomen Meus, ſemel tantum ponitur, haud dubium tamen eſt, quin vterque aut Hebraicis aut Graecis literis ſcriptum reliquerit, quod Pſalmo viceſimo primo dixit Dauid: puta אלי אלי למה עזבתני Eli Eli lama azabtani, aut Chaldaice, ſebactani: Deus meus, Deus meus, quare dereliquiſti me. Munſterus tamen dicit in vetuſtis exemplaribus Graecis et Latinis ſe incorruptam inueniſſe dictionem Chaldaicam שבקתני Sebactani: Nam a reditu Iudaeorum e captiuitate Babylonica ad Chriſtum natum vix 515. anni interceſſerunt, et ita vulgo adhuc Chaldaice magis, quam Hebraice loquebantur. Itaque Chriſtus ſermoni vulgi ſuum accommodabat ſermonem.

Ad euangelium Marci.

Cap. I. v. 27. ad vocabula: Quod eſt hoc verbum? Phraſis eſt potius Hebraica, vt verbum pro re

vel facto ponatur, quemadmodum ante libri exordium praefati ſumus.

Ibid. v. 45. ad vocabula: diſſeminabat verbum: Et hic quoque phraſis eſt Hebraica, vt verbum pro facto ponatur.

Cap. III. v. 17. ad vocabulum: Boanerges: Nam בני bene filios ſonat Hebraeis, et רגש reges tonitru aut fremitum. Potius tamen legendum eſt בניא רגש benaia reges, et eſt Chaldaicum ac ſonat filios tumultus.

Ibid. v. 21. ad vocabulum αὐτόν· Poteſt ergo dictio αὐτὸν eum, referri ad Ieſum et ad turbam: nomen enim ὄχλος quod turbam ſignificat, etiam maſculinum eſt.

Ibid. eodem. ad vocabulum: ἐξέϛη· Verbum quidem ἐξέϛη, ſignificat, in exceſſum verſus eſt: vel, in furorem verſus eſt: vel, exceſſit.

Cap. V. v. 41. ad vocabulum: Talitha: Potius legendum eſſet טליתא taliatha vt i ſit conſonans et eſt Chaldaica dictio, atque hoc modo ſcriptum inuenitur in nonnullis vetuſtis exemplaribus tam Graecis, quam Latinis.

Cap. VII. v. 34. ad vocabulum: Ephphatha: אפתח eppetach, apertus eſto, imperatiuus paſſiuus eſt primae Chaldaeorum coniugationis.

Cap. XII. v. 30. Quanquam in noſtro exemplari non habeatur, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, arbitror tamen id librarii vitio omiſſum eſſe, maxime quum in ſequentibus verbis ipſius ſcribae, inter alia repetatur: Ex tota virtute: et id etiam habeat editio Complutenſis et translatio vulgata.

Ibid. v. 36. ad vocabulum: dicit: Haec videlicet Hebraica dictio Pſalmi 110. iuxta Hebraeorum diuiſionem, נאם neum.

Ibid.

Ibid. v. 41. ad vocabulum: gazophylacium: Nam γάζα thesaurus est et φυλάττω custodio.

Ibid. v. 44. ad vocabula: minuta et comminuta: Minuta comminuta siue attenuata, apud Graecos pulchra est allusio quum dicunt, λεπτὰ λεπτυνθέντα.

Cap. XIV. v. 13. ad vocabula: in ciuitatem: Vide annotationem quae habetur super illud Matth. 63. Ite in ciuitatem ad quendam et caet.

Ad euangelium Lucae.

Cap. I. v. 15. ad vocabulum: inebriare: A verbo שָׁכַר sachar, quod inebriare sonat.

Ibid. v. 37. ad vocabulum: verbum: Potius. i. omne factibile, vel omnis res per phrasim Hebraicam.

Cap. II. v. 7. ad vocabula: irrationalitate et brutalitate: Non potuimus vno verbo eam reddere consonantiam vel allusionem, quae pulchre apud Graecos apparet, quum dicunt λόγος καὶ ἄλογος, hoc est, verbum siue ratio et irrationalis.

Ibid. v. 17. ad vocabulum: διεγνώρισαν: Potius tamen διεγνώρισαν hoc est notum fecerunt, Vel diuulgauerunt, ob id potissimum quod protinus sequitur, Et omnes qui audierunt, mirati sunt et caet.

Ibid. v. 43. ad vocabulum: sine literis: Ex his verbis, simulque et ab iis quae paulo post habentur super eo verbo, Et viso eo obstupuerunt, apparet autorem sentire, quod virgo hoc tempore non cognouerit Iesum fuisse deum: non tamen ita sentit, quod patet ex illius dicti enarratione: Et mater eius conseruabat omnia verba haec in corde suo, quod paulo post praedicta sequitur.

Cap. III. v. 24. Veram nominum huius genealogiae orthographiam ad Hebraeorum fontem reductam

in noſtris annotationibus de varia exemplariorum lectione in huius libri exordio inuenies circa hunc locum.

Cap. VIII. v. 48. ad vocabulum: ſanguinaria: Alluſio eſt apud Graecos quando dicunt *φοινικὸς ἤτοι φονικός*. i. ſanguinarius ſiue mortifer.

Cap. X. v. 26. ad vocabulum: *τί* Ex hoc[4]) autoris ſcholio videtur iuxta mentem eius legendum in litera Quod, vt pro ſubſtantiuo habeat, praeceptum, quod facile ſubauditur. Nam Graeci eadem dictione *τί*, efferunt Quid et Quod.

Ibid. v. 34. ad vocabulum: *κτῆνος* Nam *κτῆνος*, pro quo hic habemus iumentum, dicitur *ἀπὸ τοῦ κτείνεσθαι*, id eſt occidi, quia pecus ſiue iumentum mactationi naſcitur: vel mactari et immolari ſolet.

Cap. XII. v. 53. ad vocabula: pater eſſe poteſt mens: Graecis enim *νοῦς*. i. mens maſculinum eſt ſicut et *νόημα*. i. cogitatio neutrum. *καρδία* vero. i. cor foemininum, ſicut *ἐπιθυμία*. i. cupiditas vel concupiſcentia.

Cap. XV. v. 21. ad vocabula: gratiam et gaudium: Alluſio eſt apud Graecos inter *χάριν* et *χαρὰν*, hoc eſt, gratiam et gaudium.

Cap. XVI. v. 19. ad interpretationem vocabulorum: Homo quidam erat diues: Tanquam Graecus ſequitur dogma Graecorum.

Ibid. v. 23. ad vocabula: Gregorius Dialogus: Gregorium primum, Romanum pontificem, Graeci cogno-

4) Vt lectores hanc Hentenii animaduerſionem intelligant, tenendum eſt, eum ita edidiſſe:

v. 26. *Ipſe vero dixit ad eum: In lege quod ſcriptum eſt?* Deinde ſubiicitur ſcholium: *Maius praeceptum.* Tum textus rurſus: *Quomodo legis?* Et ſcholium: *Maiora legis praecepta: de maioribus namque ipſum interrogauit.*

cognominarunt Dialogus, vt manifestum est ex concione quadam de orando pro defunctis, quae Damasceni operibus inseritur. Opinor autem id cognominis ipsos illi tribuisse, quo hunc a Theologo vel Nysseno distinguerent, habentes fortassis huius libellum Dialogorum in Graecam linguam versum.

Cap. XXI. v. 25. ad vocabulum: defluxum: Quaere quam posuimus annotatiunculam ca. iuxta Matthaeum 24. secundum numerum Latinorum ad illud dictum: Statim autem post afflictionem dierum illorum et caet.

Cap. XXIII. v. 43. ad vocabula: nondum enim quisquam etc. Diximus iam alibi, quod Graecorum dogma sequatur, nempe Graecus.

Ad euangelium Ioannis.

Cap. I. v. 43. ad vocabulum: Cephas: Munsterus dicit legendum esse כיפא Chepha, quod sonat petram, et dictionem esse Chaldaicam.

Ibidem. ad vocabula: Sarai vero Sarram: Iuxta 70. translationem quae prius Sara dicebatur, postea dicta est Sarra literae videlicet adiectione, sicut etiam factum est in nomine mariti. In Hebraica autem et Chaldaica litera, Abraham quidem dictus est litterae additione, Sara vero quae prius Sarai, literae י iod ademptione.

Cap. II. v. 24. Haec diuersa oritur interpretatio, quod πάντα, pro quo in vulgari translatione legitur Omnes, Graecis accusatiuus est masculinus singularis, aut neutrius generis pluralis, et ita verti potest in Omnem aut Omnia. Plurima tamen exemplaria Graeca habent πάντας, hoc est, Omnes, et ita legisse videtur qui vulgarem edidit translationem.

Cap. V. v. 2. ad vocabulum: Bethesda: Imo potius legendum בית צידא Bethsaida, hoc est, domus piscationis: et est loquutio ac phrasis Chaldaica. Sic etiam dicunt, domum feminis, agrum: domum iumenti, stabulum, et sic de aliis.

Cap. IX. v. 7. ad vocabulum: Silohe: שלח Salach Hebraeis significat Misit. Inde שילוח Siloach. i. Missus.

Ibid. v. 15. ad vocabula: quomodo aperuit oculos tuos? Videtur indubie autor noster hoc loco legisse quod postea habetur, πῶς ἠνοιξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς; Vnde ibi etiam dicit illos ad primum quaesitum reuerti. Pari modo et Chrysost. et Theophylact. legisse videntur. Aut hoc intellige de his qui antea interrogauerunt eum, Quomodo aperti sunt tibi oculi?

Cap. XIV. v. 3. ad vocabula: Quanquam enim mortui etc. Iam saepius diximus, illud esse dogma Graecorum, de quo vide ante libri exordium in epistola ad lectorem.

Ibid. v. 16. ad vocabula: ab illo procedens: Tangit hic dogma Graecorum, de quo vide ante libri exordium in epistola ad lectorem.

Cap. XV. v. 14. ad vocabula: vos amici mei estis: Etiam hoc loco praesens ἐστὲ estis, pro futuro ἔσεσθε eritis accipitur, veluti post pauca dicet autor: sicut paulo ante dixit ἐδοξάσθη glorificatus est, capi pro glorificabitur, et φέρητε adferatis, pro attuleritis, et frequenter alibi.

Ibid. v. 26. ad vocabula: Procedit itaque etc. Rursum hic apertius tangit dogma Graecorum.

Cap. XVII. v. 2. ad vocabula: virtus voluntaria: Graecis suauis est allusio, quum dicunt, αἱρετὴ γὰρ ἡ ἀρετή. voluntaria enim est virtus.

Ibid.

Ibid. v. 12. ad vocabulum: perditionis: Potius phrasis dicatur esse Hebraica sicut diximus ante libri exordium, hoc est filius perditus.

Cap. XIX. v. 13. ad vocabulum: Gabatha: גבתא Gabotha latinis sonat eminens siue excelsum. Verisimile est enim fuisse stratum lapideum eminens, iudicio accommodatum. Est et dictio Chaldaica.

Animaduersiones Editoris ad Latinam Ioannis Hentenii interpretationem.

Etsi Hentenii interpretatio, ex vno libro scripto expressa, ita in plerisque locis, quantum quidem vtriusque linguae patitur diuersitas, fidelis est, vt Codicis auctoritatem in constituendo Euthymii contextu habere possit: tamen occurrunt loca, siue interpretis, siue Codicis, quo vsus est, culpa, in quibus aliquis possit offendere. Ea hic deinceps notaui et ex meis Codicibus correxi.

Ad euangelium Matthaei.

Pag. 14. vers. 29. Euangelistae in inscriptionibus (librorum suorum) euangelium appellarunt narrationem (suam.)

25, 23. εἰσῆλθε — ὡς εἰς πόρνην. Ita habet etiam Chrysost. T. VI. p. 275. A. οὕτως ὁ εἰσιὼν εἰς γυναῖκα ἀλλοτρίαν. Pro quo est Prouerb. VI, 29. οὕτως ὁ εἰσελθὼν πρὸς γυναῖκα ὕπανδρον.

38, 26. Quod sciebat, tantum abesse, vt sibi fides haberetur, vt magis etiam irritaret, (ad iram, ad vindictam Iosephum) si culpam conaretur celare.

50, 17. Donec — reposita sunt. Ita Latini non nulli habent, notante Sabatierio. Sed Graecum discrepat.

52, 21. Pendere tributa. Forte φόρον aut φόρους, pro φιλίαν, legit. Redde: amicitiam exhibere. Ita εὐποιΐαν καταβάλλεσθαι. Alciphr. p. 43.

56, 19. Accederent. Videtur legisse ἐπῆλθον, quod non displicet.

62, 21. Immortalem. Ἀνάλωτον, qui capi nequit. Idem vocabulum occurrit pag. 71. penult.

Ib. 24. Superstitem esse. Περιγενέσθαι, superare, vincere.

64, 21. Tulit. Suscepit, sustulit.

68, 31. Quasi facto. Quasi signis, quasi ominibus.

70, 10. Citius credentes. Obedientes.

72, 12. Simul etiam, quod Babylonia et Aegyptus in orbe terrarum maxime incensae erant impietatis flamma.

84, 22. Amplius non rex (erat,) sed procurator seu praeses Iudaeae Pilatus a Tiberio Caesare Roma missus erat.

90, 21. Pannum et simplicitatem eorum. Pannum habet etiam editio princeps Louanienſis. Habebam pro errore typothetae, credebamque interpretem voluisse parcum. Reddo: Meminit etiam victus et amictus eius, ostendens eum tenuem et facile parabilem. (Subitariam.)

92, 1. Virgulta. Cacumina. Ita apud Philon. p. 475. *Der Kopf der Pflanze.*

94, 6. Non parum auertebat metum. Ac solus visus multa refulgebat pietate.

96. In nota. χαλάνης est ex Genes. X, 10. vbi tamen scribitur χαλάννη. Ita habet etiam Epiphanius

nius T. I. p. 7. C. Sed Cyrillus Alexandr. Tom. VI. p. 2. B. in Collectaneis habet: *οἱ τὸν τῆς χαλάνης πύργον οἰκοδομοῦντες.*

98, 20. *Προηγουμένως*, non est, erumpendo, sed praecipue, in primis.

Ibid. Post sermonem, ita legendum: vt qui sapientiores videbantur: per eos autem haec illis etc.

104, 28. Nostris quidem maioribus. Redde: Potissimum autem.

106, 14. Operatores. *Ὑπὸ* ad *γεωργ.* non ad *συναγ.* refertur. Ad quam omnes (homines) domini cura (tanquam agri, segetes aut fructus) culti. Ita Corinthii appellantur 1 Cor. 3, 9. *θεοῦ γεώργιον.*

108, 3. Poenit. act. demonstrarent. Vt resipiscerent, vt aliam mentem induerent.

Ibid. 5. *Ὅτι* in versione omittendum erat, non reddendum Quod.

Ibid. vlt. et fol. 110, 1. *καταβάλλειν* non recte redditum est fallere, decipere, quanquam prius ferri possit. *Καταβάλλειν* est hostem de statu deiicere, vincere. Ergo, vt opprimam — qui oppressit.

110, 21. Deest, post baptizatorum, is, qui baptizabat. Ibid. *ἀφεθεὶς*, non est, post confessionem, sed: et tunc missus, dimissus.

114, 9. Siue coena mystica. Haec de suo videtur addidisse. In meis non est, *ἤτοι τοῦ μυστικοῦ δείπνου.*

118, 25. Vt videatur, ad demonstrandum eum esse filium dei, petere.

118, 30. Certe. Forte post *ἔχων* reperit *δῆθεν*, idque reddidit certe.

120, 17. Obseruandum. Videtur legisse, *παρατηρητέον.* Infra 135, 8. *ἀπαρατηρήτως* prorsus neglexit.

122, 15.

122, 15. Procedere. Imo, quaerere, petere.

Ib. 16. Quanquam etc. cum prius non fecerit, non factum sit.

126, 18. Ideo. Cur.

130, 5. Praedam. Non repugnabo, si quis acceperit de Christo capiente et vincente diabolum, qui Christum capere et vincere voluerat. Locus similis est etiam Tom. XII. p. 356. C. *μόνῃ διελέγετο, [τῇ σαμαρείτιδι] τοὺς μαθητὰς ἐπίτηδες εἰς τὴν ἀγορὰν πέμψας· ἵνα μὴ πτοήσῃ τὴν ἄγραν.* Item ibid. p. 379. A. *καὶ μὴ σοβήσῃ τὴν ἄγραν.*

134, 25. Testamento. Vix putem, *διαθήκης* repertum esse ab Hentenio in Codice. Malim equidem intelligere *πολιτείας*, quod paullo inferius legitur.

144, 14. Imprimitur. Noscitur, signatur. *Χαρακτηρίζειν*, notam rei imprimere, signare.

146, 19. Ob ea, quae quis patitur. Ob rem terrestrem, ob casum, ob infortunium humanum.

148, 1. Δανιὴλ in nullo meorum legitur.

Ib. 9. Forte inuenit *σωμάτων ἰδίων.*

Ib. 12. Suas aegritudines. Peccata sua.

152, 7. Tanquam — potentem. Vt concessum est naturae humanae.

Ib. 25. Prauum. Deterius.

Ib. 29. Ad deum. Dei.

154, 6. Speciem — visionis. Imaginem diuinae formae eorum, qui habuerunt imaginem coelestis. Sine vllo dubio fit allusio ad 1 Cor. 15, 49. Igitur dubito de integritate lectionis. Aut enim *Φορεσόντων* legendum, aut loco *ἐπουρανίου* corrigendum *χοϊκοῦ*. Sed istud facilius est. Hentenius haec prorsus praetermisit.

Ib. 9.

Ib. 9. Remunerationem — accedunt. Communicationem, quae fit per gratiam, eorum bonorum, quae deus per naturam habet.

Ib. 19. Acceptae. Memoratae.

156, 11. Vtinam — desiderabilia. Cum ea, quae omnibus videntur fugienda, omnibus fiunt expetenda, propter praemiorum magnitudinem?

160, 21. Loco Hoc, lege, Quod si.

162, 21. 22. 23. Malim, ad vitam caute seu prudenter ac tuto agendam. Ἐναγωνίους autem reddiderim, fortes, constantes.

166, 3. Per — solet. Se ipsam illustrare, patefacere.

Ib. 2. Incidere. Munire. Graece eleganter, τέμνειν ὁδόν. Sed hunc tropum Latini non sunt imitati, nisi forte vbi sermo sit de rupibus.

168, 23. Quia — perfecit. Imperfecto per perfectum superato. ἀποκρύπτειν notionem *superandi* habet, quod orto sole ceterae stellae euanescunt.

170, 27. Quamuis — excelsa. Videtur legisse, aut certe ita reddidisse, ac si repererit, κἂν μεγάλαι ὦσι, quod mihi valde probatur.

174, 7. Et his — praecepta. Et cuiusmodi (certamina) praecipiunt mandata Christi. Est vberior explicatio τοῦ μεγάλους ἀγῶνας.

Ib. 10. Opposuit. Pro magnitudine iussit, constituit.

176, 13. Hasque relinquit. Hisque relinquit, hisque concedit et permittit.

178, 23. Quum, pro Quia, scribendum videtur.

184, 25. Verisimile — vicerit. Hentenius ita reddidit, ac si repererit: εἰκὸς γὰρ ἀντίδικον διαμένειν καὶ ὁπωσδήποτε περιγενόμενόν σου. Quod etsi non ineptum est, tamen nulla adest causa idonea, cum lectio meorum Codicum sollicitetur.

194, 14. Duobus vocabulis expreſſit λαίμαργοι. Nec tamen mihi probabile eſt, duo fuiſſe in Graeco. Nec proximum ἀπειθὴς ſollicito. Ἀπειθὴς, qui difficulter ſibi perſuaderi patitur. Non ergo opus eſt altero ἄπιστοι.

Ib. 23. Infantium more viuentibus. Sed νηπιάζοντες et νήπιοι non differt.

196, 16. Miror, interpretem ὅτι expreſſiſſe per *quod*, cum id in talibus redundet.

Ib. 18. Plus quam deſipere. Seuerius, grauius punitum iri.

Ib. 19. Adhuc amplius. Etiam grauius.

198, 10. Diſtinxit. Separatim dixit, praecepit.

200, 29. Quam viae — ſubminiſtrare. Cum ille (oculus) viae dux ſit, hic (deus) alimentorum miniſter.

206, 29. Docendo ac ſanando.

208, 9. Vt ſic — commutandis. Haec aliena ſunt. Euthymius hic tantum explicabat τελῶναι, vocabulo ſua aetate conſueto, commerciarii.

210, 2. Pro compaſſiuo praedicetur. Ab eo, cuius miſertus eſt, praedicetur.

212, 13. Propter humanam comitatem. Studio placendi hominibus.

220, 11. Colloquentes, ob humilia. Profitentes, contra humiles.

Ib. 27. In quo — virtutes. Et quia in eo ſunt virtutes, poteſtates ab omni materiae concretione liberae. Δυνάμεις ἄϋλοι, ſunt angeli.

Ib. 28. Quibus datur requies. In quibus acquieſcit, quibus laetatur deus.

228, 22. Ab iis cau. debemus. Deprecandae ſunt.

Ib. Vlt. Solum etc. Definiit, praecepit autem precari ab illo ſolo liberari.

238, 4. Oſtendens etc. Oſtendens, ſe non tam illorum, quam tua cauſſa haec praecepiſſe, ita,

vt,

vt, etiamsi nemo illorum molestus sit, tu tamen diuitias contemnas easque distribuas egenis.

Ib. 30. Hic rursus ὅτι frustra reddidit Quod.

244, 10. Aptari. Explicari.

Ib. 11. Quandoque — solliciti. Quando sola mente sunt solliciti.

Ib. 13. Aliquando et. Quando.

246, 4. Amplius sese deiicere. Acrius monere. Ita Cinnamus dixit p. 84. πικροτάτοις αὐτοῦ καθίκετο λόγοις. Et Aeschines Socr. III, 15. τὰ δυνάμενα καθικέσθαι τῆς ψυχῆς.

250, 28. Amantis more — dicat. Interrogat enim dicens. Interpres videtur legisse ἐρωτικῶς.

Ib. 30. Possessio. Videtur ergo Hentenius etiam reperisse κτῆμα. Malim tamen κτίσμα. Iacob. I, 18.

252, 27. Scientiam ac prouidentiam. Voluntatem et potestatem.

256, 21. Et ad hoc — viuere. Propterea hoc maxime oportet quaerere.

264. Antepenult. conuitiaris. Patefacis, diuulgas.

268, 7. Deo — assimilentur. Assimilari autem deo et diiudicare indignos.

292, 2. Intelligentis — operationem. Intelligibilem mentis domum.

298, 19. Doctrinam sublimem. Sola verba.

300, 25. Pulchritudine — peccati. Cum ergo pulchritudini mentis nostrae lepra peccati detrimentosa fuerit.

310, 6. Existimantes. Expectantes.

312, 3. Deprecantis. Αὐτῆς, i. e. τῆς θαυματουργίας, fortasse in suo Codice non inuenerat Hentenius. Redde: fides eius, qui ea (θαυματουργίᾳ) eget.

314, 20.

314, 20. Diſſolueretur. Cruciaretur. Aliquoties in hoc vocabulo offendit interpres. Vix ergo putem illum inueniſſe καταλυθέντος.

326, 8. Poena. Forte τιμωρίας inuenit.

328, 26. Et alii vnum, alii aliud. Forte legit, καὶ ἄλλοι τὸ ἕν, ἄλλοι ἄλλο.

332, 23. Oſcitantes, non eſt in Graeco. Neſcio, quid loco εὐέλεγτον, i. e. facile refutandum, legerit. Mox: Viri accuratam Iudaeae habentes notitiam.

334, 11. Sed, alienum eſt. Mortuorum animi, daemones facti, ad ſuorum corporum ſepulcra remanent et quibusdam.

338, 22. Quibus ſermone. Iis nimirum, qui ratione corriguntur.

344, 8. Nempe deum. Abeſſe debet, nempe. Forte tamen legit: εἰς δηλαδὴ ὁ θεός.

346, 5. Facilius facilius, vtrum dicere hoc, an.

350, 27. Αὐτίκα, non eſt, ſtatim, ſed, exempli cauſſa.

354, 12. Eſt fornicator. Videtur ergo legiſſe ἤ, loco ἤ. Niſi vulgatam Latinam, vt ſolet, expreſſit.

358, 23. Filios autem thalami dicit, aptos ad deſponſationem. Νυμφὼν, eſt locus, domus, vbi nuptiae celebrantur. Νύμφευτις eſt deſponſatio. Sed οἰκεῖος ambiguum eſt in Graeco. Notat enim et domeſticum, ſeu familiarem, deinde etiam aptum et idoneum. Eodem modo erratum eſt p. 360. verſ. 1. 2.

364, 3. Iam iam morituram. Neſcio, an legerit ἐκπνέουσαν. Sed ἐμπνέουσαν, adhuc ſpirantem, hic etiam locum habet.

372, 12. Eiecit et eiecto ſoluta ſunt vincula, intellexit autem et.

375, 22. De lectione ἐσκυλμένοι oblitus fueram addere, Chryſoſtomum hunc locum interpretari etiam Tom. XII. p. 390. atque ibidem B. habere τὰ πλήθη ἐσκυλμένα.

376, 22. De ventilabro, area, tritico.

378, 7. Etiam dignitatem. Etiam alios. Forte pro ἑτέρους legebatur ἄλλους, e quo deinde factum eſt ἀξίαν.

410, 2. Mordentes. Ac ſi legerit, δάκνοντας. Mox ſimplex κωμῳδοῦντας legitur.

422, 9. 10. Sentit — intelligit. In Graeco eſt ſolum ἀποφαίνεται, quod reddi poteſt, *loquitur*, *ſententiam dicit*.

428, Penult. a domo. Hoc obſcurum eſt. Malim, aut domeſtica conſuetudine, aut a natiuitate.

432, 16. Curat. Etiam hoc obſcurum. Malim, temperat, modum ponit huic laudum magnitudini.

446, 9. Sunt autem etc. Significantiſſimum autem, vsque ad coelum et vsque ad infernos. Siquidem etc.

448, 4. Vt capite — huius. Haec in meis Codd. abſunt.

454, 13. Praeterea etc. Rurſus autem humilitatem eis propoſuit, commendauit.

Ib. 18. Humilitas etc. Humilis enim (corde) omnia, quae patitur, ſecundum rationem pati exiſtimans.

458, 28. Animalia paſcerent. Exta, carnes, ſecarent et diuiderent.

464, 3. Obtuſum aſpectum. Hebetes oculos, hebes ingenium.

492, 21. Medici. Vomentes.

504, 12. Salutis domum. Salutem ſuam. Sine ſenſu videtur legiſſe οἰκίας.

508, 18. Dixit — cuſtodit. Dixit, quae voluntatem dei faciunt. Voluntas autem dei, ſeruare euangelica praecepta et ſalutem conſequi.

510, 16. Tanquam — accederet. Tanquam de re domeſtica cum eo agere vellet.

514, 16. Vinolentia. Forte legerat οἴνωσις. Οἴησις eſt vana de ſe opinio.

522, 15. Poſt *in iſtis* haec addenda ſunt, quae fortaſſe in ſuo Codice Hentenius non reperit: Propterea etiam ἀναπληροῦται dixit, id eſt, *prorſus completur*, aut ἀναπληροῦται ſimpliciter pro *completur*.

532, 20. Quousque doceant. Sententia eſt, antequam doceant.

536, 2. Non ablatos etc. Ita quidem, vt non interficiantur, ſed vt priuentur facultate docendi et corrumpendi tritici ſeminati.

539, 16. Offendo in ὅλων. Hentenius *omnibus*. Forte ergo πάντων inuenit. Certe τῶν ὅλων debet eſſe.

542, 11. Conſperſionem. Commiſtionem.

574, 4. Nec omnino quiescens. Cumque prorſus non quieſceret. Ioannes nimirum.

582, 11. Egreſſi ſunt. Videtur ergo legiſſe ἀπῆλθον. Atque ita in textu habet apud Marcum codex vterque meus.

602, verſu a fine 6. Non iam ipſum. De Chriſto ſermo eſt. Hentenius αὐτοὺς videtur legiſſe.

619, 4. Ad vocabula, ἀπελθεῖν εἰς, noto tantum locum fere ſimilem ſupra p. 25, 23. Ibi eſt, εἰσῆλθε πρὸς αὐτὴν, ὡς εἰς πόρνην.

626, 15. De micis — ſeſe obtulit. Micae autem intelliguntur curationes caſu oblatae.

634, 5. Iraſcibilem. Tres animi facultates notat h. l. τὸ λογικὸν, τὸ ἐπιθυμητικὸν, τὸ θυμικόν. Sed τὸ θυμικὸν latius patet, quam vt vno vocabulo

bulo iraſcibile reddi poſſit. Vide ſcholia ad Syneſ. T. I. p. 99.

640, 4. Ab imo cordis. Videtur ergo alterum ἀπὸ in ſuo Codice non reperiſſe.

Ibid. 11. Apparentiam a coelo. Superficiem coeli.

650, a fine verſu penult. et 6. Bis φρόνημα reddidit *prudentiam.* Malim *mentem* reddere.

654, 2. Abunde honoratum. A gloriae ſtudio alienum.

658, penult. Videtur legiſſe, ὡς γνήσιος φίλος.

666, 18. Praemittens. Addens. Forte legit προτιθείς. Aut ſiglam inuenit $\overset{o}{\pi}$ρτιθεὶς, quae προστιθεὶς notat.

668, 23. Ideo autem. Cur autem. Pro διατί, videtur inueniſſe διότι, quod tamen locum non habet.

674, a fine 5. Quid autem. Forte legit τί δὲ — αὐτῷ; τοῦτο ἐδίδαξε.

683, 25. Πλήρωμα γὰρ — ὁ χριστός. Videtur hoc loco Euthymius confudiſſe Rom. 10, 4. cum 13, 10. Idem accidit Cyrillo Alexandr. T. I. de adoratione p. 5.

692, 19. Hic enim — quod praecepit. Mei Codices hoc non agnoſcunt. Neſcio, an de ſuo addiderit Hentenius.

694, a fine 5. Ex mente placide compoſita. Εὐαρέσησις non eſt, mens placide compoſita, ſed deo placens mentis compoſitio. Mox iterum εὐαρέσησιν male reddidit placabilitatem. Ceterum non ignoro, εὐαρεστεῖσθαι alibi eſſe, re aliqua contentum eſſe, adeoque ea laetari. Eodem ſenſu dicitur etiam εὐαρέσησις. Sed hic de deo ſermo eſt, cui homo probatur et placet.

696, a fine 10. Aut fumos. Immo, vapores.

700, a fine 2. Volens. Nolens.

706, 22. Vt dictum est. Haec paullo post inserenda sunt, post *habens*.

724, Penult. affectus est. Affecit.

726, 5. Si sic. Forte legit: ἐνάρετος οὕτως αἰτῶν.

746, 1. 2. Haec referuntur ad vocabula: καὶ γαμήσῃ ἄλλην. Ἄλλην ergo, siue coniugem, siue virginem. Postrema huius scholii verba, *secundo — vxorem*, de suo videtur adiecisse interpres.

Ibid. 6. Tanquam — siquidem. Cum ista res diligentius tractaretur, cum ea res curiosius inquireretur. Propterea graue admodum.

748, 18. Quantum — susceperunt. Quantum ob libidinem reprehenduntur, vim ferri (auxilium ferri) superante etiam intemperantia.

750, 19. Et se suscipere. *Se* omitti debet.

770, 9. Accipere. Ponere, recensere. Nescio, quid legerit Hentenius loco ἐκθέσθαι. Forte ἐκδέχεσθαι. Poterat etiam dicere θέσθαι.

Ib. 10. Similiter. Simul, vno loco, non per partes.

774, 10. Scopo adepto. Solum eius scopum consecutos. Forte etiam pro δρεψαμένους aliud inuenit vocabulum. Certe equidem non memini alibi legere σκοπὸν δρέπεσθαι. In mentem veniebat, etsi non satis probabatur, δραξαμένους, quod tamen frequentius genitiuum quam accusatiuum habet.

792, 19. Quodam — patri. Cui autem animam suam tradidit? Patri.

800, 10. Et vbique — necessitate. Et vbique solis necessariis contentum esse, solis necessariis acquiescere, sola necessaria curare.

Ibid. 25. Aut faces. Forte ergo in suo Codice interpres reperit etiam δαδούχους.

820, 9. Captiuitatem. Cupiditatem, credo, voluit.

822, 14. Obaudierunt. Non obaudierunt.

830, 3.

830, 3. Concitarentur. Ipsi hic quoque ferrent sententiam et a se ipsis condemnarentur. Ἐξάγειν ἀπόφασιν iunguntur.

838, 15. Gubernationem. Curam.

842, 8. Αὐτονομία difficulter redditur. Ergo interpres duplici modo reddidit, *libertatem* et *suam legem*. Et quod parabola sua lege vtitur. Αὐτονομία proprie est ciuitatium, quae suis, id est, patrum et maiorum legibus et institutis vtitur. Parabola ergo αὐτόνομος est, quae vtitur consuetudine et venia parabolarum, admiscentium non nulla ad perficiendam et exornandam parabolam, minime pertinentia ad rem eam, cuius caussa interposita est parabola.

850, 16. Consulentem. Suadentem.

854, 18. Efficta — occasione. Ficta a se narratione, ficto a se argumento.

856, 22. In statu poenarum. Poenae loco.

858, 2. Non ergo. Ergo. Interpres οὔκουν videtur legisse pro οὐκοῦν.

861, 1. Φωτοειδὲς, non est *lux perpetua*, sed *lucidum*.

862, 7. Ante *dixerunt*, addendum *scribarum*.

864, 19. Directus. Missus. Forte in Codice inuenerat ἀπευθυνθείς.

868, 22. De perfectis. Vltimo. Forte τὰ τέλεια legerat.

874, versu a fine 6. Tantum. In Graeco additur: sed et in aliis exiguis rebus.

892, penult. Interpres non cepit ἐπιπεμάσας τινὶ φόβον. Redde: Quoniam gehennae metu iniecto eos non commouerat, quod scilicet futura est, terret eos ac certos reddit a calamitatibus. Sententia est: Quoniam ea, quae remota sunt, haud adeo metuunt homines, periculis vicinis eos terret. Καταισφαλίζεσθαι h. l. est omnem

dubitationem futurarum poenarum tollere per poenas proxime futuras.

902, 9. Erexit se. Seditionem mouit, rebellauit. Notum est hoc sensu ἀνταίρειν et ἀνταίρτης.

904, 1. Certaminum praefectos. Ad certamina idoneos.

916, 10. Et fugam expeditam eam. Haec non sunt in Graeco. Forte autem voluit, et ad fugam. In Codice illo fortasse erat: κούφην καὶ εὐξαλῆ πρὸς φυγήν.

Ib. 14. Et simul cum embrionibus ac lactentibus peribunt.

Ib. 19. Pusillanimis. Hoc non est in Graeco. Similem sententiam reperio in Catena Corderii ad h l. ex Isidoro et apud Isidorum Lib. I. Epist. 212. Etiam in schedis meis inter inedita scholia est eiusmodi Seueri. Sed in his βραχύτατον non reperitur: νηπιώδες autem et ἀτελές. Βραχύτατον interpretor βραχυβιώτατον. Alia enim subesse sententia nequit. Forte Hentenius e suo Codice exscalpserat βραχύνουν, cuius exempla ignoro.

Ib. 22. Protendebant. Protendebat, dirigebat. Christus nimirum.

920, 7. Etiam — ferebantur. Et contra vbique dispersos ferebantur.

924, 4. Hentenius λέγεται videtur legisse loco γένηται, quod tamen minime probandum. Redde: si eis possibile sit.

934, 19. Pro priori ἔτι videtur inuenisse τότε. Deinde: facile a corde excidebant, non est in Graeco. Nam εὐεπίλησος est ex ἐπιλανθάνω, qui rerum facile obliuiscitur. Redde ergo: sed vt adhuc obliuiosos etiam certos reddit.

939, 19. Sedulo laborantem. Malim, iam efficacem.

950, 20. Tenacitate. Vitiosa parsimonia.

956, 23. Nullo delectu. Ita, vt non opus sit ad ea attendere.

958. Vlt. Proficiscuntur ad. Lucrantur, cum fructu curant.

960, 18. Requiem et beatitudinem. Omnem beatitudinem. Forte pro πᾶσαν legit ἀνάπαυσιν aut ἀναπαυλὰν καί.

978, 2. Vt figura — disponendo. Vt figura (agnus paschalis, qui Christum praesignificauerat.) plane similiter suum haberet euentum.

Ib. 13. Assequutus est. Legit.

980, 4. Propter quod illi mercedem. Propter quod illi nec mercedem.

986, 25. Ascita. Oblata.

Ibid. 29. Illi responsum est. Excusationem habuit.

988, 10. et 12. Magistratibus. Euthymius de militibus Romanis accepit, non de praefectis templi. Ergo, ducibus, praefectis militum.

992, 7. et 8. Ad vesperam. Hoc ex Vulgata Latina videtur addidisse interpres.

1002, 10. Mutationem. Communicationem. Hentenius fortasse inuenerat μετάμειψιν.

1012, 16. Appositit. Forte Codex interpretis habebat παρέθηκε.

1018, 6. Aërea. Ἀέρια καί, non reperi in meis Codd.

Ib. 23. Ad passionis tamen nomen. Ipso tamen passionis tempore.

1020, 24. Quae sunt. Quae sua sunt.

1022, 9. Pulcherrima etc. Qui pulcherrime de huiusmodi pascha disseruit, philosophatus est.

Ib. 23. Concertatione. Mora.

1030, penult. Qui in his versaretur. Qui horum fieret particeps.

1034, 15. Vllius temporis. Continui tractus. Ἀγωγὴν appellat cantum galli gallinacei continuum, distinctum tamen suis interuallis. Easdem enim voces aliquoties continuo repetit ac deinde requiescit.

1042, vers. 4. a fine. Timere. Dubitare. Vt deus enim norat, vtrum fieri posset, nec ne. Haec ergo apud Hentenium exciderant. Pro ἐπιδοιάζειν vero legisse videtur ὑποδειλιάσαι aut ὑποδειδίζειν.

1054, 12. Patienter enim expressit ei. Indulgenter patefecit ei.

1066, Antepenult. Nam apud iudices etc. Sciebant enim, se apud alios iudices eo non superiores fore. Ἑτέροις prorsus neglectum. Τούτου autem non ad *negotium*, sed ad Christum refertur.

1068, 18. Duo diuersa. *Duo* non est in Graeco.

1070, 9. Veritatem deponit. Assentitur, ait, affirmat. Κατατίθεσθαι est assentiri, comprobare, affirmare. συγκατατίθεσθαι habet Luc. 23, 57. et hic paullo inferius Euthymius p. 1083.

1074, 25. Vacua. Immo *cana*. Forte κενῇ pro κόλλῃ inuenerat.

1076, 24. Qualem reddidit. Quomodo affecit.

1082, 8. *Nunc*. Non est in Graeco.

1084, 17. Depositus etc. Laqueo solutus est. Forte κατετέθη legit.

1088, 3. Multis aliis verbis. Aliis dictis. *Multis* non est in Graeco.

1090, 5. Abducere. συναρπάσαι non est *abducere* sed repentino quodam impetu abripere, compellere et opprimere aliquem, vt aliquid faciat. Forte *adducere* scripserat.

Ib. 11. Similis etc. Professio quaedam est irreprehensibilis et plena modestiae.

1099.

1099, 5. Ergo Hentenius post γενέσθαι iterum inuenit καθὼς ἀεὶ ἐποίει αὐτοῖς.

1102, 23. Ante *dicens* addendum *Ioannes.*

Ib. 25. Retraheret. Forte pro ἐκλύσαι inuenit ἑλκύσαι. Male.

1105, 1. Malim nunc ὀψὲ γοῦν ποτε. Forte enim ita inuenerat interpres. Certe istud *vel* id indicare videtur.

1114, 25. Eo quod indecens saluatori fuisset. Quod seruator paucis contentus fuit. Aut propter frugalitatem, propter simplicitatem seruatoris. Forte in siglam incidit Hentenius ac coniecit ἀπρεπὲς, quod tamen huic constructioni non conuenit.

1122, 15. Sua malitia. Ac si legerit ἐκ κακουργίας. Vt ego edidi, κακουργίας refertur ad αἰτίαν.

Ib. 16. Affigere aut diuulgare. In Graeco est tantum ἐπιφημίζειν, quod est *rei nomen dare.* Reddas: ne quid aliud crimini dare possent Christo.

Ib. 20. In altum positae. Ἀνακεῖσθαι dicitur, quicquid publice aut in publico loco scriptum aut positum est. Redde: Cum vero titulus ille publice expositus luculenter regem eum declararet.

1124, 7. Dicit enim. Malim etiam ante *dicit* et post *spectans* duo puncta ponere.

Ib. 8. Pro *vtque*, malim, *et vt.*

Ib. Laborans. Laborarunt.

Ib. 9. Modis omnibus faciens. Omnia fecerunt.

1126, 20. Aut iusti. Nec iusti profecto iusti. Omisit interpres πάντως δίκαιοι.

1128, 4. Laborum. Malim dolorum, aut, cruciatus.

1134, 7. Absurdum ac irrationabile. In Graeco vnum est vocabulum παραλόγῳ. Παράλογον sane est id, quod fit παρὰ λόγον, contra ratio-

nem. Malim tamen, inusitatum, inauditum, stupendum, horrendum.

Ib. 13. Lucemque daturi. Et splendituri. Nimirum pietate et virtutibus.

Ib. 26. Quod autem — accipe. *Accipe* prorsus non est in Graeco. Breuius reddas: Quod vero probabilius. Ἑρμηνέα χαριεστέρα est interpretatio probabilior, acutior, subtilior, verior.

1138, 16. Post *illud*, omissum, *videntes*, *quae fiebant.*

Ibid. Ante *dolorem* adde: non audentes enim loqui, propter metum principum sacerdotum, percutiebant (plangebant) pectora sua. Forte haec exciderant ex Codice Hentenii.

1140, versu a fine 3. Viscerum inflammatione. In libello medico haec ita ad verbum reddita esse, nemo reprehendat. Hic autem non proprie, sed translate loquitur. Φλεγμονὴ σπλάγχνων ergo est dolor acutissimus. Redde: acerrimo dolore, summa tristitia.

Ib. vlt. Naturae aculeos. Φύσις hoc loco notat affectionem matris aduersus filium. Redde: propter vehementiam materni affectus.

1146, 13. In altari. In Graeco non leguntur. Forte perspicuitatis caussa haec addidit interpres.

1168, 14. Ob splendorem. Ob facilitatem, celeritatem. Nescio sane, quid legerit interpres. Forte τῷ ὠρείῳ, loco τῷ ῥᾳδίῳ.

1174, versu a fine 4. Praecipuus. Immo, dux, princeps.

1186, 22. Ab vno monte. *Vno* redundat.

1188, 2. Perfecti ac vniuersalis. *Vniuersalis* prorsus alienum est. Παντέλειος est perfectus, perfectissimus. Ita παναίριστος.

Ad

Ad euangelium Marci.

Pag. 18, v. 3. Tollens. Legit ergo ἄρας, loco αἴρας. Corrigendum erat hoc ex LXX.

28, 8. Etiam nunc. Corrige, nouam. Hentenius loco καινὴν videtur inueniſſe καὶ νῦν.

84, 4. Tale quippiam. Videtur ergo legiſſe τοιοῦτόν τι, quod nec mihi diſplicet. Supra pag. 81. verſ. 13. de re eadem eſt, τοιοῦτον θαῦμα.

Ib. 16. Modo puellulam. Forte ergo legit, Ἐπεὶ δὴ καὶ παιδίον καὶ κοράσιον ταύτην.

88, 5. Imo — eſt allatura. Multa hic Hentenius vel ex Codice ſuo, vel explicandi cauſſa de ſuo addidit, quae nec apud Gregorium, nec in meis reperiuntur Codicibus.

102, 2. Vocabula, ac ſalute, interpretationis cauſſa addidiſſe videtur Hentenius absque Codicis auctoritate.

110, 2. Partem vltimam ſcholii non expreſſit interpres.

113, 13. Ὁμολογῆσαι θεοῦ. Forte interpres inuenit, ὁμολογῆσαι εἶναι θεοῦ, quod nec mihi diſplicet.

136, 2 — 4. Non cepit interpres ſenſum horum vocabulorum. Crucem ſuam tollere explicat Euthymius ita, vt duo mala, duo bona memoret. Crucem ergo appellat primo, carnalis voluntatis, ſeu cupiditatis, exſtirpationem et depoſitionem voluptatis, quae animum male afficit et ad affectus incitat. Haec ſunt duo illa mala. Deinde duo bona notat: Crucem tollat, id eſt, ſumat ſenſum doloris honeſti, ſeu talis, qui eſt ex virtute, et a terrenis ſe attollit. Ἐναίρετος non eſt *fortis*, ſed id quod cum virtute coniunctum eſt: et ὕψωσις, ad verbum altatio, non eſt faſtus, ſed remotio a rebus terreſtibus, contemtus rerum terreſtrium.

168, 1. Ianuis. In Graeco eſt θυρίσι ſeu feneſtris. Quoniam tamen paullo ante legitur θυρωρὸς, coniici poſſit θύραις, loco θυρίσιν. Sed alibi etiam de ſenſibus, apud Patrem Graecum, neſcio quem, inueni θυρὶς, non θύρα. Aliquam ergo ſaltem hic ſpectauit ſimilitudinem, vt ſolet fieri in interpretationibus allegoricis, id eſt, puerilibus.

Ad euangelium Lucae.

204, 4. 5. Vt — rapiaris. In Graeco expedita ſunt omnia. Vt cognoſcas, vt magis (firmius) complectaris certitudinem ſermonum fidei. Interpres videtur legiſſe: ἵνα ἐπιγνοὺς πλέον κατασχεθῇς τῇ ἀσφαλείᾳ. Sed ea, quam nos edidimus, verior eſt haud dubie lectio.

211, 5. a fine. De vocabulo σίκερα ita habet Chryſoſt. T. VI. p. 57. C. σίκερα ἐνταῦθά φησι τῶν φοινίκων τὸν ὀπὸν, ὃν ἐπετήδευον, συντρίβοντες τὸν καρπὸν καὶ καταθλῶντες, εἰς οἶνου μεταχηματίζειν φύσιν. καρωτικὸν δέ ἐστι τὸ τοιοῦτον, καὶ μέθης ἐργαστικόν. Adde Theophyl. p. 301. C.

222, 22. Suſceptionis liberorum. Adde: in ſenectute. Hoc enim interpres omiſit.

252, 2. Imperaſſet. In Graeco eſt, *ornaſſet*, id eſt, auxiſſet et ornaſſet aedificiis, incolis et aliis.

256, 1. Factus eſt. Videtur ergo legiſſe ἐγενήθη.

262, 11. 12. Nam hoc — reliquum eſt. Suum enim impleuit (fecit) et ſuperfluum eſt in poſterum, ceſſat in poſterum.

276, 14. Illud abſoluebat. Iſtum quidem dimiſit: hanc verò retinuit. De Simeone ſermo eſt et Anna, non de teſtamentis. Ἀπολύειν reſpicit ad Cap. 2, 29.

284, 21.

284, 21. Gubernationem. Immo *domum*. Κατοικία nusquam eſt gubernatio, ſed διοίκησις. Patet id vero etiam ex l. l. Nam ad Matth. pag. 1065. ita habet: καὶ γὰρ ἀμφοτέρων εἷς οἶκος καὶ μία αὐλή.

286, 16. Delens. Planam faciens, aequans. Hoc enim eſt h. l. λεαίνειν.

Ib. 21. Morbi ſenſus etc. Senſus conſcientiae ex iis, quae quilibet peccauit, quaſi clamans et arguens occulta cordis etc.

288, 8. In modum torrentis etc. Quaſi excauata et abſciſſa eſt a coniunctione et copulatione ſpirituali mentis, quae eſt ſecundum legem dei vincientis.

308, 15. Prouidentiam ſuam. *Suam* non eſt in Graeco. Οἰκονομίαν autem alibi reddere ſolet *diſpenſationem*. Οἰκονομία eſt vocabulum eiusmodi, quod Latina lingua vix exprimit. Hoc loco reddere poſſis, *opportune*.

Ib. vlt. Ipſos nec in Graeco eſt, nec neceſſe eſt addere.

322, 12. Capturae magnitudine. Prorſus piſcatione.

Ib. 19. Poſſent. Hic deeſt apud interpretem: participes autem vocat ſocios.

324, 23. Facinoroſi. Immo, ſubdoli, verſuti.

326, vlt. Et ſaepius. Saepius autem.

330, 14. ἐπιδοχή. Ita Hentenius edidit. Sed legendum ὑποδοχήν.

370, 3. Poſt, ſollicitudinibus, omiſit, et diuitiis.

Ib. a fine 5. Quanquam etc. Saepe vero etiam in vita eius hac, qui eam fecit.

382, 3. Expectabat ipſe. Ipſe in eo perſiſtit ac dicit.

Ib. 4. Stuporem. Ἔκστασιν, loco ἔνστασιν videtur legiſſe. Redde: huius perſeuerantiam. Nam ἔνστασις non differt ab ἐπιμονή.

392, 15.

392, 15. Quum vnum — ſumus. In Graeco tantum eſt: Filius enim eius eſt.

394, 13. Ad loca — ſeparata. Vt nimirum referrentur ad deſtinata ipſis loca.

Ib. 16. Videntes — ipſi etc. Videntes autem, iſtos (Moſen et Eliam) etiam ita ſupernaturaliter aſſumtos, magis timuerunt.

404, 18. Et ſequi ſe. Et, non eſt in Graeco et abeſſe debet.

406, 13. Coniunctim. Κατὰ συζυγίαν eſt binos.

408, vlt. Hic deſunt in Latino, quae Hentenius in ſuo Codice non videtur reperiſſe: Praecepit vero haec etiam duodecim laudato capite decimo nono.

434, 19. Qui conuenienti. Qui non conuenienti.

Ib. 28. Huc reducere. Ἀναγαγεῖν eſt anagogice ſeu allegorice explicare.

436, 22. Creata eſt. Legit ergo etiam πεφυκέναι.

444, penult. Animae tuae feneſtra. Quae animum tuum colluſtrat.

446, 28. Nationibus. Vitioſe ergo legit ἐθνῶν. Redde: cum ceteris ritibus etiam hunc, putantes.

450, 6. Et praeſertim — videant. Redde: Aliter etiam, iis, qui prorſus ſunt obtenebrati, magnum eſt, vel exiguum illuminari. Vocabula, ἄλλως τε καί, notant aliam explicationem.

454, 8. Technae. Forte ergo legit τέχνης.

460, 22. Cognoſcit enim, quod. Haec ſtruſtra addidit interpres. Οἶδε nihil aliud eſt, quam *ſolet*.

462, 3. Locum — conuenientem. Modum excogitat ea dignum. Interpres videtur legiſſe τόπον. Ταύτης refertur ad πλεονεξίας.

468, 3. Tribus vocabulis reddidit vnum νήφοντες.

Ib. 10. Oportet enim hos ſemper lucere et illuminare, illum quidem nos, hunc vero eos, qui a nobis docentur.

476, 8. Quanquam. Quodque — transibit.

Ib. 15.

Ib. 15. Et quodammodo. Videtur ergo in textu legisse, καί πως. Hanc lectionem comprobat etiam subiecta interpretatio. Nam ὡσανεὶ non est καὶ πῶς, sed καί πως.

478, 23. Qui — oriatur. Τὴν προτεθεῖσαν est, quem proposuerat, de quo ante dixerat.

Ib. 28. Post *erant* adde: cognatione et coniunctione. Sic enim mox p. 480. reddidit: κατὰ συγγένειαν καὶ σχέσιν.

488, 14. Interpres videtur legisse, διὰ συκῆς ἀκάρπου.

490, 16. Inter eos. Videtur inuenisse, ἐν αὐτοῖς. Male. Ἐν αὐταῖς, id est, ταῖς τρισὶ πολιτείαις. Ergo *in istis*. Mox ante *etiam* addiderim *quin*.

494, penult. Loco *fane*, reddendum est, *num*. ἆρα enim non conclusionem, sed interrogationem hic notat. Ei nunquam est *fane*, sed ἦ. Hoc ἦ Pseudo-Didymus ad Iliad. p. 23. explicat ὄντως, ἀληθῶς.

510, vlt. Quam — nesciat. Redde: Sine discrimine autem caenam eam nunc appellauit. Nam, vt mox docet, alibi vocauit prandium. Ergo ἀδιαφόρως vsus est vocabulo δείπνου et ἀρίστου. Forte, quia reddit, *quod finem nesciat*, inuenit ἀδιάφθορον.

512, 28. Repulerunt. Magis perspicuum erit, si *repulerunt* ponatur post *fruitionem*.

522, 14. Post *affectos* omisit interpres haec: simum autem doctores, vt impinguantes et commodo afficientes.

539, 16. Ἀποβλέπω. Forte interpres legit ἀποβλέπων.

552, 10. Ipsi — facti. Τούτου refertur ad τόπον. Πρόξενος vero non est hospes prior, sed is, qui aliis

aliis alicuius rei auctor et adiutor est. Redde: eius rei facti adiutores.

574, 23. Datur his. Redde: Datur enim id (regnum dei) hic quoque.

582, 10. Satis apparet ex versione, Hentenium inuenisse ὑποπιάζῃ. Ceterum δυσωπεῖν τινα non est *grauiter adspicere*, sed *vultum alicuius ad pudorem et verecundiam mouere*, adeoque *exorare*. Hoc loco reddere possis: *pudere me faciat*.

586, 21. Corruperunt. Sufficiebat, amouerunt.

594, 27. Illis — offeramus. Redde: iniuriis admoueamus. Interpres loco ἀδικήμασι videtur legisse ἀδικήσασι.

620, 24. Intelligentiam. Sententiam.

638, 9. Siue σινιατήριον etc. Hic quaedam de suis videtur addidisse interpres.

Ib. 17. Tandem. Τέλεον est *prorsus*.

658, 22. Supra id erat. Παρ' αὐτὴν, id est, τὴν μνήμην, *praeter hanc*, *quam hanc*. Nec enim legitur ὑπέρ.

669, 15. Νῦν δὲ — ἀπηλπίσαμεν. Haec interpres non agnoscit. Redde: Nunc vero ita mortuum desperamus. Intellige, αὐτὸν εἶναι λυτρωτήν. Possit vero etiam alicui in mentem venire ἀποθανόντος, intellecto αὐτοῦ, Nunc vero ita mortuo desperamus.

670, vlt. Saliebat etc. Omisso ἤγουν, interpres pro duobus vocabulis reddidit tria. Ceterum vtrumque σφύζειν et πάλλεσθαι de motu et pulsu cordis dicitur.

676, 21. Coelo — diuinitate. Ac si legerit ἐξ ὑψηλοῦ οὐρανοῦ καὶ ὑψηλῆς θεότητος. Redde: caeli aut diuinitatis.

Ad euangelium Ioannis.

